This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

PROPERTY OF
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

...tus, Titus Maccius.

COMMENTARIVS PERPETVVS

IN

ACCII PLAVTI

QVAE SVPERSVNT

COMOEDIAS

CONSCRIPTVS

A

BENI. FRID. SCHMIEDER.

GOTTINGAE, MDCCCIV.

SVMTIBVS HENRICI DIETERICH.

Digitized by Google

Digitized by Google

Plautus, Titus Maccius.

COMMENTARIVS PERPETVVS

IN

M. ACCII PLAVTI

QVAE SVPERSVNT

COMOEDIAS

CONSCRIPTVS

A

BENI. FRID. SCHMIEDER.

GOTTINGAE, MDCCCIV.

SVMTIBVS HENRICI DIETERICH.

Digitized by Google

John S. Lawrence Estate
gt
4-10-1925

S7S
P5
S35
v.2

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI AMPHITRVONEM.

IN PROLOGVM.

1. 4. 8. 13. *vt* beneficia me in vos conferre cupitis ma, v. 15. 16. ita linguis animisque fauere debetis fabulae, et v. 18. 19. ne inania derideatis, quae ir beneficia mea, Mercurium me esse sciatis, a missum. Mercurio autem non negotiatorum modo i putabantur lucra v. 1-3, et in priuatis cuiusque rationes expeditae (vt alii potius in ipsorum, quam liorum in aere sint) v. 4-7, sed nuntii etiam, qui ersо veniant populo exspectati v. 8-10. Nuntiis praelucro v. 11. — v. 1. *vostris, voltis* pro *vestris, vul*lauto vsitatissimum, priscorum, ni fallor, potius mnem, quam suam Vmbri peculiarem pronunciatiosecuto — 2. sunt, qui *laetum lucris* iungant, vt *Lucrius* intelligendus sit, qui lucro faciundo faueat; nalunt *fetum lucris*, qui lucra pariat; alii *laetos*, iungunt cum *vos;* plerisque vero *laetum* actiue vi- adcipiendum, qui laetos faciat, propitium: me lum vos lucris adficere — 5. pro vulgari *peregre* codd. ulli habent *peregri*, et Charisius ait: *peregri* in loco, re ad locum significat; quae vero distinctio argutior ur mendi, paucis in locis obuii, defensio, quam ve1 ex vsu dicendi probabilis. Plautus ipse v. c. Perс. 30. bis habet *peregre est* — 13. *me adprobare*, vt rebus secundis iudicem dignos, ideoque *adniti*, vt earum compotes reddam — 24. *precario* apud Cicen quoque et Liuium verbis *petere* et *rogare* additur, quod cupit, precibus quam imperio suo mavult con- — 26. *ille Iupiter*, histrio Iovem scenicum acturus — *raetimet:* histrioniam antiquitus faciebant serui, quoquantum, vt placerent, interfuerit, Plaut. Cist. sub

Digitized by Google

finem docet: *qui deliquit, vapulabit; qui non deliquit bibet* — 31. *contagione mei patris* qui, ex hominibu natus, non nisi humanam conditionem mecum potui communicare. Lectio *meae matris* sc. Maiae, proba nequit, quod falsus iam est, se non nisi scenicum ess Mercurium. *Contagionem* quidam explicant *exemplum* patris metus et mihi metum incussit — 32. *pax* hoc vers non bello, sed imperio videtur obponi, quare v. 33 *Iustam rem et facilem* (iustum aliquid et facile) *esse ora tum a vobis volo. τὸ esse* ante *oratum volo* in hac pa ticipii constructione posteriori quidem aetate omitt coeptum, subaudiendum tamen est — 34-36. *iuste* ita v decet *sum orator datus* orare iussus sum: neque enim qui me miserunt, iniqua postulant, nec vos estis ii, qu quod aequum est, possitis denegare. Acidalii emendati v. 34. *nam iuste ad iustos iusti sum orator datus* ni omni esset codd. auctoritate destituta, videretur rec pienda — 39. *velle, quae velimus* bene cupere nobi Most. 3, 2, 53. *velim quae velles* miserantis est — 40. *eg et pater* dii isti, quorum personas ferimus — 44. 45. *qu* (quibus) *benef. architt.* quorum beneficiorum Iupiter e auctor, cuius sine nutu ceteri dii benefacere vobis no potuissent — 47. 48. *id, quod bonis* vobis, quia bor estis, *boni faceret, arbitratur* intelligit, *gratum sibi es a vobis*, grato animo adnosci bonum, a se profectu 49. ideoque arbitratur beneficia sua in vobis recte es conlocata. Sic apud Terentium Eun. 3, 1, 6. et Heau 2, 2, 21. *grata mihi esse* pro: gratiam mihi conciliare - 50-63. populum romanum adparet hilaritatem comica tragicae praeoptasse seueritati — risum commosse oport id quod *se, Deum*, v. 53. *posse* et 57 *scire* gloriatur - *Tragicocomoediam* adpellat, non ob materiam, quae omn est ad risum composita, sed ob diuersam personarum co ditionem, quod diis regibusque in tragoedia, priua autem hominibus et seruis in comoedia locus suus est - 64-96. duplex fraus poterat histrionum laudi obsice altera spectatorum, qui palmam merentibus praerepta indignis fauore suo ambibant, histrionum altera ipsoru qui plausores sibi redemerant. Orat igitur Mercurius, disponantur per caueam *conquisitores, κήρυκες*, qui c prensis in fraude spectatoribus togas auferrent in pign histrionibus autem ornamenta et corium conciderent 66. *spectatoribus* conquisitores fiant (quo verbo v. 8

Digitized by Google

vtitur) i. e. adponantur — 70. *artifici* ſcenico, hiſtrioni — 72. Aedilium, qui ludis praeerant, erat, palmam dare, quam ſi *quoi* alicui *duint* dederint indigno *perfidioſe* contra fidem — 73. 74. non minus peccabant, quam ſi ſuum ipſorum eſſent magiſtratum ambitu adepti. *Siremps* et *ſirempſe* Feſtus explicat: quaſi *ſimilis res ipſa*. Vocabulum hoc apud Romanos in legibus ſcribendis erat ſolenne — 75-78. *fauitor* fautor. Non vlla fraude, ſed vna quidem virtute, cuiusuis conditionis hominibus laus eſt quaerenda, 79. quae merenti non denegabitur, 80. ſi illis fides eſt, *quibus eſt res in manu* qui poteſtate pollent praemiorum dispertiendorum — hiſtrioni aut 83 fraude laudem adpetenti, aut 84 excellentioribus maligne nocenti, *ornamenta* ſcenica et *corium* perſonam coriaceam conquiſitores concidant. Alii *corium conc.* explicant tergum loris diſcindant — 86-96. Iovi autem hiſtrionum res curae eſſe, nouum non eſt, qui ipſe (interdum) hiſtrioniam facit (partes in fabula ſuscipere non dedignatur) verbi cauſa *anno* ſuperiori (ſic et Menaech. 1, 3, 22. *anno* eſt: ante annum) Iupiter nodum fabulae expediuit inplicatiorem (Deus ex machina). Carpere autem Plautus poetam videtur, qui Iovem non ſua ſponte et repente interueniſſe finxerit, ſed in proſcenio (inter agendum) inuocatum prius — in Tragoediis autem *certo prodit*, i. e. Iovem prodire vſitatum eſt. Noſtra autem fabula ex parte ſaltem Tragoedia eſt. Io. Meurſius, quem non pauci viri docti ſecuti ſunt, quum *Nannium* apud veteres memoratam reperiſſet, meretricem, a ſplendore veſtium *proſcenium* dictam, v. 90. omnium codicum auctoritate neglecta, pro *anno quum in proſcenio* ponere auſus eſt *Nannio in proſcenio*. —

v. 97. *Haec vrbs eſt Thebae* hanc ſcenam animo concipite eſſe vrbem Thebas — *in illisce* quas digito monſtrat *aedibus* — 98. 99. *Perſeo*, Iovis e Danae filio, ex Andromeda filii erant *Alceus*, Amphitruonis pater (Herculis auus, qui inde *Alcides* cognominatur), *Sthenelus*, *Meſtor* et *Electryon*, Alcumenae ex Lyſidice, Pelopis filia, pater — 100. 1. Meſtoris autem filia, Hippothoe, a Neptuno compreſſa, Taphium peperit, qui, Echinadibus inſulis in ora Acarnaniae potitus, Teleboas ſuos nominatos filio reliquit Pterelae. Amphitruonem, ob Electryonem ſocerum fortuito clauae, qua bouem petebat aberrantem, ictu percuſſum, Sthenelus Argis expulit; ſed Creon, Thebarum rex, receptum expiauit, belloque contra Tele-

Digitized by Google

boas praefecit — *poplo* populo — 102-11. Alcumena grauida e marito Iphiclum, e Iove Herculem vno mox partu in lucem est editura — 104. *Nam*, quod codd. habent, exspectari iuberet causas ante dictorum, quae nec adferuntur, nec desiderantur; *Iam* vero, quod Pareus recepit, transitum inchoat ad amorem Iouis furtiuum, de quo Mercurius statim locuturus est — *vt* sit p. m. est: qualis sit, nempe 105. quam *liber*, qui nullis ipse se coerceat, aliorumue coerceri patiatur frenis, *harum rerum multarum* quo minus quam plurimas mulieres in stuprum inliciat (in voce *harum* priori histrio syllabae tono putandus est immoratus esse, et, quod non praecedit, cui *harum* respondeat, quae sint *hae res* gestu aliquo indigitasse) et 106. si qua mulier complacita ei prae ceteris sit, *quantus sit amator*, qui, vt potiatur ea, nihil non conetur — 107. *clam virum* vsitatius *viro* — 108. *vsuramque* etc. fallit mulierem, donec libido sua sit satiata — 112. *nunc* hoc ipso tempore — 113. 4. Nota est fabula, Iouem eam, qua Herculem genuit, noctem tribus noctibus fecisse aeque spatiosam, vnde apud Statium: *ternox Herculea*, et Hercules poetis dicitur τρισέληνος et τριέσπερος vid. Act. 1. sc. 1. v. 115 sqq. — 115. quo facilius Iupiter Alcumenae expugnaret pudicitiam, Amphitruonis formam induit — 116. *ornatum* dicit ridens, procedit enim 117. seruili *schemâ* i. e. habitu. Erat *schema* paenulae seruilis genus. Saepenumero autem antiqui neutra declin. tertiae in *ma* flectebant secundum declin. primam, feminine enunciata — 118. *antiquam rem* quae antiquissimis temporibus inter Iouem Alcumenamque adcidit — *nouam a. v. prof.* comoedia haec repraesentabit nouam, quasi res hodie geratur — 119. ornatus incedo, non vt Mercurius soleo, sed nouum in modum, vt seruus — 120. sicut et Iupiter *eccum* quando in conspectum vestrum veniet 121. non consueto suo, sed Amphitruonis ornatu prodibit — 123. Versiformis quidem Iupiter potius erat, quam *versipellis*, at magis tamen comice hic deus pellem, quam formam, vertisse dicitur. Iouis autem, vt mulieres deciperet, metamorphoses narrantur duodecim, quo e numero notissimae continentur hoc disticho: *Taurus*, *Olor*, *Satyrus fit*, *et Aureus Iupiter*, *ardens Europen*, *Leden*, *Antiopen*, *Danaen*. — 131. *animo morem gerit* libidinem explet suam — 132. *complexus* eam, *cuius* etc. — 133. *illi* pro: illic, Plauto vsitatissimum.

Digitized by Google

Legio proprie exercitus romani pars, interdum ponitur pro exercitu ipso, eoque exterarum quoque gentium, apud Liuium Gallorum et Carthaginiensium, apud Plautum saepius, h. l. Thebanorum, v. 136. Teleboarum — 137. de his *donis* vide Act. 1. sc. 1. v. 104. et Act. 2. sc. 2. v. 128 sqq. — 141. nomen *Sosia*, quod pauci hic addunt, in codd. non reperitur — 142. internosse *nos*, Iouem a vero Amphitruone, et me a vero Sosia — 143. in *petaso*, pileo viatorio, *pinnulas* paruas alas — 144. *torulus aureus sub petaso* capillis dignoscetur, Atheniensium more sub petaso in comm fibula aurea congestis — 151. *adesi*, *ferit*. Veniebat quidem Sosia, sed non eo vsque venerat, vt *ferire* seu fores pultare posset, eiusque ab aedibus abigendi (quo minus propius adcedere ad eas posset) consilium Mercurius cepit. Ingeniose igitur Palmerius emendauit: *adesie* (animo, adtenti sitis, spectatores) *erit operae pret.* etc. Potuit quidem *erit* non expressum esse, quod vero, si abesset, subaudiendum tamen foret, et vnum *e* in adeste librarii negligentia in *f* mutatum esse, sumendum est. Meursius autem nihil vult mutari: *ferit* positum putat pro *fuerit*, vt *volero* reperitur pro *voluero* etc. Eius igitur ex mente sensus esset: *adesi* propius iam adcessit Sosia, nam verba loquentis possunt iam audiri *fuerit op.* pret. etc. Castalio autem vulgatam lectionem defensum iuit 1. auctoritate codicum: sed hanc Meursius prorsus non inminuit, Palmerius, vna modo litera mutata, sensum restituit optimum. 2. Sosiae festinatione; quae vero, qualis fuerit, exinde adparet, quod A. 1. ad versum vsque 135 garrit, priusquam domum ire paret. 3. quod Mercurius, ne pultaret Sosia ostium, adeo metuerit, vt ei iam pultare videretur. cui vero Mercurius videri potest adeo meticulosus?

IN ACTVS I. SCENAM I.

Sosia et Mercurius vterque ad versum vsque 184 secum. Mercurius Sosiam ab initio statim videt, Sosia Mercurium a versu demum 136.

1. *audax* periculum temere spernit, *confidens* se certe elabsurum esse sperat — 2. *iuuenum* athenienſium grassationes nocturnas; et 3. *Tresv.* triumuirorum capitalium Romae contra turbatores securitatis excubias; vtrasque et Thebis metuendas esse, comica quidem licentia dicit —

Digitized by Google

2. *hoc noctis* tempore, nocte ſera — 4. carcerem per iocum vocat *cellam promt.* vnde cras promar flagro caedendus — 5. 6. nimiam perſtringere videtur legis alicuius romanae, bello punico ſecundo latae, ſeueritatem, quae noctu in via deprenſos, quidquid excuſarent, effugere non patiebatur flagrorum contumeliam — 7. *hom. octo validi* lictores triumpirorum capitalium — *vt incudem* malleis, ſic me flagris. Merc. 1, 3. 81. habet: *ſtagris pinſere* — 8. *hoſpit. publ. adcip.* carcere includar publico; hunc quidem honorem ciuitatem ſibi, e bello reduci, habituram eſſe iocatur — 9. *inmod. heri* qui modum excedit in laboribus mihi, ſeruo ſuo, inponendis. v. 17-19. — ad *haec coeg.* — 10. *ingr. excit* inuitum miſit — 11. *idem* eumdem in finem — *hoc* pro: huc — *luci* pro: luce — 12. *ſeruitus opulento hom.* ſubſtant. c. caſu verbi pro *ſeruire opulento homi.* durum eſt — *hoc* ob hoc — 14. *adſiduo* pro: adſidue, vix vno negotio peracto, non deerit, quod mandetur, aliud. Plerique autem interpretes rariorem vocis ſignificationem locum hic habere volunt, vt *adſiduo* idem ſit, quod *opulento, diuiti* — 15. *adeſt opus*, ſi *ad* genuinum eſt, intelligo: ne recreandi ſpatium tibi detur, ſemper noui quid, quod imperet, in promtu eſt — *dicto op. adeſt* nuntiandum aliquid eſt (qua de cauſa ipſe iam media erat nocte miſſus) — 16. *diues operis* explicant: qui operis i. e. ſeruis abundat. Sed forſan eſt *div. operis* faciundi, cui ſatis ſuperque eſt, quod imperet, ipſe vero *laboris expers* — 17. *homini* opulento v. 12. — *adcidit libere* libitum forte erit. Sic apud Terent. Andr. 1, 5, 28. *quod meo cumque animo lubitum eſt facere — poſſe* ſe, diuitiis fretus *retur* — 20. *expetunt* adcidunt, ſeu: heri diuites multa expetunt iniqua *in ſeruitute* a ſeruis — 22. *ſatius eſt* aequius eſt, maiori equidem iure quererer — 23. *potivit* forma actiua. *pot. ſerv.* me pro ſeruo vtitur — 25. pro *verbero* reperitur lectio *verbo*, facilior quidem: hodie ſeruus tantum vocor; at Plautus non ſe, ſed Soſiam verberonem dixit: ego, hodie qui fui liber, *ſum vero* iam *verna*, aequo tamen animo hoc ſeruitutis fero, quid quaeſo tu *verbero* quereris, verna natus? — *numero* explicant: cito, ſtatim; rectius forſan: pro ſingulis meritis deinceps, ſeu: ita, vt merita deinceps enumerem, id quod a verſu 31 orditur. Quidam pro *numero* poſuerunt *nunc vero*, quod facilius certe intellectu eſſet — *mihi in mentem fuit* expediunt quidam *in mente*. Sed et Cic.

Digitized by Google

graeca hac ratione dixisse putatur *in* praedonum *potestatem fuisse*, et aliis non paucis exemplis viri docti defensum hanc lectionem iuerunt — 26. (me) *aduenientem grat. ag.* pro: *aduenienti — adloqui* deos salutare Ter. Phorm. 2, 5, 81. quod solebant, qui peregre redierant — 28. *occillet* contundat, ab *occare* deriuatur — 27-29. Diis gratias deberi fassus, quid vero suae sibi nequitiae conscio dii debeant, non diffitetur! — 31-39. enumerat deorum in bello, ex quo rediit, de hero exercituque et sociis eius merita — 32. *potiremur domum* cum adcus. vt saepe; idem est, quod 33. *reuen. domum* vnde in bellum eramus profecti — *duello* bello — *internecatis* non: interfectis, sed: coactis, vt victas manus darent v. 100 sqq. — 35. pro *qui* Meursius ponendum iudicauit *quod;* recte, opinor; oppidum id, quod obiecit — 38. *adorea* pro: laude bellica, apud Hor. quoque 4. od. 4. reperitur — 40-47. Sic fere, qui laeta nuntiant, ipsorum videri cupiunt partes in re gerenda non fuisse nullas — 43. *mentiri* dicunt eum, qui fallere velit, at *mendacium dicere*, qui ipse falsus sit, sed hoc certe loco *mend. dic.* est: scientem volentemque falsa dicere — v. 49. 50. *del. v. prim. princ. eos leg.* delectos principes legat — *sent. u. d. suam* suo Amphitruonis nomine. Romani, antequam hostilem in modum adgrederentur, repetere res solebant per fetiales — 53. *Argiuos* sequutos Amphitruonem Argiuum; pars sociorum pro exercitu vniuerso — 55. *expugnassere* expugnaturum esse — 56. *iterarunt* Amphitruonis mandata iisdem verbis pertulerunt — 57. *viribus* iungendum cum *superbi*, quos vires suae superbos reddebant — 58. *feroc. l. n. increpant* adroganter in legatos inuehuntur — 63. *nimis* mirifice *pulcris* insigniter ornatis — 65-67. *more*, *modo* secundum suae vterque exercitus gentis artem bellicam dispositus instructusque — 68. *in medium* inter vtrumque exercitum campum, in quo ad proelium deinde erat concurrendum — 70. 71. Idem inter Romanos Albanosque conuenerat Liv. 1, 24. — 77. *id quod* quantum — verba *id quod quisque potest et valet* nonnullis videntur glossa, ad interpretandum τὸ *pro se quisque*, sed codd. auctoritate firmantur — 80. *manus* exercitus — 82. pro *Vicimus* Gruterus legi vult *Vicinius* (nostri ingruunt), quod victos nondum fuisse adpareat, sed contra MSS. Impetus certe Teleboarum erat retusus, acie eorum inter fugae pugnaeque consilium nutante — 83. *in se* explicant: in castra,

Digitized by Google

seu: domum quisque suam — 84. *statim* hic non esse puto: sine mora, sed: loco non cedens, vbi stabat. cf. v. 120. — 86. sic de Catilinariis Sallustius: quem quisque viuus pugnando locum ceperat, eumdem, anima amissa, corpore tegebat — 88. *inducere* cum Lambino explicare malim *inuadere*, quam mutandum putare — 91. *foedant* vulnera infligunt — iungendum *iure proterunt* et *copias iniustas* — 92. *perperam* aliter, ac res gesta est — 94. *perduelles* hostes, auctores belli iniusti — 95. *vertentibus se* versis — 96. Pterelae fuisse dicitur capillus, a quo vita eius felicitasque penderet, quem quum Cymaetho, filia Cephali, qui castra Amphitruonis sequebatur, amore capta, inpia subcidisset manu, vinci misellus obtruncarique facile potuit — 98. edaci huic homini diuturnitas pugnae nulla re, quam ieiunio suo, memorabilior est — 102. Sic Collatini Liv. 1, 38. — 105: *qui* ablatiuus saepissime obuius pro *quo*, aut, vt h. l. pro *qua*, e qua patera — 110. vt tota Sosiae imago in Mercurio sit, non *formam* eius solum in se cepisse vult, sed et *facta* habere *moresque* eius similes. Cetera facilia intellectu sunt: *status* autem non *statura* est, quae, procerusne an quadratus pusillusue aliquis sit, ad formam pertinet, sed status est modus corporis gerendi incedendique, qui ita solet homini cuique esse proprius, vt noti homines e longinquo iam discerni eo possint — 113. *telo suo sibi* pro: suo ipsius telo. Sic et Capt. Prol. 5.: seruiat *suo sibi patri* et 1, 1, 13. *suo sibi suco* viuunt, Poen. 2. v. 40. quod Terent. imitatus est Dram. secund. 4. v. 35. (vulgo Adelph. 5, 8, 35.) *suo sibi* hunc *gladio* iugulo; et nuc. 3, 2, 30. *mea mihi*. Elegantius hoc sonat, quam est, hoc enim *sibi* et *mihi* plane nequit defendi. Adcidit nimirum elegantibus Romanis, vt in studio linguae suae expoliendae nimii in nonnullis essent, auderentque, quae linguae suae natura non pateretur. Istiusmodi etiam est, si in *non modo non, sed etiam* alterum *non* perspicuitatis cum dispendio omittunt, aut si in *contingit mihi esse felici* regimen τοῦ *esse* negligant etc. — 115. ad 120. vid. Prol. 113. 114. — 116. *Nocturnum* recte, opinor, explicant plerique: *Noctis deum* qui, vino somnoque sepultus, diei, pro muneris ratione, cunctetur cedere. Alii Nocturnum pro Vespero, et hunc pro Lucifero sumendum putant, sed Vesperuginem non obcidere v. 119. seorsum queritur — 117. *Septemtriones* Vrsa maior: seu vtraque, Helice et Cynosura —

Digitized by Google

118. *Non quoquam, atque* non alium in locum prouolvitur, non alio nunc loco conſpicitur, *atque* eo, quo eſt orta — 119. *Iugulas* intelligunt Orionem; alii, cum Manilio, duas Cancri ſtellas, aſellos dictas, quod iugulae ſeu iunctae videantur — 120. *ſtatim ſtant ſigna* nihil promouent a ſuo quodque loco — *die* vt ſaepius pro *diei* — 122. *opt. opt.* opt. παρήχησις. ſic Capt. 4, 1, 7. — 123. vid. Prol. 113. 114. — 124. *perpes* i. q. perpetuus — 126. vt ſupra Nocturnus diceſſum, ſic Sol moratur ortum, vterque ebrius, muneris ſui immemor — 127. *plusculum ſeſe in coen. inuit.* plus aequo bibit — 130. *ſis veni.* hoc *ſis* e *ſi vis* putant contractum. ſaepe quidem rogantis eſt, hoc vero loco comminantis, *ſi audes* — 131. *Vbi ſunt* etc. hiſtrionem, haec quum diceret, oculis luſtraſſe puto ſpectatores, quaſi conquiſiturum iſtiusmodi ſcortatores, quos notatos praeberet deridendos — 132. *conducto* cuius nox emta eſt *male* nimio pretio — 133. *recte et ſap. facit* hanc noctem longius producit — 134. *complexus* paſſiue poſitum — 137. *aeque* mox eſt: non magis, mox: non minus. h. l. *aeque meticuloſ.* non magis met. pro: *meticuloſior*, quare ablatiuum comparatiuo adiecit *hoc — quem* verſu antec. *video*, *quem* eſſe putem? — 138. ſenſus eſt: furem eſſe puto, qui pallio me deſpoliare velit — *detexere* autem eſt: pannum perficere, deinde: perfectum pannum ab inſtrumentis textrinis detrahere. Soſia igitur, pallio ſuo timens, dicit: pallium iam dudum detextum (perfectum) *dentio* vult detexere i. e. detrahere — 139. *prurire* dicuntur malae, dentes, dorſum, quando plagas inminere ſibi praeſagiunt — 140. *hoſpit. pu. adc.* pugnis me contundet. Sic Rud. 3, 4, 58. meſſis in ore fiet mergis pugneis. Conf. ſupra v. 8. — 145. *ig. magis* ſaepe noſter: igitur demum. Nihil mutaendum eſt: ita magis fiet, vt maiorem etc. — 146. graſſator nocturnus pugnis ventri victum dat, ſpoliis a ſe contuſorum vitam tolerans — 147. Quo magis Soſia metuat, ita latrociniis caedibusque adſuetus vult videri, vt, qui hodie nondum, ſed heri tamen caedes commiſerit, *iam pridem* caedem non commiſiſſe dicat — 148. *in ſop. coll. nudos* pugnis ita oneraſtis, vt exanimes fere facile poſſent ſpoliari — 149. Quintus prodit ſcriptorem romanum, Plauti enim aetate nemo Thebanus nominabatur Quintus — 150. *autumat* dicit, vt infra 260 — 151. *nunc* parabo me ad pugnam — bracchia iactans *ſic colo* meam latronis artem,

Digitized by Google

exerceo — 153. *pugnos edet* a verbo edere, pugnos expediat oportet, ad certamen mecum ineundum; sed Sosia in summo adhuc timore suo semper iocosus 154. 5. similat, se *edet* illud deriuare ab esse, coenare — 157. si nihil aliud Mercurius, quam amoliri voluisset Sosiam, atque ab aedibus arcere, *tractim* poterat eum *tangere*, vt dormiret, virgaque sua mulcendo eum sopire — 158. sed *pessimum est facinus*, homo pessimus, in deos maledicus — 159. *nequiter* eius *malam tangere*, leniter, vt non sentiat, *male discit manus* id quidem impetrare a me nequeo — 160. *alta forma oportet esse* eum, Sosia v. sq. intelligit, et Merc. deinde explicat ipse: eius os ita contundendum est, vt plane aliud videatur factum, vt non noueris, eumdem esse hominem, *quem tu pugno* tuo caedendum *legeris*, dignum iudicaueris, qui pugnis a te oneraretur — 161. *interpolare* est: addendo mutare, vt quid nouum aut aliud videatur, ac vere est — *os fing. den.* os meum, colaphis tuber, aliud videbitur factum — 162. *exossatum os* est, in quo ossa plagis sunt nudata — 163. *exossare* autem proprie est, piscium spinas eximere. v. Pseud. 1, 3, 148. — 164. *vltro istunc* procul a me abfit — 165. *ol. ho. quid.* odoror hominem, nescio quem — *h. n. e. obolui?* miratur, se odorem edere — 166. *abesse* eum, quem odoror, nunc *haud longe oportet*, verum *longe hinc abfuit* ex odore naribus tetro intelligere vult, longam eum fecisse viam, vnde sudore diffluat — 167. *superstitiosus* hariolus. v. Curc. act. 3. v. 27. — *gestiunt pugn. mi.* nisum feriendi in iis sentio — 168. priusquam in me exerceas pugnos, *in parietem* exercendo *domes* nisum istum feriendi infringas — 169. *Vox m. a. a. adolauit* Rud. 2, 3, 3. similat, se nunc demum audiuisse vocem Sosiae — *volare* Merc. tropice dixerit, Sosia iocans adcipit proprie, dolere se 170 quod voci *alas* non *intervellerit*, nesciisse autem *vocem* suam esse *alatam* — 171. adparet, non inusitatam fuisse locutionem: malum sibi arcessere *iumento suo* pro *sua ipsius culpa*, ipsum sibi mali alicuius esse auctorem — 172. Sosia vero *iumentum* vulgari se sensu iocatur adcipere — ita etiam *onerare* pugnis proprie adcepisse vult, de *onere*, cui portando, de via lassus, impar sit — 175. 6. histrionem oportet voces *Nescio quis* extulisse iunctim, quare Sosia: meum nomen non est *Nescioquis*, sed Sosia. Gruterus putat, ad οὔτιν Homericum adludi. — Statim post *loquitur* v. 175. pergit

Digitized by Google

Merc. 177. *a dextra vox aures verberat*, quod verbum Sosia ad iocum adripit 178. quod vox mea verberauit eum, luendum erit mihi, vt ille verberet me! — 183. 4. consilium ceteroquin optimum: confidentia tutiores reddit, quam timiditas — 185. *Vulcanum* candelam ardentem *in cornu* in laterna cornea — 186. *qui pu. os exoff.* prodit, eum Mercurii sermonem v. 162. sublegisse — 187. *vtcumque* vtrumcumque — 188. *Verbero* tu es, Merc. conviciatur, Sosia vero intellexisse vult *ego verbero* caedo te, in quo *iam* mentitum eum esse arguit, quare Merc. 189. *at iam* etc. mox te verberabo — 192. *linguam tibi comprimam* est, quod Stich. 1, 2, 57. os tibi obturabo; quod vero *comprimere feminam* est, stuprare eam, Sosia intellexisse vult, Mercurium minitatum esse *inrumationem* — 197. *familiares* e familia Amphitruonis seruos — 199. cognitus nempe, qualis tu familiaris sis, faciam, vt adcipiare, vt fraudator adcipiendus est — 200. *at scin quomodo* non intelligo: horum seruus sis, sed: quam familiariter te adcepturus sim? formula haec saepius apud Plautum obcurrit, et plerumque minitantis est — 201. 2. *superbi* malunt equo, curru, lectica vehi, quam pedibus vti suis. Mercurius autem minatur, Sosiam se fusti mulcaturum esse ita, vt abire ipse nequeat, sed ab aliis sit auferendus. vid. Curt. 4, 4, 13. — 203. *quin* indignantis est, de iure suo non decessuri — 210. *malo tuo compositis* tibi nocituris — 211. *columen* siue est culmen, aedium, montis etc. siue columna, qua subfulcitur aliquid, mox proprie, vt porticus, mox tropice, vt apud Ciceronem, est columen rei publicae, apud Terentium, familiae. *Columen audaciae* sensu priori de eo, quod summum in re aliqua est, dici h. l. arbitror: tu homo omnium hominum *audacissime* — 211. 12. ad ingenium suum redit Sosia. Mercurius dixerat *consuere dolos*, Sosia conrigit *tunicas consui*. Contra, quod Sosia dixerat *tunicis* (indutum) se venisse, Merc. conrigit: *pedibus* eum venisse (gressum esse), non tunicis — 213-16. *Profecto*, tribus versibus quinquies repetitum, lusum aliquem prodit. *Certum* obponitur arbitrario; Merc. autem dixerat: *certo* ped. non tun. venisti; hunc igitur *τοῦ certo* in re non arbitraria vsum Sosia ridet: *ita profecto*; dici enim non minus potest *venire tunica* indutum scilicet, quam *venire pedibus* sc. gressum. Merc., lusum hunc aegre ferens, repetit eius *profecto* cum comminatione, quam mox certissimam Sosia sensurus sit.

Digitized by Google

Nihilo minus Sosia ridere illud *profecto* pergit, adiecta insuper iurandi formula *edepol*. Nunc Merc. iratus, repetito *pol profecto* pugnum ei in os infligit, adiiciens: *hoc* quod iam vapulas *quidem profecto certum est, non arbitr.* Hunc igitur versum 216, quem Gruterus Sosiae tribuit, Mercurio vindico, cum linguae verberibus plagas iungenti — 217. Qui fidem alicuius obsecrat, auxilium eius contra aliorum vim inplorat, hic vero *tuam fidem obsecro* est; victas manus do, trado me in potestatem tuam, vt me verberare desinas — 218. *perii* exclamat Sosia, non ausus dicere, se esse eum, qui erat — *parum et. praed.* quod adhuc tibi adcidit, parum est, *praeut fut. est* comparatum cum eo, quod te adhuc manet, multo adhuc magis verberabere — 219. *vsu feciſti tuum* adludit ad id, quod Romanis est *vsu capere* — 220. iterum caesus quiritat, fidemque populi inplorat — 224. Sosia haec submissa voce, aut auersus dixit, quare Merc. 225. *etiam muttis?* tecum murmuras? vid. Mil. 2, 6, 83. — 226. *qui nunc vocare?* quale nunc dicis nomen esse tuum? — 228. *Amph. socium* metuens plagas negat, se dixisse, *Sosiam* se esse, sed dixisse *Socium*, Merc. autem vicinitate soni esse deceptum — 230. Quod Merc. dicit rationem Sosiam *fugisse*, hic, id pugnos feciſſe, se scil. *fugisse* non verberasse optat — 236. ridiculum ius iurandum Mercurii per Mercurium, qui ipse erat, qui, si Sosiam fallat, iratus esse iubetur, non sibi iuranti, sed ei Sosiae ipsi, cui pacem adiurat — 242. *viuus* quamdiu viues — 243. *alienabis* vt ex ea familia non sim, e qua sum — 244. plures sunt Amph. serui, sed ego vnus eorum vocor Sosia — 246. *qu. m. praed. vit. tib. est* qui me negas esse sanum, ipse sanus non es — 247. *malum!* ab indignante interficitur — 248. hac *noctu* ab obsoleto *noctus* esse putatur, i. q. *nocte* — *port. Perſ.* mari Euboico, in quo, non procul a Thebis, classis persica steterat — 252. *hercle* Plautus, sciens forsan, vt risum moueret, Sosiam inducit iurantem *per Herculem*, ea ipsa demum nocte nascendum — 260. *autumare* dicere — 264. *eloquutus est* recte respondit — 266. primum in ipsa annulorum materia nudae habebantur literarum notae, gemmae autem, postea addi coeptae, insigniebantur imaginibus — 273. *hirnea* vas vinarium minus, lagena — *ingr. e. v.* rem acu tetigit — 274. *eam* hirneam *vini*, *vt* vinum *matre* vite *natum erat* i. e. *meri eduxi* ebibi. quia *natum* dixit, ad-

Digitized by Google

dit *eduxiſſe* educaſſe — 282. *ſaltem*, tandem, aliquem tamen me eſſe oportet — 283. *vbi* deſiero tuam Soſiae perſonam ſuſtinere — 284. *Nunc* etc. Satis aperte prodit Mercurius, ſe depoſiturum rurſus eſſe Soſiae perſonam, ſed, quod ſpectatoribus erat intellectu facillimum, Soſiae non mirum eſt, fuiſſe miraculo — *ignobilis* qui nemini in hac familia notus es — 287. notari volunt *tam* et *atque* ſibi reſpondere: ſed quis eius Plautum negligentiae arguat, vt in mente habuerit *tam conſim.* mihi *eſt*, *atque ego* ſimilis mihi ſum. Quis dicet, hominis figuram ſimilem eſſe eius figurae? Sed poſt *ſimilis* non raro ſequitur *atque*, h. l, *conſimil. eſt*, *atque ego* ſimilis eius figura eſt meae. *tam* vero non trahendum eſt ad *atque*, ſed auget *τὸ conſimil.* i. e. tam valde, in modum adeo mirum — 288. *tonſus* pro tonſura, *naſum* pro naſus — 290. *cicatricoſum* cf. v. 124. — 294. *quadrig.* etc. ſi, quam velociſſime quidem fieri poſſit, effugere coneris. Alatas enim Iovis quadrigas fulminis celeritatem aequaſſe conſtat — 297. *tuae* herae, cuius marito ſeruis, quae vero Alcumena non eſt hera mea — 298. *inritaſſis* inritaueris — 300. *vbi ego perii?* vid. Mil, 2, 5, 19. — 303. *Viuo* etc. vnam Lambini interpretationem veram eſſe arbitror: mihi imago mea praefertur viuo, quod mortuo nemo faciet. Illum enim alterum, quem, qui eſſet, ignorabat, et cuius imaginem ſuae deſcripſerat ante ſimillimam, viuo ſibi ita locatur praeferri, vt Romani funeribus defunctorum imagines curabant praeferendas, quem honorem mortuo ſibi tributum iri, ſperare ſeruus nullo modo poſſet. Ianus Douza ludos Principum in funeribus gladiatorios reſpici putat: viuus ludificor ego, cui mortuo nemo ludos faciet. Hoc vero Soſiae cum iunumeris aliis eſſet commune, vt, viui ludibrio laeſi, mortui ſine vlla efferantur pompa. Gruterus locum explicat e Suetonio Veſp. c. 19. etc. — 306. qui ſeruus manumittebatur, raſo capite, in Feroniae templo, libertorum deae, pileum adcipiebat, libertatis inſigne.

IN ACTVS I. SCENAM II.

2. *maxumam moleſtiam*, Soſiam, moleſtiam qui creaturus fuiſſet maximam — 5. *ſeruum Soſiam* aliquem ficticium — *ſeſe* verum ſe Soſiam — 8. *ambo* pro ambos, vt ſaepe — *erroris dementiae compl.* vſitatius *errore*, ſed Plautus ſaepius id, quo quid completur, in genitiuo ponit. Cic. ipſe habet *carcer mercatorum completus* — 11. *igitur*

Digitized by Google

demum pro: tum demum, vt saepius — 17. *dudum* Prol. v. 104 sqq. *quod dixi minus* quod non adieci, nunc subplebo, *geminos eam hodie esse parturam.* Quiuis quidem histrio, quae secum loquitur, spectatoribus dicit, minus autem recte spectatores inter agendum compellare videtur ipsos, vt hic: *dudum quod dixi minus.* cui vero? vobis spectatoribus — 19. 20. Plauti temporibus ignoscatur, si mulier superfetari posse crederetur, id vero recentioribus adhuc interpretibus defendi, mirum est — 20. *seminatus* conceptus in vtero — 22. *minori* serius concepto, Herculi, *mai. pat.* Iupiter — 23. *maiori* prius concepto, Iphiclo, *min. pat.* Amphitruo — 25. *vno vt fetu* explicatur v. sq. vt geminos vno partu ederet — 28. cland. vt cel. *suspicio*, pro qua voce Scioppius legi vult *huc itio*, vt in Most. est *huc reditio*, Rud. *hinc abitio*, Trin. *huc adcessio*, Truc. *huc ventio.* Lambinus vero mauult *susceptio*, sensu optimo: *eam clam* de Iove *suscepisse* — 313. delictum erat Iouis, et non par videtur, *deum facere, vt sinat*, deum pati, *del. su. culp. su. expetere in mortalem* tribui mortali — 35. *subditiuus* Iupiter, qui Prol. 121. in Amphitruonis vertit sese imaginem — 36. *vx. vsur.* vid. Prol. 108.

IN ACTVS I. SCENAM III.

1. rem *communem* domesticam — 2. *imperce* parce tibi, ad pariendum vicinae. Cas. 4. 4. 17. *impercito* — 3. *quod* erit natum, quidquid, puerum puellamue pepereris, *tollito* iubeo tolli, viuum seruari educarique; quos enim infantes pater vetuisset tolli, interemtos oportuit (quos tamen matres interdum, clam patribus, educandos curabant, aut exponendos certe) — 5. *haud quod* etc. volupe mihi esset, tecum, domique meae morari, sed — 8. *scitus sycophanta* versute ac subdole scit fallere, *qui quidem* etc. quod negare nequeo, licet pater meus sit — 9. *obseruatote* spectatores. vid. sc. 2. v. 17. — *palpari* proprie: manu leniter permulcere, h. l. blandis dictis fallere — 10. εἰρωνικῶς mulier dicit, se *re* repentino eius discessu experiri, *quanti* quam parui — 12. 13. *illa* plerisque videtur esse *Alcumena.* Qui vero tunc sensus loci sit, vix reperio, licet ad Meursii confugiam coniecturam, et pro *faxim* legerim *paxim*, pepigerim, quouis pignere dato certauerim. Accedo vero ad eos, quibus *illa* intelligenda esse videtur *Iuno*, et *istis factis* est: amoribus furtiuis, adeo, vt Al-

Digitized by Google

cumenam v. 11. omnibus aliis mulieribus praeferas. Tunc quidem ſenſus loci huius obſcuri eſſet: Iuno, vxor tua, *ſi ſciat t. i. r. op. d.* ſi reſciat me prodente *faxim* vt malis Amphitruo eſſe, quam Iupiter: Iuno enim te conuicio conſectatura eſſet adeo acerbo, vt homo eſſe malles, quam linguae eius verbera pati — 15. *lectus* pro: lecti — 16. Alcumenae igitur haec adeo ternox viſa eſt breuis — *here* pro: heri — 17. *ſubparaſitabor* gratiam a patre inibo, ſummi, quo Alcumenam complectatur, amoris me profeſſus teſtem — 19. *efflictim* vehementer *amare*, ſatis ei non videtur dictum, conrigit: *efflictim deperire* amore complecti, quo maior cogitari poſſit nullus — 20. Mercurium, oblitum, ſe ſerui nunc perſonam ſuſtinere, in ordinem Iupiter cogit. *Non ego te noui* contemtim dictum, quaſi: tu quis es, qui noſtris coniugum de amore noſtro ſermonibus inmiſcere te audes? — 21. *hanc rem curatio* pro: curatio huius rei: tu quid hanc rem curas? Verbalibus enim in *io* paſſim apud Plautum tribuitur caſus idem, atque verbis, vnde oriuntur. Vid. Aul. 3. 2. 9. — *multitio* 1. 1. 225. hic vero non eſt lenis murmuratio, clara enim voce Merc. erat loquutus, ſed adroganter loquutum odioſo vocabulo increpat. — 22. *Quoi* cui — *hoc ſcipione* quem, verberaturi ſpeciem prae ſe ferens, tollit. Non autem vera haec eſt ἀποσιώπησις, quod non ſua ſponte comminationem abrumpit, ſed ab Alcumena deprecante interpellatus — 23. *neq. paen. expediuit:* male propemodum profuit, iocoſe pro: ceſſit, euenit. Quidam malunt *expetiuit.* v. Act. 2. 1. 42. et Act. 3. 2. 15. — 25. *ſubripui tibi* ſubduxi me a legione, vt tibi inſeruirem — 28. *timidam* timentem, ne taedio ſui deſerat ſe — *palp. perc.* tranquillare cupit — 30. *praeuortiſſe prae rep.* vxorem mihi re publica fuiſſe cariorem — 31. *lacr. concinn.* lacrumas vxori exprimis — 36. *pateram* carchefium fuiſſe volunt, i. e. poculum oblongum, circa mediam partem compreſſum paulliſper, anſatum — 38. *vt alias res ſoles* vt grata ſint, quae facis, omnia — 39. Alcumena perblande marito: donum eſt dignum te, qui dediſti; Mercurius autem, iterum partium ſuarum oblitus, 40. conrigit blande: imo dignum te, cui datur, ſed iterum blanditiis ſuis 41 malam a Iove gratiam init — 43. *admodum quam* vehementer — 44. *num quid vis?* ſic discedentes officioſe ſolebant rogare — *vtquum abſim* etc. conf. Ter. Eun. 1. 2. 111 ſqq. — 48. *mitto* non amplius te moror — 49. *mortaleis* mortalibus —

Digitized by Google

50. en, miraculum, priori maius, vt perturbatus ſiderum ortus obcaſusque in priſtinum reſtituatur ordinem; quanto nox fuit antecedente die longior, tanto dies antecedente nocte breuior ſit.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *ſecundum*, poſt me, quod *me* Stich. 3. 1. 45. expreſſum eſt: ite vos hac, *ſecundum me* — Soſia poſt *ſequor* addit *ſubſequor*, quod partim τῷ *ſecundum* reſpondet, partim, quantopere alterum iſtum Soſiam metuat, videtur prodere: ego non prae iuiſſem, etiamſi, me ſecundum te ire, nullus iuſſiſſes — 2. *nam quamobrem* pro: quamobrem nam? *Nam* enim interrogatiuum, quod ſubiici ſolet alii interrogatiuo, a Plauto aliisque Comicis ſaepe praeponitur, v. c. Terent. Phorm. 4. 6. 2. *nam quae* haec anus eſt etc. — 4. *eccere* h. l. indignantis eſt. v. Trin. 2. 2. 105. — *tuatim* tuo more, vt ſoles — 13. *malum!* interiectio increpantis, cui tamen, vt nomini, iunctum eſt *quod*. Sic et apud Ter. Phorm. 5. 9. 83. *malum! quod* iſti dii deaeque omnes duint — 20. *promeritus* in malam partem poſitum eſt, vt Men. 5. 6. 24. — *quid mali tua ex re prom.* quid feci, quod non eſſet e re tua? qua in re damno a me adfectus es? — Putant nonnulli, Soſiam dicere: vtile fore Amphitruoni, ſeruum habere, qui duobus in locis vno tempore eſſe poſſit. — 21. *ludos facere aliquem* ludificari eum. Aul. 2. 2. 75. — 25. *optas, quae facta*, optas, te ebrium eſſe, qui es — *tu iſtic* ebrius factus es, *vbi bibiſti*. Poſt *bibiſti* igitur ſignum interrog. delendum eſt — 26. *quid hoc ſit hominis* quid de hoc homine iudicem, neſcio — 32. Amph. dixerat: *apage te;* quare Soſia: *quid eſt negotii?* ad quod me abire iubes? — 33. *peſtis te tenet?* iratus quaerit, quo malo retineatur, quo minus hinc faceſſat — *nam cur* pro: cur nam? 34. Vocem *peſtis* de morbo vult intellexiſſe videri — 41. *fando* paſſiue: neque aliorum e narratione adcepit quisquam — 42. cum Lambino lego *in tergum faxo* etc. tergo ſuo mihi mendaciorum poenam pendet. cf. ſc. 2. v. 33. et Act. 3. ſc. 2. v. 15. — 44. *ſi vi verum vincitur* ſi herus, quod vere loquutus ſis, minis confutet verberibusque — 45. *nam mec. arg. puta* in parentheſi poſitum eſt. *puta* pro: disputa. *quo pacto poteſt fieri* iungenda ſunt — 52. *apud* contra *hoſt. ſed.* bellum geſſimus — *quid igitur?* herus Soſiam interpellat: tum quid fiebat? caue ambages mihi narres! —

Digitized by Google

58. Veneficus aliquis eum fascinauit. *mala manus* tribuitur veneficis, Sosia vero 59 alio sensu *malam* fatetur fuisse *manum*, quae eum obtuderit. — 79. *blatis* blateras. Et Curt. 3. 81. est *nugas blatis*. Epid. 3. 1. 13. ad *blatis* in MSS. aliquo margini adscriptum est *latras* — 84. *simitu* pro: simul, saepius habet Plautus — *ebibi* bibendo perdidi: non ego ita bibi, vt, quae imperasti, negligerem. Hero autem, ebrietatis eum insimilanti, respondet v. 26. *nusquam bibi*, quare hic dicere videtur: diligenter, quae imperasti, exsequendo, me non ebrium esse ostendam. — 84. Pers. 2. 1. 3: quamquam vinum bibo, at mandata non consueui simul bibere — 85. *infecta:* vt re ipsa adpareat, non facta esse, quae tu (de Sosia altero) dixisti —

IN ACTVS II. SCENAM II.

1 — 4. minus voluptatis, quam molestiae, in vita humana est. *res voluptatis* pro voluptatibus ipsis positum putant, vt apud Graecos χρῆμα, v. c. ἐλάφου μέγα καὶ καλὸν χρῆμα ap. Xen. — 5. 6. Sic Seneca in Thyeste: dolor et voluptas inuicem cedunt; breuior voluptas! — 7. *domo* domi meae — 12. *perduelles*, Romae in primis, qui minuerent maiestatem populi romani; saepe vero: hostes exteri; sic h. l. Teleboae — 16. *belli* in bello — *clueat* inclutus sit, omnium ore celebretur. Vocabulum Plauto vsitatissimum — 20. *prognati* liberi nostri — 25. *auspicium* est eius, qui summae rei praeest, siue ipse res gerat, siue per alios; *ductus* vero eius, qui ipse res gerit. Sic apud Hor. 4. od. 14. auspicium est Augusti, ductus priuignorum eius — *primo coetu vicimus* prima pugna debellauimus — 26. Verba Thrasone digna — 28. *nam quid* quidnam — 35. *Saturam* Alcumenam iam esse pransam puto, quod ventriosam video. vid. v. 49. — 37. *aquam* cum puerperae ipsi lauandae, tum iis rebus, quae ex puerperio sordent. Sic Ter. Andr. 3. 2. 3. fac, isthaec vt lauet — 39. *situla* hydria; sed Cas. 2. 6. 7. est vas, in quod coniiciebantur sortes — 40. *creduis* credideris, nulla in re fidem mihi habebis — 41. *obcepso* obcepero — *ni illi* put. *animam omn. intertr.* nisi omnem aquam e puteo extraxero. Aquam vocatur puteo esse, quod animantibus est anima — 42. *alium allegabo* alii istam rem mandabo. Stich. 5. 3. 8. — 43. Alcumena secum loquitur: *nunc*, quum iam feci, quod marito debui, v. 82-84, quum vir me tentat v. 29, quum deridiculo ei esse videor v. 50, *arbitror facere* me, facturam

Digitized by Google

esse, quod *magis* sit, quam *officium meum*, quam maritus peregre rediens exspectare et poscere a coniuge possit, *si huic* iterum *aduorsum eam*. Sic fere Gulielmus et Gruterus locum explicant, quos sequor, licet nec *quam* in textum putem recipiendum, nec mutandum *magis officio meo*. E sequentibus certe adparet, Alcumenam marito non iterum iuisse obuiam, sed, quo loco erat, eum exspectasse — 46. *rumificant* praedicant — 47. 48. mulier, quod non respondet, derideri se putans, Sosia secum: *haud vidi magis exspectatum* quemquam, ironice, mentem vero statim aperit *eum sal.* etc. herum non salutari, miratus — 50-53. mulier, quid aegre ferat, nunc aperte dicit. Versus 52. 53. Mureto videntur otiosi: mulieres vero, iniuria aliqua adfectae sibi visae, perspicuitatis, quam verborum concinnitatis, solent esse studiosiores — 54. male interpungunt edd. quaedam: te, nisi nunc hodie, nusquam etc. rectius aliae: te, nisi nunc, hodie nusquam etc. Non enim negat, se eam saepius vidisse, sed, hoc die non, nisi nunc — 58. *auspicium*, omen, an tibi religio obiecta est? — 60. *dudum* de quouis tempore praeterito vsitatum, definitum Amph. cupit, *quam dudum?* et Alc. definit *prìdem*, quod vero, quia et ipsum de longiore posset tempore intelligi, conrigit *modo* — 61. quod *iam dudum* (ante decem menses) factum est, *modo* dicis factum? — 62. Interpungo: *vt te deludam contra* viciſſim, *lusorem meum* qui tu me deludis — 64. *delirare* est: a *lira* (sulco) aberrare, quare *deliramenta* loqui, loqui, vt vesani solent — 65. *quae ne* explicant: Quid opus est Alcumenae somno, quae vig. som. seu: num ea edormiscat, quae etc. Equidem *ne* puto esse *nae*, sed mutare ausus non sum, nec erat, cur mutarem, quum saepius scribatur per *e*, e graeco *νή* — *vigilans somniat* inania et futilia, vt alii in somno, loquitur — 69. *quid si* etc. tam aperte est iocus, ad deridendam Alcumenam prolatus, vt vix intelligam, qui possit Amph. v. 70. Sosiam obiurgare, quod adsentetur Alcumenae. Sed, quod vesanam putat, nihil vult dici, quod mente captae videri possit, pro se esse dictum — 71. *bacchanti* quando in ipsis orgiis Bacchi plena est — 73. *vna resoluas* furorem eius *plaga* adcepta. Lambinus recte: si thyrso percutienti velis resistere, plures adcipies plagas, si cedas, vna plaga ipsi fiet satis. Paucis: obsequendo citius eam ad sanam reduces mentem, quam adversando — 73. *at pol qui* tmesis est, pro *atqui pol*, quam

Digitized by Google

lectionem Gruterus e cod. reſtituit, pro vulgari *at pol quin.* Lambinus *at pol* tribuit Alcumenae, ira in Soſiam incenſae, eique minitaturae, niſi Amph. interpellaſſet *quin certa* etc. Sed Alc. non intellexiſſe videtur, quae Soſia hero ſoli forſan et ſubmiſſa voce dixit; iram certe nondum in virum, nec ipſum in Soſiam euomit — 75. crabrones inritati vehementius inuadunt — 79. *antidhac* antehac — 84, *oſc. tetuli* tuli, dedi, prior obtuli — 89. *ſi hic* maritus meus *ſuum offic. facit* iniuriam vxori inlatam putabit vindicandam *tu mag. malum habebis* meum tu animum non inpune obfenderis — 91. *et malum, et malum dari.* Alterum *et* in pluribus codd. non legitur, quo vero omiſſo difficultas loci non enodatur. Alterum *malum* eſſe *punicum* omnes conſentiunt, quod contra grauidarum malaciam in vſu fuiſſe, Plinius et Dioſcorides teſtantur. Quid vero repetitio ſibi vult, *malum et malum?* Alii *bina mala* intelligunt, alii alterum *malum* verecunde ſignificare putant rem, neſcio quam, amicae adceptam. Obfenſus erat Soſiae animus, quod Alcum. dixerat *tu magnum malum habebis, ſi* etc. aperte autem *malum* ei viciſſim inprecari, haud quidem audet, ſed vtitur tamen ambiguitate vocis *malum*, quod ab Amphitr. intelligi vult *punicum*, quare addit *quod obrodat* etc. poſt prius vero *et malum* tuſſim forte ſimulat, vnde repetendum videatur alterum *et malum*, quod Alcumenae male ominoſum videri cupit — 95. *atra bili perc.* melancholica eſt — 97. *tibi inpliciſci* effundere ſe bilem — 100. *perpetem* perpetuam — Poſt verſum 101. Meurſius verſum, qui eſt in edd. mediis, reſtituit: *nihil te pudet, ſceleſta, populi in conſpectum ingredi?* qui verſus autem in codd. deeſt, et ad quem, ſi genuinus eſſet, Alcumena non tacuiſſet — 104. *non quidem hercle de hac re* me tecum coenaſſe et cubuiſſe *vera dicis, de aliis* qui alius coenauerit cubueritque tecum, *neſcio.* — 107. *prodig. Iovi* qui prodigia depellit, ἀποτροπαίῳ, τερασίῳ — 108. *mola* farre molito *ſalſa* ſale miſto ſacrificari oportuit, ad ſomnium expiandum — 109. *Vae capiti tuo* mentis tuae non es — *tua iſt. ref. ſi cur.* tibi quidem curandum eſt, vt amiſſam recipias mentis ſanitatem — 110. *ſine malo* te, marito meo, eum non puniente — 112. *illi* illic — 118. *mirum quin* ironice: hoc quidem mirum non eſt, quod hic tibi, hero ſuo, non contradicit — 119. Amph. igitur vetat, Soſiam ſibi adſentari — 123. *falſum dicere* Soſiam audio — 130. *ita animo fui* in animo habui, eam tibi

Digitized by Google

donare — 137. *quid hoc sit hominis* nescio, quid de vxore mea cogitem — 138. *intus prof. foras*, vid. Cas. 2. 5. 43. — 144. *cerrita* male sana. Men. 5. 4. 2. *circumferri* lustratione curari — 145. *laruarum plena* malis geniis acta — 150. praestigias infert oculis, arte sua facit, vt adparere nobis videatur, quod non est — 153. Iam dudum Sosiae, si Plautus voluisset, in mentem potuisset venire, vt ipsi alter interuenisset Sosia, sic herum reperturum esse alterum Amphitruonem — 173. *lecto* conuiuali, triclinio — 176. *lecto* cubiculari, iugali — 177. *perdidisti* me, perii — 181. pro aduerbio *falso* legunt quidam *falsa* quae falsa ab aliquo es, seu, quae me fallis — *falso nom.* alieno, quod aures meae nunc respuunt (Cic. quidem sequutus scripti *aures respuunt*) — 182. *haeret haec res* fit impeditior, perplexior — *siquidem haec iam mul. facta'st ex viro* Amph., quem Alc. adpellarat *mi vir* i. e. marite, hoc mariti nomen a vitiata falso sibi tribui dixerat; Sosia autem *viri* nomen adcipit pro *maris*, et iocose coniicit, Amphitruonem igitur e mare feminam oportere factum esse, quare ob nouum eius sexum non dicit *hic factus est* sed *haec facta est* — 183. *qua istaec propter* tmesis *quapropter* istaec — 184. *tute* tu ipsa *edictas* prodis, fateris — 185. *tecum fui* concubui — 187. *pud. sumas mut.* ironice: similes certe pudicitiam, nec, labsa turpiter, profiteare ipsa — 188. *decet* vt graecum *πρέπει*, cum datiuo — *nostr. gen.* non decet: honestae, qualis ego sum, non decet istiusmodi factum insimilari — 180. *captas* coarguere vis — Versus 193. 4. nec in codd. nec in vlla, ante Merulam, editione reperiuntur, inlatae primum, vna cum tertio aliquo versu, a Baptista Pio, e codice, vt dicit, reuerendae fidei, hunc in modum:

Am. quid testes? *Al.* testes. *Am.* quid testicularis, vno sat est.
Nec nobis praesente aliquis nisi seruus Africanus
In actione adest, si hunc absentem inuenerit puer.

Camerarius autem versus medii finem, et tertium totum e Nonio deprehendit esse translatos, et pro *Africanus* posuit *Sosia adfuit;* nec erasse mihi videntur, qui priores quoque versus vtrosque inculcatos aliunde putant. Ambiguitas verbo in verbo *testiculari*, a testiculis formato, persona Amphitruonis prorsus est indigna. Versus tamen medii *nobis praesente* apud Ter. quoque legitur — 197.

Digitized by Google

fungi cum accuſ. ſaepius obcurrit — 198. *mirum nimis eſt* conrigit Muretus *mirum eſt minus*, minus recte. Omnes non ſolum libri ſcripti in vulgari lectione conſentiunt, ſed et de Soſia ſubditiuo vtique nimium quantum erat mirum, de Amphitruone autem mirum eſſe adhuc magis ipſo verſu ſq. reperitur — 200. *fruſtratur* (arte magica) decipit — 203. *mortalis nemo*, nemo viuit, qui. Taubmannus dicit: recte addit *mortalis*, alioqui peieraret! Sed in mentem mulieri venire non potuit, eum, quem Amphitruonem putarat reducem, Iovem eſſe inmortalem. Dixi quidem in argumento e 5, 2, 13. iam ſeptem menſibus ante Amphitruonis reditum, Alcumenam a Iove *vi ſubactam* eſſe ita, vt, a quo vim pateretur, ipſa neſciret, at iurare tamen poteſt, inuiolatam eſſe pudicitiam ſuam. Nam, quae nolenti, et, quantum valet, reluctanti mulieri vis infertur, ea quidem pudicitiam non eripit, cuius vera ſedes eſt in animo; quare poſt: nemo corpus meum corpore contigit, v. 204. addit: *quo me inpudicam faceret*, conſcia ſibi, quid corpore eſſet paſſa: conſcia tamen eadem iurare poterat, animi ſui pudicitiam numquam eſſe conſpurcatam — 206. *mulier es, audacter iuras!* mulieris eſſe dicit, vt, licet peccauerit, audacter tamen iurando euincere conetur, inlibatam ſe ſeruaſſe pudicitiam — 207. *proterue* ſenſu bono: nulla re proterritam — 208. *verbis probas* malle ſe dicit, probaſſe eam factis — 210. *pudicitia* inmunitas a libidine, *pudor* quarumcumque rerum turpium metus — 213. *examuſſim optima* perfecte, cui ad perfectionem virtutis muliebris nihil deſit — 214. *delenitus* conſilii inops. Virtus mulieris ſemper adhuc cognita, et id, quod hodie ipſa narrat, mentem trahunt in partes diuerſiſſimas — 215. *caue ſis*, (ſi vis) *ne tu te ipſe perduis* (perdas) ne te, qui ſis, dubio, alius quis tuam Amphitruonis perſonam vſu capiat, tuque eam plane perdas — 217. *inquiſitum* non exquiſitam — *amittere* omittere — 222. *numquid cauſam dicis* qua te purgabis defenſione — *quin te hoc* noſtro *mulctem matrimonio* quin diuortium tecum faciam — 223. *conuenit* conditionem adcepit, ratam habuit.

IN ACTVS III. SCENAM I.

Nono quaſi Prologo Iupiter, qui exitus fabulae exſpectandus ſit, ſpectatores edocet.

Digitized by Google

3. *in sup. coen.* ambiguitas perquam ridicula. Iupiter verus in summo habitabat Olympo; histrio vero, qui Iovis in scena sustinebat personam, seu Iupiter scenicus, deposita hac persona, in alieno non solum habitat, sed *sup. coen.* i. e. in suprema contignatione aedium, ad tegulas, quo non nisi pauperculi non poterant non adreptare — 5. *quum extemplo* vt primum; forsan et intelligi vult *e meo coeli templo* — 8. *inchoatam* demum, nondum absolutam *transigam* relinquam, finiam — 12. *expetat* tribuatur, vitio vertatur Alcumenae — 15. *frustrat. max.* errorem inpeditissimum — 19. et *ex* me. —

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *durare:* mea his in aedibus conditio est miserior, quam quae possit tolerari. Sic apud Ter. Adelph. 4, 3, 1. Syrus: non hercle hic quidem *durare* quisquam, si sic fit, potest — *probri* adulterii — 2. post *probri* prae dolore paullisper tacet, quo adcrescente addit *stupri*, addit *dedecoris* — *ita me argutam esse:* quam indignam est, istiusmodi crimina a meo in me conlata esse marito! — *susque deque* (sursumque deorsumque) aliquid *habere* seu facere, est: negligere, non magni pendere — *id* quod me probri arguit — 8. iure iurando confirmet, se indignam me cognosse, in quam istiusmodi esset iniuria inlata; quod qui non postularat, non ausus putabatur postulare, suaeque ipse causae diffidere — 11. si *me* etc. errant, opinor, qui explicant *me Iovem* eius amore nondum satiatum, sed intelligo *me* quem Amphitruonem putat, vt ira eius, a marito concitata, deferuescat — 14. negotium *insonti* Alcumenae *exhibuit* amor, quo Amphitruoni obfui, ita, vt male eam adciperet. *Mihi*, Iovi, *ira* Amphitruonis *in* Alcumenam *et maledicta expetent insonti* (in me insontem) non enim ego maledicta in eam contuli, non ego meritus sum, vt iratscatur mihi — 17. *conloqui* cum adcus. apud Plautum saepe, est: adfari, adpellare — 18. *quo te auort.* sic Dido magno amore polluto, apud Virg. Aen. 4, 361. *auersa* tuetur Aeneam, et 6, 469. oculos *auersa* tenebat — *ita ing. meum est* sic soleo — 19. *inimicos* Scipio Gentilis Parerg. 1, 21. docet: ICtos virum post diuortium adpellasse *inimicum;* quod vero hic nihil explicat. Alcumena certe diuortium cum marito nondum fecerat — 22. Iupiter, blandius contrectaturus Alcumenam, repulsus ab ea videtur, quare is: *nimis verecunda es* quae et mari-

Digitized by Google

tum repellis; haec vero: *potin es* etc. manum abstineas suadeo! hoc sensu, sed vt serua, subrustice, apud Ter. Eun. 5, 3, 65. Pythias: apage te! Pro *verecunda* Lambinus malebat *iracunda* — 27. *si dixi* te inpudicam esse — 28. *id* propter id, ea de causa — 40. *id te serio praeuorti* praeferre, quod per iocum dixi, ne praeferas *serio* (dativ.) quod nunc dico. Sic *prouertisse* 1, 3, 30. est: *praeposuisse*. Aliis *serio* est aduerbium: te id serio a me dictum adcipere. — 41. *illud* quod dixti, quacumque mente dixeris. Quod cordi meo quam maxime vidisti dolere, in eo te iocatum esse credam? — 44. frustra periclitatus es animum meum, cuius virtus nullis inplicari poterat captionum laqueis — 45. *ab inpud. fact. me abstines* probri crimine me liberas — 46. inpudice dictis porro obnoxia esse nolo — 47. Qui coniux matrimonium soluebat, ex legg. XII. Tabb. alteri coniugi *res suas sibi habere* iubebat — 48. *iub. mi ire com.* ne abductis iis turpiter expulsa videar aut profuga — 49. Scioppius e cod. Langiano: ALC. *Sin;* (si comites negaueris) *ibo ego*, (vnam) *mecum comitem mihi pud. dux.* — 50. vid. not. ad v. 8. — *arbitratu tuo* quale tu ipsa esses voce praeitura — 52. Quam indignus est in iure iurando lusus! per Iovem iurat, qui ipse est, et, si ipse fallat, 53. Amphitruoni suam Iovis iram inprecatur. Sic et Mercurius 1, 1, 236. iurat. — 57 sqq. vt omnium rerum in vita humana vicissitudo est, sic et amantium irae amoris sunt redintegratio — 63. *ne diceres* quod meo non posset animo non esse aegre! — 64. *isdem* idem tu — *mi. pat. sunt* dedolere et obliuisci vxorem tuam decet — 65. *vasa pura* quibus, nulla re maculatis, ad sacra diis facienda liceat vti. Vt veri sustineret Amphitruonis personam, non omittenda erat res diuina, qua cuique domum reduci nihil solebat esse prius — 71. 72. auersus et secum loquitur, quare Alc. 73. miratur, quid secreto et secum agat. cf. ad v. 71. Subpos. A. 4. sc. 3. v. 45. 46. et sc. 5. 1. ad 72. autem Subpos. sc. 4. v. 23. 27. 30.

IN ACTVS III. SCENAM III.

4. *serv. frugi* qui animo est in herum fideli — ita *sese inst.* ad eum se formare animi habitum, vt 5. *sit, comparet — vultum e vultu alterius comparare* eumdem, quem alter, animi habitum vultu prae se ferre — 8. *qui scis iam* quia te, quum istaec dicerem, non latuit, me iocari — 9. Iupiter exspectauerat, Sosiam adfirmaturum

Digitized by Google

esse, non latuisse se, Iovem iocari; qui vero quum minus scite respondisset, Iupiter v. 10. mendacio suo non porro inmoratur — 11. *rem diuinam* pro quo quasi dixisset *sacra* pergit *vota quae sunt* — 14. *Iam hic ero* etc. exspectatione tua celerius imperium hoc tuum exsequar — post versum 17 paucis in edd. reperitur versus: *quando isthaec omnia exiuraſti, te mihi dixe* (dixisse) *per iocum* quem Lambinus putatur interposuisse — 19. ab hoc versu Iupiter solus est — *frustra sunt* decepti sunt — 21. *diuine Sosia* Mercuri — 24. *fac, commentus sis* astute quidem rationem Amphitruonis abigendi comminiscare — 25. *dum cum hac* Alcumena voluptatem capio — 28. *quum mihi* Iovi, qui ipse sum.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1. Lictorum erat, submouere turbam, vt via daretur Consuli; seruos autem comicos, qui via sibi iuberent decedi, Plautus Terentiusque saepe rident — 2. *fuat* fit — 3. *hercle* iterum per Herculem iurat, nondum natum — 10. *amanti* patri — 13. *modo bono* ratione commoda — 16. *capiam cor. mihi in caput* liberius se inuitare solebant, floribus redimiti, tum grati odoris causa, tum, quod odoramentis ebrietatem putabant inpediri — 17. *cispellam* repellam — 18. Nonius Plauti ex Amphitruone versum citat: *ne tu posiules matellam vnam* (modo) *tibi aquae infundi in caput*, quem, quum in hac comoedia, in codd. certe adhuc euolutis, non reperiatur, hoc loco inserere, non incongruum quidam putauere — *Madidi* quidem homines et intrinsecus esse possunt *vino*, et extrinsecus, quolibet *humore perfusi*. Minari igitur Mercurium putant, se ex matella infusurum in caput Amphitruonis esse, vt, licet sobrius, madidus tamen reddatur. In quarto autem actu hoc nec legitur esse factum, nec Amph., matula se perfusum esse, Sosiae exprobrat. Apud Plautum Men. 1. 3. 29. et Pers. 1. 3. 14. *madidus* dicitur cibus, coquendo macerandoue marcidus et mollis factus. quid? si Plautus, in captando verborum lusu semper nimius, dicere voluit: faciam vt mollescat, sc. vt absterreatur a conatu aedium suarum vi expugnandarum — 24. *qui potius decet* ornatum, qui serui, quam nunc sustineo, personae conuenientior sit meo Mercurii ornatu.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

1. Adcusatiuum *Naucratem* Graecorum more pro nominatiuo dicunt positum; sed vbiuis forsan gentium homines,

Digitized by Google

animo perturbati, a verborum conſtruendorum regulis facile aberrant. Hoc autem loco verba ab *in naui* v. 1. vsque ad *quaeritando* v. 6. in parentheſi poſita, et *Naucratem* ab *nusquam inuenio* pendere videntur, ob ipſam longiorem parentheſin recte repetitum. Parentheſeos autem partes, vt fit, ſi quae digitis enumerentur, grauiore inmutatoque ſono pronunciata eſſe arbitror — 3. *myropolia* tabernae vnguentariae — 5. *in medicinis* medicorum pergulis. Epid. 2. 2. 14. — 6. pro *inuenio* mallem *inueni* — 8. *quem propter* cuius amore capta. Alii *propter* explicant *prope*, vt Ter. Eun. 2. 3. 81. eſt: qui ſit ille moechus, cum quo etc. ſeu: quo venefico fallente — 9. *inquiſitam* vt ſupra 2. 2. 217. *non exquiſitam* — 10. *Eugepae* eſt cum indignatione mirantis — 12. primo pultans clamat: *aperite hoc* oſtium! mox, nemine aperiente fores, iterum pultans: *ecquis hic eſt?* nemone in aedibus eſt? et audito forſan Mercurio in tectum adſcendente: *ecquis hoc aperit oſtium?*

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. Qui in tenebris, aut omnino, vbi forma eius noſci nequit, reſpondet: *ego ſum!* is nihil profecto reſpondet. Quare Merc.: *quid? ego ſum?* quam inepta, aut nulla potius, haec reſponſio eſt? Amph. viciſſim: *ita loquor*, ſic reſpondeo meis, qui me voce facile dignoſcere poſſunt. Mercur. enim, interrogans: *quis ad fores eſt?* Soſiae erat vocem imitatus — 2. qui fecerant, quod iis exitioſum eſſe poſſet, diis iratis putabantur inſtigati ad facinus, quo ad exitium dederentur — 3. incipit Amph. *quo modo* perrecturus forſan: reſpondes mihi? aut tale quid; quaſi autem rogaſſet ille *quomodo* irati mihi ſunt dii? interpellat Merc. *eo modo* etc. — *aetatem* ſemper — 4. Amph. incertus, quid de ſeruo ſuo ſentiat, graui eum voce compellat: *Soſia!* qui reſpondet *ita;* vero me compellaſti nomine meo etc. — 6. *ita* meo iure *rogo:* nam *paene* etc. — 7. *fores nobis publicitus praeberi?* fores, fractae ſi ſint, domino meo inpenſa publica reſarciri? — 8. *quid me adſpectas* dubius adhuc Amph. ebriumne, an mente captum putaret Soſiam, e ſpecie eius externa, vtrum eſſet, animadvertere volebat — 9. *vlmorum acheruns.* Capt. 3. 4. 117. Tyndarus queritur: *vae illis virgis miſeris, quae hodie in tergo morientur meo,* virgae quippe flaccescent caedendo tergum meum, quod igitur earum quaſi Orcus ſeu Acheron

Digitized by Google

erit. Noſtro igitur in loco ſenſus: cuius in tergo virgae abſumentur vlmeae, vt in Acheronte animae. Verſ. 10. Amph. minatur magis perſpicue — 11. 12. ſtipem ſaepe conligit ſenex, quia adoleſcens fuit peculii prodigus, ſed Amphitruonem *ſenecta* ſenili *aetate mendicare malum* intelligendum eſt: eum inritare ſe, vt malo eum adficiat. Verſum 11 inſerit, ob vocabula *ten. aet.* et *mendicare* quibus vſurus verſu ſeq. eſt — 13. *cum cruciatu* etc. ob verba, quae funditas, hodie cruciabere — 14. *qui?* qua hoſtia mihi ſacrificabis? — *macto* ſacrifico, non tibi ſed *te*, non hoſtia ſed *infortunio:* magno te malo adficiam. Sic Bacch. 4. 8. 45. *et ego te et ille mactamus infortunio.*

IN SVBPOSITA.

De quibus vid. Argum.

15. *niſi fo. d. h. m. perd.* tu v. 8. rogaras me: quis tu es? ego vero niſi inmutauerint me dii, aliumque fecerint, (v. 15. 16. 17.) puniendo te oſtendam, me dominum eſſe tuum — 16. *bub. coriis* ſcuticis boum e coriis — *omniſtus ſis* faxo, vt caedare — *Sat. hoſt.* te, qui me mactare vis, mactabo ego, interficiam. Saturno, quoties iratum ſibi Carthaginienſes putabant, hominibus ſacrificaſſe Diod. Sic. L. 20. narrat — 18. *larua vmbratilis* tu, quem ſpectrum eſſe puto, non hominem — 21. *linguam* conuiciantem minantemque — 22. *prohibeſſis* prohibueris — 24. *adcipe* hanc tegulam, ſeu, vt alii malunt, matellam aquae tibi infuſam. Vtramcumque intelligas, perſpicies tamen, Mercurium eam ipſam ob cauſam adſcendiſſe in tectum, vt Amphitruonem terreret potius atque abigeret, quam vt corpus eius magnopere laederet vulneraretque — 26. 32. *Bacchanal exercuiſſe* dicebantur veſani. vid. v. 44. — 27. *tu. ſerv. cenſ.* eſſe putas, qui non ſum; quare Amph. indignans: *cenſeo?* an falſo puto? tune ſeruus meus non es? — 31. *Amphitruo* repetit nomen, eius deridendi cauſa: tu vero, ſi diis placet, egregius es Amphitruo! — 38. Amph. quo celerius, quae reſciſcere ſua intererat, a ſeruo expiſcetur, *mi Soſia* eum adloquitur, qui igitur ſubridens ſecum: *blandius!* hem, apertius me loqui vult! et nunc Merc. ſatis ſtatim aperte eſſatur, quae miſerum mordeant Amphitruonem! — 40. 41. Merc. loquitur ad ſpectatores, quorum maior plerumque pars obſcoene dictis delectari ſolet — 42. *quid, malum: Soſia!* increpat, quod imperioſe vocarat: *Soſia!* nec,

Digitized by Google

vt antea blande: *mi Sosia!* ita enim se, alienum seruum, vocari, par esse putat — 43. *qui ne emas litigium* caue, ne herus meus ita te abigat, vt dignus es, qui te eum esse mentiris — 44. *tu Bacchus es*, vesanus. Luna enim, Bacchus et Ceres furoris habebantur praesides, quare vesani dicti sunt *Lunatici*, *Bacchi*, *Ceriti* — 48. 49. vid. sc. 3. v. 27. — 50. *de foribus* etc. quod ad fores adtinet, caue tibi, ne interea pultes — 51. versus suspectus nonnullis est. Rectius forsan verba eius sequerentur statim post *adcersam equidem*, tamquam causa, cur eum adcersere non dubitet: in editionibus vtique alieno inserta sunt loco, medio inter ea, quae, vt vitet, Amphitruonem Mercurius monet.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

Tota scena putatur subposita. Ad versum vsque 37 Amphitruo omnia secum, solus sibi visus. Quoties tacet, meditabundus obambulasse putandus est, gestibus summam animi prodens perturbationem. Pleraque quae hic dicit *supra cothurnum* esse non infitior; sed est Amph. h. l. persona tragica. Quae ad versum vsque 35 dicit, Lambino videntur pro Plautinis posse vendi; quae vero sequuntur, minus, quod multa aliunde mendicata, nonnulla, et inconcinna censet Plautoque indigna.

1. *quae intemperiae* quam turbulentae prodigiorum tempestates — 2. *nam verum e. q. olim. e. aud.* quae mihi nunc eueniunt, probabilia mihi reddunt ea, quae olim eueniisse narrantur — 3. *fabulari* passiue — *mutatos* in lupos, aliasque feras. vid. Plin. 8, 22. — 5. *nec cognitos* adnosci quitos — 8. *alium Bleph.* quem ipse a te internoscere nequeas — *parias* iocose: nouo miraculo ortum reperias — 10. quum pro: *qui istic est* dixerit *qui istic sum*, rectius pro *mulcauit* perrexisset *mulcaui*, vt sc. 4. v. 19: vt dudum memet *ego* (adcepi) — 11. *gradus grandire* grandiores reddere, ocius nos mouere — 12. *exspectat* me ad prandium inuitatum — 14. *Martigenam* belluam. Martium angnem adpellat Ovid. Metam. 3, 32. — *Europae quaestor*, quaestoribus forsan romanis quaestoriisque viris audientibus, comice, pro: *quaesitor*, Cadmus ab Agenore patre ad Europen, a Iove raptam, quaerendam reducendamque missus — 15. *anguin. rep. host. pep. sem.* consito agro dentibus draconis ab eo interfecti, creuit seges clypeata virorum, qui fratres cadunt

Digitized by Google

ſubito per mutua vulnera, quinque tantum ſuperſtitibus. Ovid. l. c. — 16. *no. auct. gent.* Cadmum, Thebarum conditorem — 17. *cum Ven. filia* Harmonia ſeu Hermione — mutatus Cadmus cum Harmonia in ſerpentes. Ovid. Met. 4. fab. 14. — 21. *exanclarem* exantlarem. Fati vim, cui Cadmus et alii noſtrates optimi ſubcubuere, quibus ego viribus repellam me prementem? Non potero *pertolerare* vt defunctus tantis malis videar, nec *exantlare* vt exhauſiſſe videar, quidquid acerbi in fato meo erat — 22. *ſalutator* qui venit potentiores ſalutatum, cui exſpectandum eſt, donec fores, peſſulis obcluſae, aperiantur — 23. *fam. exſp. obamb.* obambulat, quo ſuauius prandeat; quod Socrates vocabat: ambulando famem opſonare. Cic. Tuſc. 5, 34. — 24, *for. clauſit, ne* (fames) *praeuort. foras* ne fames exeat auſugiatque, antequam ipſe domum intret — *gannire* vulpium eſt. Tropice garrulis tribuitur hominibus, inepta quaeuis effutientibus, quo ſenſu Blepharo dixerat: *obgannis* — 27. *expungant* inritam reddant. cf. ſc. 2. v. 48. 49. — 35. *priusq. ſtom. detex.* quidam malunt *decoxerit*, ad graecam πέψαι ὀργήν. Sed *priusquam detexerit ſtomachum* eſt: priusquam ſtomachum erumpat in me, priusquam iram in me detegat, congrediamur, non ego cum eo ſolus, ſed tecum ſimul, vt, te precatore, ira eius deferueſcat. Nec fefellit Soſiam haec ſua ſpes — 37. *min. et dol. inceſſ.* quod Mercur., qui Soſiae ſumſerat ſibi imaginem, tota ſc. 2. fecerat. cf. et Act. 3. ſc. 4. v. 19. 20. — 38. *illaec machina* ſcipionem Amphitruonis digito monſtrat — *ſis* ſi vis — 40. *fames et mora bilem* etc. nares putantur ſedes irae, ſpiritu concitato dilatatae. Vulgo efferunt adagium: *latrante ſtomacho omnis mora bilem mouet* — 41. *e loco* hoc idem ſine dubio nunc adcidit, vt fames et mora Amphitruonis iram acuant — 45. *conuiuerem* tecum prandérem 3. 3. 13. — 49. Blepharonem, inpetum Soſiae verberandi cohibentem, amoliturus: *ſine me*, ne retineas — *auſc. tu vap.* dum auſculto Blepharonem, tu, Soſia, ſimul vapula — 50. Soſia, quare Amph. ſaeuiat, neſcius, quod 3. 3. 14. promiſerat, quam ociſſime potuiſſet, rediiſſe ſe perſeuerat — 51. *ſi me daed. tul. remig.* ſi volaſſem — 52. non id curo, grallisne incedens ingentes gradus fecerit, an repſerit teſtudine lentior, ſed — 61. *inritaſſit* inritauerit, veſanum reddiderit — 62. quamuis trepidus non poteſt tamen Soſia argutiis abſtinere: non eſt, quod Bacchum hodie

Digitized by Google

Cereremue venerer, qui ieiunus adhuc nec bibi hodie, nec comedi quidquam — 61. quod rogauerat herus: *quando gentium* te misi, commonefacere eum cupit eorum, quae Act. 3. sc. 3. v. 11. 12. 13. ab eo putabat esse dicta.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

Hanc scenam post Thadaeum Vgoletum, Franc. Marium Grapaldum, Pyladem Brixianum aliosque, Ianus Gulielmius, vel Nonii auctoritate, germanam Plauti esse pertendit. A versu 21, quo Sosia abit, incipere deberet Scena quinta.

1. ab obsoleto *impes* ablatiuus aliquoties reperitur, *tam vasto impete* tam vehementer — 3. *Telebois sacr. manibus*, Teleboarum a me interfectorum manibus inferias feram — 3. 4. *nihil est* etc. verum est, quod dicunt, dies quosdam prae ceteris esse homini infelices, quibus nihil bene subcedat, et talis mihi hodiernus dies est — 8. *hic vero* quicum loquuti adhuc sumus — 11. *ad nos* redis? *hunc* qui me sacrificaturus erat — 12. *im. ego hunc* reperi tandem — 13. *teneo thesaurum stupri* qui vxori meae turpiter stuprum obtulit. Sic et Mercat. 3. 4. 16. legitur *thesaurus mali*, et Euripides habet θησαυρὸν κακῶν — pro *inpudicitia inpetiuit* Nonius, et ex eo Douza mauult *inpaediuit* (a paedore) spurcitia sordidauit — post *stupri* Gulielmius e Nonio versum inserit: *Cuique med absente corpus* (vxor) *vulgauit suum.* — 16. *hospes* tu homo mihi ignote — *quae intemperiae* sanus ne es? quid tibi fumis? — 21. *lances det. om.* ne offulam quidem in lancibus relinquam — *trulla* erat vas vinarium minus, scyphus — post *haeriam* Sosia abit, partesque suas peregit — 36. *Taphus* insula iuxta Acarnaniam, qua potiti Teleboae erant; *cum Taphiis* pugna eadem est, quae cum Telebois — 37 sqq. deridendum Plautus sine dubio spectatoribus propinat ducem aliquem, quem fama loquebatur ante proelium initum praeparasse nauem, qua, re minus prospere subcedente, se opesque seruaret suas — 37. *clano haereres* a gubernaculo ne discederes, cuius cautionis, quam recte Amph. videri poterat magistro nauis iniunxisse, causam Iup. v. 38. adiicit, quae non erat fortitudini Amph. commendandae — 39. hic versus in edd. totus Amphitruoni solet tribui, sed *item aliud* verba sunt Blepharonis dicentis: *item, aliud* refer, quod mihi tunc mandasti, cui

Digitized by Google

Amph. respondet: *vt bene* etc. — 40. Iupiter, vt prior quaestioni, ita et huic alteri, non rogatus, adiecturus est quasi commentarium aliquem *quae pecuniae* perrecturus sine dubio: hoc vel illo loco modoque erant partae; Blepharo autem, vbi et quibus extortae erant, non vult commemorari, in partem forsan vocatus, *tace sis tu, meum est quaerere*, vetat proferri, quod non quaesisset, et quaerit *numerum*. — 41. *talent. att.* mille fere vallenses, seu thaleros efficiebat — nunc Amphitruonem rogat *et tu* respondet, *quot* erant *Philippei* (numi aurei, insignes imagine Philippi, Macedonum regis)? — *obolus* moneta argentea minor, sexta pars drachmae, nobis: dimidius fere grossus — 43. *alterum* eum, qui verus non est Amphitruo — *intus in crumena clausum alterum esse oportuit*. Locum hunc repetit Plautus ex 1. 1. 275. *latuit intus illic in illac hirnea* — 49. *Gorgophones nepos* ex fratre eius Alceo — 50. *perduellis*, qui eius contra Teleboas bellum confecit — 54. *Electr. perd.* boues eius abegerant — *nostrae coni.* Alcumenae fratres, qui Electryonem et boues fuerant propugnaturi — 58. *id si fuat* id signum si reperero in vtroque — 63. *coiuit cic.* vulnus curatum cicatricem duxit — *rufula, sublurida* vulnus, quod Amph. non multo ante, in ipso, vnde redibat, bello adceperat, priorem nondum traxerat cutis candorem — 64. *rat. iacent* quod v. 35. signis me palam facturum promiseram, fefellit me, nec quaerendo, nec cicatrice inspecta, verum a falso possum Amphitruone internoscere — *iudicium ergo silet*, non iudicare possum, vter verus Amph. sit.

IN ACTVS IV. SCENAM V. (vulgo sc. 3.)

Manent igitur personae, quae a scenae 4. versu 21. fuerant, deinceps vero abeunt, Blepharo v. 4., Iupiter v. 5. et a verbis *perii miser* solus restat Amphitruo.

1. *partite*, quod Codd. habent, nihil esse potest, nisi: ipsi videritis, qua ratione hanc controuersiam vestram componatis. Camerarius malebat *parcite*, quod, si sc. 3. v. 51 et 68 sqq. et sc. 4. v. 26. 30. conferas, ab ingenio certe Blepharonis non videbitur absonum. — 4. *qui vtri* Gulielm. in MSS. reperit *quin* — post versum 4. inferunt quidam versum, a Nonio ex Amph. citatum: *qui nequeo, vestrorum vter* sit Amphitruo, decernere — 5. *perii miser* Gulielm. Iovi adhuc tribuit, parturientis clamore audito,

Digitized by Google

ſaluti eius praetimenti. Sed oblitus videtur Gulielm. quae Iupiter Act. 3. ſc. 1. v. 18. 19. dixit, cui eum promiſſo ſuo ſtetiſſe, Bromia 5. 1. 11. narrabit. Vide notas ad ſcenae huius, verſum 11. Amphitruo autem vere poterat exclamare: *perii miſer* — 6. *quid ego* agam? — 8. *me ducam* ibo. Sic Bacch. 4, 2. 11. *duc te ab aedibus.* Aulul. 4. 8. 8. *me deorſum duco de arbore.* Ter. Hecyr. 4. 1. 7. *ſe duxit foras* — 9. *Theſſ. ven.* Theſſali veneficio artibusque magicis erant infames — 11. *ſed, vbi ille eſt* etc. animum igitur Iupiter non aduertit, quum Iup. abiret; ergo, licet Iovis verba fuiſſent v. 5. *perii miſer*, non tamen, vt Gul. vult, ſubiicere ei potuiſſet Amph. v. 6. *quid ego?* nonne ego longe miſerior adhuc ſum? — 13. *ignorant* internoſcere a veneficio iſto nequeunt — 14. introrump. *in aedibus* archaismus pro *in aedes*, ſic et v. 18. pergam *in aedibus* — 16. *patrem, auum* nominat, mortuos; furens dicit, ſe quemcumque obuium eſſe obciſurum.

IN ACTVS V. SCENAM I.

Bromia, nouitate ac miraculo rerum, quas viderat audieratque, adtonita, v. 1. ad 8. queſtus profundit; qui animum produnt turbidiſſimum. Poſtea vero, quum ſe conlegit, ex ordine et perſpicue a v. 9, quae geſta erant, narrare incipit.

v. 1. 2. vno verbo: *nulla ſum!* — 1. *ſpes op. vit. m.* omnis vigor meus *iac. ſep. in pect.* exſtinctus videtur — 2. neque, quae eram, confidens adhuc ſum — 3. omnia videntur mecum circumagi rotarique, vertigine adfectam me ſentio — 6. *anim. mal. eſt* animo linquar — *aquam velim* frigidam, qua adſperſa recreer. Sic et Mil. 4. 8. v. 21. 22. PA. *animo male factum eſt huic repente miſerae* PY. *adferte aquam* — 9. *deos* deas parturientium *ſibi* auxiliatrices *inuocat* Iuno Lucina, ſer opem! vid. not. ad Aulul. 4. 7. 11. — 10. adcumulat mulier verba ad vehementiam fragoris augendam, quanto magis repentini, tanto terribilioris — 11. *neſcio quis deus* Iupiter — 14. *terrore meo* actiue, a me vobis iniecto — *obcidiſtis* vt fulmine icti conruiſtis — 15. *vt iacui*, quae, quo eram prolabſa, inmota iacueram — 16. *inclamat* vocat — *ea res* clamor herae — 17. namque *herilis metus* metus meus de hera, ne quid aduerſi paſſa ſit, *praeuortit* ſollicitiorem me feçit, quam id, quod ipſi mihi eſſet me-

Digitized by Google

tuendum — 19. *noſtrum* ancillarum *quisquam* vt ſaepe, feminine enunciatum — *neque praeuidimus* vicinam eam eſſe ad pariendum — 22. *ſepultus eſt* ſine motu iacet — 28. *increpuit* fulminis fragore adtonuit — 31. *ſan. ment. geſt.* incantata non eſt, ſola me adnoſcit — 37. *dii me ſeruant* formula alias eorum, qui magno ſe, et praecipue inopinato, gaudebant beneficio diuino adfectos; Amphitruo autem, cui pudicitia vxoris ſuſpecta erat facta, ironice potius, quam ex animo videtur ea formula vſus. Hoc in mente forſan habuerunt qui pro *ſeruant* ponendum putarunt *ſeruent* — 42. *man. puris* puerperae tempus non ſubpetebat, manibus in viuo flumine abluendis: mulier, ceterum pia, ſatis cerimoniae faciebat, ſi quauis, quae in promtu erat, aqua vtebatur — *cap. op.* eſſe, vt dii ſalutandi adorandique erant, ſatis puerperae erat, quae, vt aliae, dextrouerſum circumagi non poterat — 45. *abſolv. hinc me ext.* abſolue me paucis; vno verbo dic, quae reſtant — *quaudo ſat. deluſ.* ſatis longa iam fuiſti, in commento tuo narrando — 52. *incunabulis* faſciis lineis laneisve, quibus inuoluti infantes in cunis conligabantur — 54. *non met. quin div.* non dubito, quin deus aliquis ſubpetias (opem) mulieri tulerit — 56. *angues iubati* quorum in capitibus criſtae eminent — *inpluuium* locus in medio aedium vacuus relictus, dicitur et chors, vbi paſcebantur gallinae, oues etc. — 60. *receſſim* recedens ſemper ab eo loco, quem angues videbantur petere *rurſum vorſum* retro verſum Caſ. 2. 8. 7. — 64. *alterum altera* vnum anguem dextra, alterum ſiniſtra — 70. *conſ. cub.* concubuiſſe — *clam* iam quidem, quum Amphitruonis in imaginem Iupiter ſe vertiſſet, fieri potuit *clam*, vt mulier falleretur Prol. 134 ſq. ante ſeptem vero menſes alio modo *clam*, vt ſolam in tenebris deprehenſam vi ſubigeret 5. 2. 13. et Argument. — 72. 73. Iouem non abnuo recipere riualem, ſi modo ipſe apud Alcumenam in parte haeream! Aliter ſentit Propertius: *riualem poſſum, non ego ferre Iouem* — 76. *coniector* interpres ſomniorum, h. l. haruſpex, qui exta conſulit — *Tireſias* ſua aetate nobilis vates, mox vir, mox femina; hic nominatus, quod Thebanus fuit.

IN ACTVS V. SCENAM II.

11. *ant. in gr. red.* nec cum hoc Iouis iuſſu conſentit, nec cum iis, quae Amph. ſc. ſup. v. 72. 73. et ſc. 3.

Digitized by Google

v. 1. dicit, quod Hyginus c. 29. ſub finem ſcripſit: *ex qua die cum ea non concubuit.*

IN ACTVS V. SCENAM III.

3. Vt in Prologo fabulae agendae Iovis cauſa petierat ſilentium, ita hic peractae eiusdem cauſa plauſum.

COMMENTARIVS IN PLAVTI ASINARIAM.

IN PROLOGVM.

1. *ſultis* eſt: ſi vultis, ſi vobis placet — 3. *gregi* hiſtrionum, *dominis* aedilibus, qui ludos edebant, *conductoribus* quorum aediles vtebantur opera in hiſtrionibus conducendis parandisque, quibuscumque ad fabulam exhibendam opus eſſet — 4. *fac auritum pop.* i. q. Poen. Prol. 11. *fac populo audientiam*, ſilentium impera, vt populus linguis faueat, auribus modo vtatur — poſt v. 4. Prologus tacuit, quamdiu praeco officio fungebatur ſuo, dein v. 5. *age, nunc reſide!* ſatis iam factum officio tuo eſt — *caue m. n. gratiis* explicant: ne ſine mercede clamaueris. Non diffitebor autem, adridere mihi Gifanii *craxis* ſeu vt quidam ſcribunt *graxis* formatum e κράζειν. Lucret. etiam habet *procraxe*. ita eſt ſenſus: *age, reſide, et caue clamare pergas* — 10. ὄναγος aſinos ducens, aſinarius — 11. pro *Demophilus* Gulielm. legi vult *Diphilus*, partim, quod plures Plautus e Diphilo ſe hauſiſſe dicit fabulas, partim, quod inter fragmenta Diphili laudantur quaedam ἐκ τῆς ὀνηγοῦ — *Marcus* ortum putatur ex *M. Accius* — *barbare* latine — 15. pro *Mars* maluerunt quidam *mea ars*, contra omnes codd. Edita poteſt fabula eo tempore eſſe, quo Romani vehementer cuperent a Marte adiuuari.

IN ACTVS I. SCENAM I.

Libanus, qui adiutor eſt herili filio amanti, heri quidem aſperitatem non magnopere videtur vereri, at ex-

Digitized by Google

piscari tamen ab eo conatur, qua mente, si rescierit, me retricium filii amorem sit laturus. Prius vero, quam ad id, quod percontaturus erat, per ambages pervenit varias herus ipse prodidit, non clam se esse amorem filii, iubetque Libanum inuenire, quantum argenti opus iuueni sit.

1-7. Obtestatur Lib. herum, vt ad ea, quae rogaturus sit, ita respondeat vere, vt, seu optatissima quaeuis sibi obtingere, seu, quae maxime inuisa sint, deos auertuncare cupiat — 4. *metuis vx.* saeuam, vt in Phormione Terentiano Chremes Nausistratam — *med erga* erga me. Sic et *ted* pro te, saepe — 6. *aetatem* diutissime. Ascon. γενεάν — 7. *viuus vt pessim* mortem *obpetas:* vitam agas miserrimam — 8. *deus fidius* deus fidei, cuius numen fallere verebantur et, qui *medius fidius* iurassent, et qui *per deum fidium* essent rogati. Festus *deum fidium* filium Iouis intelligi dicit, Herculem — h. l. non quaesivit Lib. per deum fidium, sed Demaenet. dicere vult: obtestatus me es, per res adeo vel exoptatas vel inuisas, vt aeque obstrictum me putem, ac si per deum fidium ipsum me rogasses — *iurato* ita cauendum mihi erit, ne quid respondeam a veritate alienum, ac si iuratus eloquerer — 10. *obstin. adgress. es* vt constrictus tenear, effugere nequeam — 16. 18. 21. 22. hi versus mutatis verbis idem rogant: num dabis me in pistrinum? sc. si quid a me peccatum esse senseris; putat autem: si me filio tuo adiutorem in amore suo esse compertum tibi sit — 16. *lapis lapidem* mola molam, ad fruges in pollinem tundendas — 18. *vbi* quo detrusi *flent* flenda patiuntur, poenas dant *neq. hom.* serui nequiores, *qui polent.* farinam hordeaceam crassiorem *pransit.* quorum victus polenta consistit. Pro *pransitant* pauci codd. habent *pinsitant.* Μανσιπάπη, machina collo adligata, inter molendum quidem vesci prohibebat, manusque ori admouere: ideo vero verbum non erat mutandum; labore enim exantlato victus tamen miseris praebendus erat, quo si tenuissimo tantum vitam tolerabant, eo miserior eorum erat conditio — 21. ergastula vocat *insulas,* quod ab aliis aedificiis erant separata, quas nouis vocabulis, comice confictis, *fustitudinas* appellat, vbi serui fustibus ad laborem impellebantur, *ferricrepinas* vbi compedes crepabant, seruorum pedibus inditae — 22. *niort. boues* lora e pellibus bubulis facta *incurs. viv. hom.* crebris ictibus terga seruorum feriunt — 24. *vbi fit pol.* pistrinum — 25. hoc

Digitized by Google

vero nomen Libanus abominatur — 26. quare quod, quae mali ominis erant, auerti putabant ter despuendo, despuere herum iubet et exscreare — 28. atque, quo efficacius omen auertatur malum *vsque ex penitis faucibus* quam altissima e fauce sputum exhaurire potes — 30. *cav. s. mal. rem* minans dicit — 31. *expers* vt saepius, pro genit. cum ablat. *metu* — 32. *redd. op. mi.* auscultaui adhuc te, nunc tu vicissim me — 33. *Cur hoc* quod metuis de amore filii — 34. quod de eo me celasti — 39. *rect. inst. viam* ita est, non erras — 41. *dictis* promissis *data nou subpetunt* stare non potest, non est ei, vnde soluat mulieri, quae promisit — 46. *tu* quam saenam habeas vxorem, *primus* omnium, qui tecum habitant, maxime *sentis, nos tamen* ferui tui *praenoscimus* licet tacente te saeuitiam eius noscimus — 48. inportunam et incommodam eam esse, antequam diceres, dudum credidi — 50. *facient obsequelam* indulgebunt. — 52. *me* abundat, antique — 54. *naucl. orn.* veste indutus nautica — 56. *sycoph.* fallacias — *emere ben. gnatum* beneficiis eum sibi deuincire — 61. obsequi *id*, in ea re — 62. *obsequiutum* nonnulli adcipiunt passiue, vt a *volo* pendeat, vt dicimus: volo te adiutum. Malim tamen adcipere actiue *me patrem obsequiutum esse* quod obsequium meum quo magis in amore suo erit expertus, eo verius quoque me patrem suum amabit — 63. *arcte cont. hab.* praebet exigue sumtum Ter. Heaut. 1. 3. 53. — 65. 66. quod ille mihi credidit, quae est aequum patri, ego ostendam, quanti eum pendam. Ter. Heaut. 1. 1. v. 104 et 103. — versui, qui vulgo est 68 *cupio esse* etc. Scioppius locum deberi putat post vers. 70. *equidem scio* etc. cui ita adsentior, vt versum putem transponendum. Versum autem 70, nunc 69 factum: *equidem scio iam* etc. cum Grutero dispungere nolim. Legitur quidem iam v. 37. hoc vero loco recte eum pater repetit, versu, mihi 70, declaraturus, quem honorem ingenio filii habere, seu, qua re, quanti eum pendat; ostendere cupiat — 68. *quid sit* quo ei honorem habere cupiat, *et quo euadat* tendat, *sum in metu* non video, qua ratione hic, qui totus in potestate mulieris est, quod cupit, effectum dare possit — 71. *cupere te* quomodo cupere possis — 72. *dotalem* (alias: recepticium) *seruum* quem adduxit mulier ea lege, vt in mariti potestate non esset, sed, vxori peculiaris, bona eius, vel inuito marito, tractet — 76. miratur Muretus, qui iam

Digitized by Google

scire senex potuerit, viginti minas filio opus esse, quum lena, sc. 3. versu 77. 90. demum cum filio paciscatur. Filius vero, qui nosceret lenam, quantum postulatura ea esset, praenidere facile potuit, et cum patre communicare — 83. *qua* si qua via seu me, seu vxorem, seu Saurean defraudare possis — 86. 87. *in aere piscari* et *in mari venari* in prouerbio dicuntur, qui efficere conantur, quod fieri non potest — *rete* pro: reti — *rete* est vel *iaculum*, quod iacitur, gr. βόλος, Virg. Georg. 1. 141. dicitur *funda*, vel rete *verriculum*, quod verritur — 88. *optio* masculine: adiutor, ab optando adpellatus, idem fere qui adcensus, aut apud milites subcenturio — 91. hic versus in vno tantum codice reperitur a manu prima, in quibusdam alia manu adscriptus, in edd. vett. receptus est. Saluo quidem sensu deesse potest, non tamen est Plauto indignus — 92. 93. Sensus est: Si deprehensus in fraude qualicumque fuerim, a te quidem securus sum: num vero me a Saurea, vel ipsius vxoris tuae furore defendes? — 94. *igitur* quod si est, tu si quodvis periculum praestas, *tum tu aliud cura* curam argentariam solus ego filio tuo adimam — 95. i! abi igitur? *eti, amb.?* qui hic adhuc ambulas? — 97. *vbic.* etc. vbicumque datam mihi reperero fallendi copiam — 101. *facio haud magni* non metuo — 103. *argentarium* trapezitam seu mensarium, apud quem pecuniae deponebantur, permutabantur, fenere locabantur, soluebantur cet. — 108. *moriri* pro: mori, saepius — 111. *contui* pro: contueri.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. In magnis animi perturbationibus pleonasmis saepe, saepius vero ellipsibus homines vti solent, multaque ita eloqui, vt qui, quae adciderint iis, nesciat, quae dicant, intelligere nequeat. Exclusus a lena, stupore Argyr. perculsus gemit: *siccine fit?* quis persuasisset mihi, fieri posse, vt excluderer? *hoc* haec res, mihi in amore meo — Indignabundus addit: *foras aed. me eiici* quam indignum est! — 3. *bene mer.* mihi — *male mer.* riuali alicui, cui minus debet. Diabolum forsan metuit, Act. 4. proditurum — 4. *at malo c. t.* non inpune feres — *ex hoc loco* e vestigio, extemplo — 5. *tres viros* disciplinae publicae praefectos — *vestr. i. nom. fax. er.* vestra lenocinium facientium nomina deferam — 6. *capitis* iudicio *te perd. eg. et fil.* — 7. quae estis *perlecebrae*, cui vocabulo Bacch.

Digitized by Google

5. 2. 47. iungitur *probri pellecebrae et perſuaſtrices — pernicies* plur. num. vocantur meretrices, quod adoleſcentulis perniciem machinantur — 8. maiora pericula ſubit, qui lupanar, quam qui mare ingreditur — 9. quae *bona reperi* mercatura *mari* facienda, iis *hic* in aedibus lenae *elaui* naufragio quaſi priuatus ſum, ea meretricia hac in domo decoxi. *Elauari* enim comice dicitur de naufragis, Rud. 3. 3. 37. elautae ambae ſumus opera Neptuni noctu, et Rud. 5. 2. 20 ſq. proxima nocte in mari elaui, confracta eſt nauis, perdidi, quidquid erat, miſer ibi omne — 10. *ingrata* quae gratiam non conciliant — 15. *iſtam* filiam tuam, Philenium — 16. *fordidum panem* Ter. vocat *atrum* Eun. 5. 4. 17. — 18. *quum eſt melius* quum res tuae ſunt lautiores — *ignoras* deſpicis me — 19. pro *manſuetem* legendum ſine dubio eſt *manſuetam* ſeu, a manſues, *manſuem* — *me ſpecta modo* minantis h. l. eſt.

IN ACTVS I. SCENAM III.

Vltimos ſcenae ſuperioris verſus Cleaereta audiuit exiens, quare iniurias ſe minatur vlturam. 1-3. Allegoria a mercatura petita mercem videri ſibi iocatur concubina Argyrippi, magno quidem pretio ab eo redimendam — Philippei, numi Macedonum regis Philippi imagine inſignes — 3. *nec recte quae* etc. *et* quae tu *non* recte i. e. iniurioſe — 4. 5. 6. Allegoria a re nautica. Qui *clauum* gubernacula tenet, is, quo vult, curſum nauis dirigit, clauum autem animi tui tuus erga Philenium amor tenet: fruſtra igitur effugere conatus, ad nos in portum te non poteris non recipere. cf. Ter. Eun. 1. 1. ab init. — 7. in allegoria pergit; ſenſus eſt: eiiciam hanc animi mollitiem, nimis mihi porro non indulgebo. Ter. Eun. 2. 1. 16. — 8. *te tract. exſequar* vlciſcar — 10. lena ridens: *percipimus* ego et filia facile intelligimus, *magis* etc. fortius te loqui, quam pugnaturum eſſe — 11. ignobilem ego pauperemque te ſolus locupletaui, vt in numero et honore aliquo eſſes — 12. ſolus ſi *ductem* ea potiar — 14. *ſuperes* vix mihi perſuadeo, eſſe a *ſuperare*, vt ſenſus ſit: dum alios dando ſuperabis, plus aut certe prius dabis. Forſan eſt a *ſupereſſe*, *dum ſuperes datis*, dum opes ſupererint, vnde des. Sic ap. Virg. Georg. 3. 127. eſt: ne blando nequeat ſupereſſe labori, i. e. vt vires ſuperſint, ſubficiant, ad pullos procreandos; quod Columella 6, 27. exprimit: vt Veneri ſuperſit — 16.

Digitized by Google

vt apud Ter. Heaut. 1. 1. 2. *inde quod* est: ex eo tempore, quo; sic hic *modo quod:* ex breui tempore, quo; seu: vix quum adcepisti — 17. *quid modi est* etc. quid modum statuere mihi vis in poscendo, qui modum ipse non adhibes in amando? — quaedam edd. habent *numquam* sine adiecto *ne*, vbi nulla est difficultas; *nunquamne* est: tune negare potes, te numquam posse amando expleri? — 20. *hostimentum* est *aequamentum*, quo duorum causa redditur aequa, vt, quod alter tribuit, ab altero compensetur. Deriuant ab *hostia*, qua dii irati redduntur propitii — 22. satis facete, pro: hoc foret inauditum et plane nouum — 23. *lena, quae frugi est* quae quaestus sui artes callet — 24. *vt tibi durem diu*, ne animum alio transferam, ne fructum, quem tu olim capere posses, alio tunc conferam. Monere volebat, heredem se esse matris ditissimae, quae aetatis esset iam senectae — 25. Apud Ter. idem Bacchis dicit Heaut. 2. 3. v. 8 sqq. et Syra monet Hec. 1. 1. 7 sqq. — 26. *amator non recens* qui iam aut taedium puellae cepit, aut sumtu exhaustus est, non magis lenae quaestuosus erit, quam piscis non recens conuiuis suauis — 27. 28. *is* piscis recens — 28. *patinarius* qui in patina cum iure adponitur — *verses* piscem, dum adsatur — 29 ad 34. *is* amator recens — 29. *vbi* quamdiu *de pleno promitur* vbi marsupium nondum exenteratum est (Epid. 2. 2. 3.) seu, quamdiu est sumtibus ferendis — 31. *pedissequa* distinguitur ab ancillis inferioribus: cubicularia — 40. nobis fuisti lucro, licet scires tuam nobiscum consuetudinem non tibi fore decori — 41. *duo tal. arg.* per iocum modo postulat, quae serio v. 77. viginti tantum minas, sextam istius summae partem, numeratas sibi cupit — 44. *abiisa* sunt, passiue: in vsum consumta sunt, nisi malis *abusa* iis sum: erogaui istam pecuniam in varios vsus — 47. *graeca fide merc.* praesenti pecunia, in diem enim nemo esset daturus — 50. *oculatae manus* vid. Truc. 5. v. 9. — 51. *Cocio* arrillator, qui spondet, in diem solutum iri, siue emturiens ipse, qui, data arra, sibi cupit credi. *Vetus est* dictum: *nihili occio est* satius est, pecuniam numeratam in manus dari. Muretus *cotio* scriptum putat pro *cautio:* syngraphan enim venditores non reddere tutos. Alii pro *cocio* legunt *coactio* lenam praesentem poscere pecuniam, non demtum cogendam — *scis cuius* poetae hoc dictum sit — 57. vt *pulli columbini* redeuntis matris ori inhiant, vnde alan-

Digitized by Google

tur, sic vos olim mihi, dona adferenti — 63. *noster* lenarum *quaestus* — 64. *conclin. ar.* locum aptauit auibus capiendis — 66. *rem solv. anc.* sumtus cum fenere reddunt — 68. *illix* seu *illex* auis ea dicitur, qua aucupes vtuntur, ad aues, quas capiant, iuliciendas — 70. *orat. vinnula* molli, merum amorem spirante — *venustula* idem dicit — 71. *haud est ab re anc.* hoc lena scit, e re sua esse, lucrosum sibi fore — 72. *sine retibus* captus enim iam, et sua sponte inretitus, puellam disuauiabitur — 73. *haecc. te ést. obl.* miror — 75. petgit in allegoria, in *ludo* suo v. 73. increpuerat nihil eum didicisse, id eius culpa factum excusat inuenis, quae *semidoctum* abire iussisset, quare *merces*, quam *nactum*, si alicundere conraserit, remeare in ludum suum iubet, *minerual* est — 80. *est reliquum* pecuniae *quo peream magis* quo ad te adlato penitus adhuc spoliatus sim — 85. *syngraphum* h. l. idem, quod 4. 1. 1. *syngraphum* leges tuas a nobis subscribendas — 88. per *portitores* intelligere videtur *ianitores*. Illorum enim in ipsis vectigalibus recipiendis consueta fere asperitas minus videtur quadrare ad simile, quo lena vtitur, quam ianitorum in aditu ad principes patefaciendo facilitas, auro semper venalis — 92. *exper. op. quac. cop.* quacumque ratione potero — 94. *dignos ind.* quibus subplex fiam. — 95. *mutuas* ab amicis sine vsura *fenere* vel ab acerbissimis feneratoribus.

IN ACTVS II. SCENAM I.

3. 4. discessisti, abiisti *igitur*, idcirco, eum in finem; vt. Comma post *forum* delendum est, et post *igitur* ponendum — 5. *dorm. in ot.* ne cogitasti quidem de fallacia fingenda, qua re tibi nihil prius esse debuisset — 6. fuit ergo *socors* incuriosus, *segnis* fugiens laboris, qua tamen in re nihil loci erat segnitiae, neque socordiae Ter. Andr. 1. 3. 1. — *reice* pro *reiice* et Virg. habet Eclog. 3. 96. a flumine *reice* capellas — 6. 7. post *quin* imperatiuos *reiice*, *amoue* ad indicatiuum aberrat *recipis*, quin auxilium heros petis ab ingenio tuo vetere versuto, quo facile olim obculte fallendi rationem — 9. non vt alii serui *ad her. fraud.* sed adiuuandum eum celeritate nunc et calliditate vtar — 10. *celox* nauigium minus, maioribus celeritate sua inserviens. Eiusmodi nauicula vtendum sibi dicit, i. e. properandum esse, sed quo dirigat eam, ad pecuniam eo ipso adhuc die inueniendam, nescit adhuc — 11. *impe-*

Digitized by Google

trire est: laetis auspiciis vti *inauguratum est* aues felicia quaeuis ominantur, *quouis* modo, garritu, volatuque — 12. pro *porro* quidam legunt *parra*, quae auis (gauia forsan, Klein. tringa ranellus, Linn.) aeque ac cornix inauspicatae putabatur garrulitatis. vid. Hor. 3. carm. 27. v. 1. — 14. *vlmum* e qua petebantur virgae, quas igitur aut sibi aut Saureae metuendas esse coniicit — 16. *atrienses* inter lautiores numerabantur seruos — *in mundo esse alicui* paratum ei esse, manere aliquem — 18. a *scaeuus* sinister est *obscaeuare*, quod explicant: malum omen obferre. Camerar. autem, recte forsan, edidit *obscoenauit.*

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *filius familiaris* vt v. 43. pro fil. familias, herilis — 2. *lubentiores fac. quam Lubentia* (hilaritatis dea) *est*, i. e. summa perfundam eos laetitia — 7. *obseruauit* inter seruos erant, qui, quum aedium ostiique ex officio praecessent custodiae, *obseruare* dicebantur. Alii *obuersauit* aut *obserauit* — 8. *actatem* semper, *διὰ παντὸς, ἀεὶ* — *modo* actutum, statim; versu enim 12 brenem esse dicit pecuniae inueniendae occasionem, quae, nisi Libano adiuuante, esset amittenda. — 9. conueniam potius, quam te liberum fieri patiar — 10. *plagae* a vibicum tuberumque tumore vocantur *praegnantes — dab. plag. duc. de tergo* plagas ducentas tergo meo infligi patiar. Vid. 2. 4. 75. repete vero: Libanum vt statim conueniam — 11. sensus: Leonida, vt eius, quod optat, copia sibi detur, non habet, quod obferat, nisi vnum peculium thesaurumque suum, tergum nempe verberandum — 13. *indipiscet* pro indipiscetur: tempus elabsum adsequetur, *quadrigis albis* sc. Solis, quae numquam cessant quidem nouos adferre dies, at huius tamen rei gerendae tempus, si semel sese subduxerit, numquam adsequutae retrahent — 15. *occas. obpr.* occasioni non deesse — 16. *opinitates* res secundas *gaudio effertissimas* (ab effercio) plenissimas — 20. Libanus pleraque Leonidae verba non audiuit, vocabuli autem *deuincti* audiuit syllabas duas vltimas *vincti*, quare dicit *non placet.* Conatum enim eius periculosae putat aleae esse plenum — *metuo in commune*, et mihi metuo, ne poena flagitii, ab illo commissi, simul luenda sit — *ne qu. fraudem frausus sit* commiserit (*frausus* mali quid ausus, a verbo aliquo ceterum perdito) — 23. *pro monstro est* male homini ominor, *extempla* statim, *quand. qui sudat tremit* si video

Digitized by Google

sudantem simul tremere sudore frigido madere. Adludere Plautus putatur ad *iudicium*, flagelli genus — 24. *properans* qui properandum mihi esse video *concesso pedibus* pedibus non vtor ad inuestigandum Libanum *lingua largior* in verbis inutiliter fundendis largus, quae lingua 25. *lacerat diem* nihil aliud, quam tempus perdit — 26. *linguam comprimit* taciturnam reddit *patronam* explicat v. 27. *comprimere* etiam sine *linguam* Rud. 4. 4. 81. et 5. 3. 46. est adigere ad silentium. cf. Amph. 1. 1. 192. — 29. *electare* i. q. elicere — 31. *gymnas. flagri* in quo flagris caedendo herus se exercere solet. Eodem sensu Aul. 3. 1. 5. Congrio queritur, a sene se habitum esse gymnasium — *custos carc.* toties in carcerem iniecte, vt custos eius posses videri — 32. *cat. col.* qui diu in catenis habitus es. Eodem sensu Pseud. 4. 6. 38. est colonia molatum — *virg. lasc.* cuius in tergo virgae lasciuire solent, et exsultare — 35. *per pedes* non, constrictus quadrupes; sed, ita pendens, vt pedes terram versus extenderentur — 37. ad pedes seruorum pendentium, ne eos, a quibus caedebantur, calcibus possent petere, pondus aliquod solebat adligari, h. l. *centupondium*, et id quidem *aequum*, quod aequilibre sit homini nequam — 38. vbi *manus* hae *manicis ad trabem* sint *adductae* tu quasi in trutina positus pendeas — 39. nec *dependis* minus pendis, nec *propendis*, plus pendis, quam illud libramentum hominis mali et nequam; ergo nudus, centum pondo es: locus autem eo fit acerbior, quod intelligi quoque versus potest: poenas solvis, quibus homo malus et nequam dignus est — 40. *Vae tibi*, indignantis h. l. est, et idem infortunium adprecantis — *Seruitus*, seruitii dea, hoc *Vae*, quod tu mihi inprecaris, *test. leg. tibi* tuum peculium esse voluit — 41. *verbis* (verborum) *velitationem* hanc contentionem nostram, quae verbis fit. Festus: vltro citroque probrorum obiectionem — *compendifacere*: non vsurpare, ea supersedere — 42. post *credere* signum interrogandi delendum est. *certum est* etc. decreui, tibi omnem rem *credere*, *Lys.* id vero *audacter* tibi facere *licet* — 43. *sis*, si vis — 45. ad subplicia seruilia certos elegerunt dies, *carnificum dies* adpellatos, quos *celebrare* carnifices dicebantur, quum muneri suo vacarent — 49. iocans: *ergo mirabar* hem! id est, quod, vnde fieret, nesciebam. *Scap. gest.* pruriunt — 50. quo ipso *hariolari* solent, verbera inpendere — 51. pro *coniurati* malunt quidam *coniura-*

Digitized by Google

tim — 53. *tergus* in gen. masc. antique. *hab. terg. familiarem* domi, non aliunde demum petendum: paratus sum ad verbera perferenda. cf. Mil. 2. 2. 36 sqq. — 54. *firmitudinem* robur animi — 55. si tergo, verberibus adcipiendis, satis fieri possit — *publicum* pecuniam publicam — 57. *vsus est* opus est, vt 1. 1. 76. — 60. *placide rogita* ne iubeas actutum, properanter edisserere — 62. *mansero* exspectabo *tuo arb.* donec animum te recepisse senseris, *vel ad vs. d. peris* vel animam prorsus exspiraueris. — 63. Leon. dixit *iam satis est mihi* sc. quod scio, vbi heri sint — Lib. autem 64 id alio sensu adcipere similat, quo, quibus satis est, diuites sunt — 67. *as. arcad.* qui adprime boni putabantur, magnoque in pretio erant — *merc. Pellaeo.* e Pella, Macedoniae vrbe, Alexandri Magni patria — *mem.* vt semper cum inf. praes. *vendere* — 71. *iam deuorandum cens.* argentum. Alii, quod *si conspexeris* intelligunt mercatorem iuuenem, *deuorandum* putant sensu obscoeno dictum — 73. *ad femina* seu femora, quod nimis hyperbolice dictum videtur: malunt quidam *ad stemina*, vlcera, quae oriuntur, vbi crura sanguine abundant — 81. *nouisse callide* eius faciem — 83. post *haec sic*, Leon., nisi Libano interpellante, statim perrexisset 84. *extemplo* etc. — 91. *interuorto* h. l. cum adcus. et personae et rei — *aduentor* hospes, mercator — 93. *op. exsciatum* asciatum, rudiore opera praeparatum (nunc sine mora perficiendum) — 96. *nos fore vlmeos* virgis vlmeis opertum iri — 99. *op. prom. dare* se adipturum nos esse — 103. *oblectabo* confabulando retinebo, quo minus intret abeatue, quare Leon. v. 112. *tene hunc* — 106. *adtigo*, *tago* apud Plautum et alios pro *adtingo*, *tango* — 107. *nom. commuti* pro Leonida Sauream te nominaueris — 109. *dico* puto tantum *vt vsus* opus erit *fieri* me pugno malam tibi percutere, quo facilius mercator credat, me Sauream esse atrienſem — 110. *hostire* par pari referre.

IN ACTVS II. SCENAM III.

Seu potius IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *demonstratae* a Leonida 2, 2. 79. — 2. *puere* a saepe obuio *puerus* — 4-11. aptissime excogitata Libanus verba facit, ad mercatorem oblectandum, ita omnia iocos risusque dant — 6. lepide *fores* dicit *conseruas* suas — et

Digitized by Google

7. *aedibus* ſuis ſe amicum eſſe. Gruterus tamen aliique *aedibus* expungendum putant, quod, qui in eadem eſſent familia, nude adpellari ſolerent *noſtri*. Addo, quod, omiſſo *aedibus*, ambiguitas oritur, Plauto non indigna: *amicus ſum noſtris conſeruabus*. Magis tamen comice ſe aedificio ipſi, vt antea foribus, amicum eſſe dicit — 10. Ianua ergo eius mente praedita eſt. 11. *calcitronem* ianua, ſi quem praeuidet calcibus ſe petiturum, a me ianitore, quo minus hoc dolore adficiatur, auxilium petit — 13. *ſi ſit domi, dic. tibi* herus non eſt domi —, 14. callide reſpondet; *Saurea ad tonſorem ire dixit*, quod Leonidam, qui Sauream mox erat ſimilaturus, mercator in tonſtrina viderat, Demenaetique ſeruum audiuerat 2. 2. 86 ſqq. — 15. pro: quum iuiſſet, dicit *quum veniſſet*, memor, veniſſe aliquem Demenaeti ſeruum ad tonſorem, et incertus, an forte ipſe ille eſſet Saurea; qua de re vt fieret certior, quaerit v. 19, *qua facie veſter Saurea eſt? ſi is eſt* etc. ſi eumdem depinges, quem in tonſtrina vidi, ero certior — 20. 21. Libanus faciem Leonidae pingit ſimillimam, quo, ſi rediſſet ille, mercator nullus dubitaret, eum eſſe Sauream — 21. ſtatura *commodâ* inter proceram et exilem media — 22. adnoſcit mercator, eum eſſe depictum, quem in tonſtrina conuenerat — 23. *contuor* pro *contueor* — cap. *quaſſanti* quod quum aut infirmitatis aut ebrietatis indicium poſſet haberi, Leon. v. 24. 25. iracundiae ſignum eſſe dicit — 25. *Aeacidinis* quales Aehillis erant minae, qui ab auo paterno, Aeaco, vocatur Aeacides. Haec vero de Saureae ſimilati iracundia praemonenda putat, veritus, ne comprobet re, quod 2. 2. 104. erat minatus, ſimul — 26. addit: *ſi me* etc. ne miretur hoſpes, ſi, quod 2. 2. 108. promiſerat, ſeruus, a ſeruo percuſſus pugno, referiat.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

Seu potius IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *neminem* vnum incuſat Libanum; ſed ſolent irati, ab vno neglecti, conqueri de omnibus — 2. *nullus ven.* nullus pro: non; vſitatiſſimum eſt — 3. non inpune feret — 4. 5. *ſalv. iuſſi* etc. acerbiſſime cauillatur — 6. *obceſſiſti* pro: adceſſiſti, veniſti — 10. *perii!* hoſpes: — precator adſis! — 13. *obcalluere* callo iam obducto plagas minus ſentiunt, ſenſum plagarum adſuetudine amiſerunt — 17. *non quoo labori ſubped.* vt conſeruorum quisque la-

Digitized by Google

bores ſubeat ei mandatos. Statim tres labores nominat à Libano neglectos — 19. *operas aran.* retia, ſeu textu aranearum — 20. *in ſplend. dari bull.* bullas valuarum detergi polirique iuſſi — 21. *cum fuſti*, vt, quos negligentes repererim, non verbis modo, ſed verberibus poſſim ſine mora caſtigare — 22. 23. mercatori perſuadere vult magnam ab hero pecuniam fidei ſuae eſſe mandatam — 24. *hara* Moſt. 1. 1. 39. *ſuis* additur — 25. *hem ergo, hoc tibi* adcedit, tamquam verberaturus, ſed, patientiae Libani diffiſus, deprecationi mercatoris locum facile dat — 27. *vicario tuo* qui, te in foro occupato, vice tua fungebatur domi — 28. *delenire eo*, quod ſe aegre ferre diſſimilat, ine vices meas non ipſi detuliſſe, ſed Sticho — 30. *vinario* negotiatori, aut cauponi — 32. *trapezitam* per quem ſtatim ſatis fieret — 33. *ſic* hac lege, vt ſtatim ſolueret, *vlderò* venditum ei vinum vobis — *prius quae* vina ei *credidi* vendidi pecunia non praeſenti — 34. *ſatagit* ſtatim ſoluit — *adduc.* etc. vt non neceſſe ſit, ſequi eum in forum ad trapezitam — *ſcribit numos* argentum perſcribit a trapezita mihi ſoluendum — 35. num *Dromo* (alius Demaeneti ſeruus) *merced.* totam *retulit* pro opere eo, ad quod efficiendum foras locatus a me eſt? — 36. *aiebat redd.* ſe relaturum eſſe *quam ext.* vt primum *redd. eſſet* ipſe adcepiſſet — 37. *retineri* reliquum mercedis non ſolui ſibi, *vt* etc. donec opus effectum dediſſet, ad quod locatus ſit — 39. *ſi velis, da* etc. indignabundus dicit: ſic fit, vt, ſi quid amico commodaueris, cunctantius reddatur — 40. *odio ſuo:* odioſa ſua importunitate. — Recte viderunt interpretes, quae Lib. et Leon. v. 40. 41. dicunt, alterum alteri inſuſurrare, mercatore non aduertente. Loquuntur familiariter, quod in rem, vtrisque communem, erat — 42. *nunc* vt *adeam — priusquam* denuo *incip. tinnire* voce ſua: ſaeuire, loqui, quae audire nolim — 46. *negat* Libanus — 48. *repromittam* neminem amplius iſto te nomine petiturum — 53. *omnium rerum credit* in omnibus rebus, ſeu, omnes res. Eſt enim ſeruus *actor* διοικητὴς πάσης οὐσίας Truc. 2. 2. 52. eſt *credere* cum genitiuo: *duarum rerum creduat* — 60. iungunt: *ego, me incerto*, quod pro: *ego incertus*, dum incertus ero, duriuſculum eſſet. Malim iungere: *incerto nemini homini* pro quo v. 87. eſt *ignoto.* — Quum vidiſſet Leon., cautiorem eſſe mercatorem, magisque prouidum, quam cui eblandiri pecuniam poſſit, aliam ingreditur viam, et, quod verus

Digitized by Google

Saurea facturus sine dubio fuisset, animum ostendit diffidentia eius obsensum — 61. *perduint* perdant. *subplicassis* subplicaueris — 62. *ferox es* superbit, placet tibi *tractare* quia adhuc tractat, dum eus ipse in manu habet *vig. min. meas*, quas mihi soluere debuisset — 63. *nemo adripit* contemtim: ego non desidero, hanc mihi pecuniam numerari! — 64. timidius mercator monere videtur, quare 65 sqq. periculum faciunt, pecuniae ei territando extorquendae — 66. *inpurum* vocat, diffidentiae plenum, vbi opus non sit, *nihili* hominem, ad negotia certe minime aptum, qui discernere nequeat, cui fidendum sit diffidendumve — 65. *isti* Saureae (falso) *non recte dicis* iniuriam infers, *malo iam magno tuo* qui non cessabit, te vlcisci — 66. 67. Leon. mercatori: *perge porro* idem est, quod v. 63. aufer te, abscede hinc, *flagit. hom.* homo turpissime — 67. Lib. mercatori: *da, obsecro*, si me audis, *arg. huio* Saureae, *ne male loqu.* ne diffameris ab eo, vulgoque derideare — 68. *mal. h. vobis quaer.* mercator obstupefactus minatur vltionem — 68. 69. Leon. Libano: *erur. diffr.* tibi *ni* hic in platea, ita vt omnes adstantes praetereuntesque audiant *istum inpudicum percies* clara voce inpudicitiae adcusabis. (Nihil autem turpius in aliquem poterat dici, quam eum inpudicum esse, i. muliebria esse passum.) 69. LIB. *perii hercle* quasi cruribus suis metuens — dein mercatori: age *inpudice*; iussus metuque coactus inpudicitiae crimen in eum confert — 70. *sceleste sceleste* qui sumus eiusdem farinae *subuenire* pecunia tradenda Sauream mitigare *non audes* tamquam homo suspicax — 71. *vapula.* vid. Pers. 3, 4. 17. — 78 sqq. Quum omnem serui spem abiicerent argenti, sine interuentu heri, a mercatore auferendi, perdiscendum eum ad herum vident ipsum — 78. *fugitare* hoc l. non a *fugio* sed a *fugo*, vt Pseud. Prol. 8. Sensus: censes, herum nos non agniturum, eos, quos esse nos sumus professi — 82. excusandum Leonida se apud mercatorem putat de conuiciis, quae ei fecerat — 82. *tu* prior *alteri* mihi *contum. feciſti* facto, quum fides mihi apud te esset nulla, ego tibi contumeliam modo *dixi*, quod in verbis modo positum erat inanibus — 83. *tam ego homo sum quam tu* peccare autem humanum est, peccauimus vterque, tu, in diffidentia nimius, ego, dolore, ex fide mihi denegata, incensus — *scil. ita res est* facilis mercator est veniae impetrandae — 84. sq. quo excusatior sit ira sua, nonnulla Leon. addit de fide sua,

Digitized by Google

Athenis nemini ſuſpecta — 84. nimiam cuiusuis generis felicitatem ab inuidia putabant faſcinari lacerarique, quare, qui ſe aliosque laudaturi erant, vt retunderent inuidiae tela, addere ſolebant *praefiſcine* ſeu *praefiſcini*, cui mente, interdum et voce, iungebant *dixerim*, ἀβασκάντως, ſeu μετὰ προβασκανίου — 88. mercator quoque excuſatam cupit diffidentiam ſuam — 89. 90. *Iam nunc ſecunda* verba *mihi facis* ſtatim explicat ipſe: *ſatis facis pro iniuria — huic capitulo* mihi — *ſordidatus* vili ac ſordida veſte indutus. Putat, mercatorem ob veſtitus vilitatem non credidiſſe, ſe eum eſſe, quem ſe profiteretur, quare dicit 91. *ſe eſſe frugi* huius rei cauſam eſſe parcimoniam, et negat *poſſe peculium enumerari* e veſtitu de peculio ſuo iudicari — 92. ex inſula *Rhodo* — 96. *negaſſim* negauerim.

IN ACTVS III. SCENAM I.

Seu potius IN ACTVS III. SCENAM III.

1. Interrogatio haec indignantis eſt vituperantisque — *manſuetam* obtemperantem — 2. *vt qui* pro *vt quae* — 3. 4. *vbi* quo iudice *piem pietatem* me pietatem colere probarem *iſtis moribus moratam* pietatem talem *poſtulem* etc. ſi inpia ſim in eum, quem amo — 5. *an decorum* hoc pium *eſt — quid eſt?* qua in re aduerſor tibi? — 6. *matris imperium min.* minus obedientem matri eſſe? — 7. *neq. quae* parentes *delinquunt amo* probare poſſum — 8. *ſatis dicacula es amatrix* lingua quidem promtum habes, quod pro amore tuo effutias — 8. 9. PHIL. ſenſus: in quaeſtu meretricio non lucrum ſpectare poſſum vnice vnum, quin eximium habeam aliquem, quem animi cauſa amem. conf. v. 12. 34. 38. — 13. te ita loquace mihi *vna* parua *pars de die orationis* qua ipſa loquar *dabitur* a te relinquetur — 15. 16. 17. *portiſculus* quibusdam videtur pauſarius ipſe, rectius aliis malleus, quo pauſarius remigium moderabatur — *repoſiui* pro: repoſui — *caſteria* locus, vbi, nauigatione quieſcente, reponuntur remi. *cauſa* commodum *famil. conſiſtit* ceſſat — *tibi* vt ſaepe πλεονάζει. Haec de vocabulis, a nauigatione petitis. Senſus vero eſt: cogere me potes, vt taceam, *tut. hab. portiſc.* quam diu in poteſtate tua ſum, *quin pol.* ne hiſcam quidem *ſi repoſ. remum* ſi e ſeruitio tuo fuero exemta, i. e. ſi morte ero manu miſſa, *vbi* ſi *ſola in caſter.* ſepulta *quieſcam, omn. fam. cauſa conſiſt. tibi* tunc vero tu vide,

Digitized by Google

vnde te familiamque alas. Puellam vero de morte cogitasse sibi conscisenda non verisimile modo est e versibus huius scenae 12. 32. 34. 36. 37. 38. qui, quam vehementer Argyrippum amauerit, palam faciunt, (magno enim amore polluto, quid femina possit, neminem fugit) sed clarius adhuc adparet ex Act. 3. sc. 3. (seu 4. 2.) v. 1. 2. 3. 5. 7. 18. 22. 23. Matrem autem probe intellexisse mentem eius, exinde adparet, quod eam v. 18. vocat *audacissimam* — 20. *contui* contueri — 22. *dicta docta* idem sunt, quod hoc ipso versu *verba blanda* — 23. *expetesso* vocabulum Plautinum pro: expeto — 24. *qui deludunt*, qui, quod dent, non habent. Dedisse quidem Argyrippum ex Act. 1. sc. 3. satis adparet: iam vero opes eius erant exhaustae — 25. *si quis* Argyr. — 26. *mater sua* Artemona — 30. *trud. larg. lacr.* cui, praeter lacrumas, non est, quod largiatur. Sic apud Ter. Phorm. 3. 5. 37. Dorio: repperi, qui det, neque lacrumet; da locum melioribus — 31. *hic dies summus* hic dies praestitutus Argyrippo est, quo aut viginti minas adferat, aut excludatur. vid. 1. 1. v. 76 et 90. et 1. 3. v. 75. ad 78. et 87. 89. — *est ap. me inop. excus.* inopia cogente hunc ei diem praestitui 1. 3. 44 sqq. — 32. Philenium ne ipsam quidem inopiam Argyrippi causa recusat pati — 33. *qua am. gr.* liberalitate capta morigera iis sis — 34. *obcupatus anim.* si quem habeo eximium — 35. *meum cap.* canum *contemples* contemplere *siq. ex re cons. tua* nam, nisi prospectum tibi fuerit, antequam forma inmutetur tua, aeque deserta vives, ac ego — 36. ego ergo *pasco alien. oues* quaestum corpore facio, vt te alam — 37. 38. opilioni conceditur vna saltem ouis peculiaris, sine me vnum Arg. *animi causa* amare — 39. *impudentissimam* vocat filiam, non, quod meretrix est, sed quod vni certe amatori parcere vult, animo suo, quam matris auaritiae obsequentior — 40. *aud. dicto produx.* ita instituisti, vt dicto audientem tibi esse oporteat.

IN ACTVS III. SCENAM II.
Seu potius IN ACTVS IV. SCENAM I.

Leonidae, cui mercator tandem viginti pro affinis minas tradidit, ea de re cum Libano exsultat triumphatque oratio. Vaferrimus tamen vterque dolis astutiisque suis argentum ab hospite cauto numquam expugnasset, nisi Demaenetus, ipsis adhuc nequior, tradi iussisset, Leonidam mentitus esse

Digitized by Google

Sauream. Vernilitas de nequitia sua gloriantium omnis est ex triuio adrepta, quae, si lectori taedium creet, mirum non erit.

In versibus 1 ad 9 verborum constructio inenodabilis fere est, nec, quum omnes codd. eamdem lectionem referant, coniecturae videntur locum habere posse. Quam verborum magnificentiam imperatores, magna victoria parta, in diis militibusque, ob operam egregie nauatam laudandis, solebant adhibere, suis simul ipsorum in laudibus haud facile parci, eamdem Leonidas, argento mercatoris expugnato, in suis virtutumque suarum laudibus efferendis videtur adfectare.

1. *Laudes gratiasque merito magnas habemus* ego et Libanus (tum) *Perfidiae* deae nostrae victrici — *quum sycophantiis dolis astutiis nostris* copiis militibusque nostris (quando *quum* et *tum* sibi respondent, *tum* interdum, vt h. l., solet omitti) — iungendum est *grat. habemus* v. 1. *freti* v. 3. *potiti* v. 9. — duces solent in aciem descendere *freti* mox viribus suis, mox hostium inbecillitate. Vires autem horum seruorum erant *scapularum confidentia* durities plagis adsuetarum, quare inbecillam quidem spernebant *vlmorum* ironice dictam *virtutem:* sed et aliae hostium erant copiae, magis, quam virgae, metuendae, vers. 4. ad 7. *stimuli* quibus patibulatos seruos forabant Most. 1. 1. 53. seu fodiebant Curc. 1. 2. 40. quos serua saepe passa *stimulorum seges* vocatur Aul. 1. 1. 6. *laminae* quibus candentibus vrebantur, *cruces* quibus figebantur, *compedes, nerui, catenae, carceres, numellae* genus quoddam vinculorum, *pedicis* restringebantur pedes, vt manicis manus, *boia* aliud vinculorum genus, *indoctores* lorarii, *gnari terg. no. qui saepe* etc. a quibus saepe caesum tergum nostrum cicatrices duxit. — Haec omnia tormenta sunt *legiones, copiae, exercitus eorum* sc. hostium, a quibus metuendum erat. Gratias igitur v. 1. habemus *aduorsum* eos exercitus *potiti* ea quidem victoria, vt, elabsi iis cruciatibus, argentum auferremus. *potior* igitur sumo, sine casu positum, qui casus e contextu subplendus est. Supereſt *τὸ qui* v. 4. quod non omnibus in codd. et edd. veteribus reperiri conceditur; quodsi vero genuinum est, *ἀναχέλευστον* arbitror esse adnoscendum — 10. *comitate* auxilio, dum adsum ei ad herum filiumque eius seruandos. Sic *comitas* est studium aliorum seruandorum Rud. Prol. 38. — 16. *verb. conceptis* alio praeeunte, et ius iurandum verbis

Digitized by Google

certa comprehenſum formula dictante — 18. *adv. octo* vid. Amph. 1. 1. 7. — 19. *aſtutos* qui ferire ſciunt, vt dolorem, qui ſit maximus, adferant. Alii legunt *artitos* firmis artubus inſtructos — 22. *fideli*, qui *tibi* fidebat — 29. *adfectos* inſtructos — 31. *decuit* cum duplici caſu *me, te*, et *ingenio noſtro* — 36. *inclamauit* increpuit — 38. *memoriter* me non monente fraudis memor, de qua inter nos conuenerat — 41. *lacinia* veſtis parte — 44. *aſinos* viginti minas pro aſinis adceptas, quas ſe caſtigaturum iocatur, ſi forte in crumena rudant.

IN ACTVS III. SCENAM III.
Seu potius IN ACTVS IV. SCENAM II.

Ad verſum vsque 28 Arpyrippus Phileniumque non ſenſerunt, Libanum Leonidamque praeſentes ſermonem eorum clam ſublegere.

egeo tui ad animi hilaritatem te praeſente *amans* egeo *abeuntis* qui abire a me vis! — 2. pro *aliquantò* Aldina habet *ah! quanto*, conuenientius certe — 3. *ſalue* non ſolum venientes dicebant, ſed ſaepe etiam, vt h. l., abeuntes — 4. *ſupremum* ſc. Vale! adludit ad ritum funerum. Sic Virg. Aen. 3. 68. animam ſepulcro condimus, et magna *ſupremum* voce ciemus; pro quo 6. 231. dixitque *noniſſima verba — dom. ire iuſſit* dixit *ilicet* quod vocabulum funerum aeque, ac iudiciorum, ſolenne eſt, cum qua explicatione conſentit, quod Philenium v. c. de *funere* dicit ſibi *acerbo* — 7. *nox* dictum volunt pro *nocte*, vt Rud. 2. 4. 4. ſed vtroque loco alii legunt *mox*. E verſu quidem 8 adparet, ſeruos intellexiſſe *nox*, aut *pernox* forſan, quod 9 pro *interdiu* obponunt *interdius*, quod et Aul. 1. 1. 33. et ſaepius legitur — *negotioſus* re pecuniaria obcupatus, vnde ſumat, quod Cleaeretae ſoluat — *Solonem* iocoſe vocat, qui leges iam meditetur, quibus lenam amicamque teneat. vid. 1. 3. 81 ſqq. — 13. *liceſſit* licuerit — 15. dum nugabantur ſerui, non audierant, quos Arg. et Phil. ſermones caedebant, quos vt porro adcipiant, Lib. vult ſileri — 17. *me a vita abiud.* mortem mihi conſciſcam. — 23. Sic Maecenati Horatius: te meae ſi partem animae rapit vis maturior, quid moror altera? — 25. *efferamur* ſepeliamur *ſic* complexi nos inuicem — 27. *qui pendet* flagro caedendus, qui pendens plectitur — 29. *num fumus eſt haec mulier* hunc iocum explicat v. 30. num

Digitized by Google

Philen. tamquam fumus, oculos tuos mordet, quod eos video ſtillare lacrumas? Hor. I. Sat. 5. v. 80. et Ovid. Met. 10. v. 6 fumum vocant lacrumoſum — 31. *me perdidiſtis* amiſiſtis, hodie moriturum v. 40. 44. — *Patronus qui vobis fuit futurus* qui libertate vos fui donaturus — 35 *verbum caue faxis* tam proterum; ne ſumas tibi ad amicam meam adludere — Leon. ſine dubio in mente habuerat *mihi* velim dari; id vero, quod herus aegrius fert, cogitaſſe vult: *tibi* opto — 36. Lib. qui inanem ſentit Leonidae explicationem eſſe, ait: *hunc hom. verberare* velim — 37. Leon. contra: tu, qui me verberare valeres *cinaede calam.* homo inualide? *cinaedus* ſaltator, qui Mil. 3. 1. 73. *malacus* mollis vocatur, alias etiam ſignificat: turpiter inpudicum, ſcortum virile — *calamiſtratus* qui calamiſtro comam criſpat, homo mollis — 38. *qui pro cibo* etc. ipſe quotidie verberaris — 39. *vt veſtra* quanto feliciores vos vtrique eſtis, quam ego ſum! — 44. *daturus dixit* Hellenismus: ſe daturum eſſe dixit — 47. *qui non perdo* perdere non poſſum quod non habeo — 49. Leon. Libanus prehenſurus erat ſolum, vt ſeorſum diceret, quae 56. 57. 58. ei dicit; Argyr. vero, quod conſultaturos putat, qua via argentum inueniant, ſuadet *complexos fabulari* eos ſecum ſimul, vt ſe quoque et Philenium participem eſſe paterentur conſultationis ſuae. Serui autem verbum illud diſſimilant ſe intelligere *coniunctos*, ſed explicantes *amatorie complexos* dicunt, Libanus: ego complexum Leonidae nihil moror, non ſuauis mihi erit, et Leonidas: *haec* Philenium *meum* complexum adſpernatur; tu eam complectere interea, dum nos ſeorſum confabulamur. Iubet igitur Arg. v. 56. ſeruos ſeorſum concedere — 56. a *vin'* ad 58. *ſequere hac* ſerui ſeorſum conſilia capiunt Argyrippi deludendi, qui Philenium interea diſſuauiatur. — 58. Reuerſis ad ſe Argyrippus: *ecquid eſt ſalutis?* num viam reperiſtis viginti minarum inuiendarum? *ſatis loquuti?* num breui hoc temporis momento ſatis iam de auxilio mihi ferendo conſultaſtis? — 65. *cuſtos herilis* heri tui, *decus populi* tui, vnde ortus es, *theſaur. cop.* a quo peti licet copiam omnis conſilii auxiliique. — 66. *Salus interioris hominis*, animi, vitae meae — *amoris imp.* quo duce amore potior, iam deſperato. — Iuuenes, quis neſcit, quam largi eſſe ſoleant in laude eorum, a quibus in rebus trepidis auxilium petant adcipiantue. Sic apud Ter. Phorm. 3. 5. 11. Phaedri

Digitized by Google

lenoni: tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu — 70. *bainlaba* viginti minas argenti, plus trecentos thaleros, non exiguum profecto onus — quare 71. *preſſatum* herum — 72. *hanc* Philenium *iube* orare *mecum* me. vid. Caſ. 2. 5. 16. — 73. iubes me argentum conlocare in te *plane* tamquam in plano, vbi conlocatum maneat: hoc autem fieri nequit, ſed argentum erit *procliue* a te delabſum feretur *iſtuc* ad Philenium, (ei daturus es) quare iube eam ipſam id a me petere — 74. 75. argentum vel ſpurciſſimo homini blandam reddit meretriculam — 78. manibus tuis prehende caput meum, ad te adtrahendum, quo me diſſuauiere — 80. *confricantur* niſi genua mea permulcens mihi ſubplicauerit — 85. *illum* Libanum — 86. *i bella belle* cauillans vt Curc. 4. 2. 35. dicit: quae me nequiter fricaſti, ſubplica nunc Libano, cui v. 87. *cape hoc* argentum — 89. Libano inſuſurrat, qui 90. *taceas* non eſt, quod me moneas, *me ſpecta*, promitto me, in hoc deludendo, te ipſum eſſe ſuperaturum — 95. *conticinio* ſero veſpere, nocte iam ineunte; tunc vero pecuniam lenae adtuliſſet ſero, quod Diabolus v. 44. *hodie* adhuc daturum ſe eſſe promiſerat — 104. *putillus* videtur eſſe adpellatio eiusmodi fere animalculi, quale anaticula etc. — 105. *proſerp. beſtia* eſt ſerpens; ſenſus: oſculans tuam linguam iunge cum mea — 109. *vehes me* tamquam equus, inſidentem tergo tuo — ante verſ. 111. in MS. Auguſtano legitur verſus: *perii, illic habebit flocco iam homo lumbos meos*, quem probat Acidalius, ſed numeris reſtitutum: *perii, iam illicce meos hic lumbos flocco habebit* — 111. *ſi verum quidem eſt decorum.* Palmer. *decorum* recte putat gloſſema, adſcriptum ab aliquo, ad interpretandam vocem *verum* — 113. *conſuetus* in luſu olim puerili, quadrupes fias — 114. *abi* laudantis eſt: recte! quo ſenſu *abi* et apud Ter. obcurrit, Adelph. 4. 3. 11.: Cteſipho, patriſſas, *abi*, virum te iudico — 115. *vt tu incedis* ſub onere ſuo Argyrippus ſerpſiſſe potius, quam inceſſiſſe putandus eſt — 116. *dem. de hordeo* deducam partem pabuli, *niſi tolutim* citius *badizas* incedis, niſi te ocius moueris — 119. *ad piſtores* in piſtrinum — 124. *etiam* quin — *adgredire* adgrederis — 131. *huius* Philenii *operas* noctes — 135. *commodas* iuſti ponderis — 136. pro *face* Lipſius *faciem*, et id pro *faciam:* veteres enim *faciem*, *dicem* dixiſſe pro *faciam*, *dicam* — 138. *caput* excogitaui fallaciam — 139. *pes fui* cuius opera

Digitized by Google

caput carere nequit — *nec caput, nec pes* proverbialiter: totum est nihil — 145. *pactis* (passiue) *legibus* si ad conditionem quamdam adcederes — *quid id est?* quae est ea conditio? — 147. *meritissimo* (substantiue) *eius* merito eius maximo — 148. *dispulsos compulit* amores nostros, qui in eo erant, vt dispellerentur, coniunxit denuo — 149. *haec* crumena argenti plena — 154. 5. quod Libanus dicere coeperat, mali ominis esse videbatur, quare Argyr. *heia* vni nunc locum demus laetitiae.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

Seu potius IN ACTVS IV. SCENAM III.

1. *syngraphus* formula pacti — 3. *poeta* artifex — *ad eam rem vnicus* quo nemo in scribendis pactis potest esse cautior — 11. *hominem neminem* marem omnino nullum *alienum* praeter Diabolum, et quem hic miserit secumue adferat — 18. *cerata tabula* pictura cerea *inutilis* tuo quidem iudicio, quam tu quidem amotam ex aedibus malis — 22. *cera* vnde tantum abradi possit, quantum satis puellae sit, ad literulas amatori alicui scribendas — 24. vt Horatii verbis 1. 36. 17. vtar: in nullum virum putres deponat oculos — 25. *caeca continuo sit* e conuiuio statim abire iubeatur, vt adspicere nequeat — 26. *postea* post coenam, seu omnino: porro. Alii *poscat* pocula toties, quoties tu — *aeque pocula* explicant: aeque capacia; forsan hic versus idem iubet, quod v. 27. non nisi a te poculum adcipiat, non nisi tibi propinet — 28. *sapiat* sermo est de vino; intelligo igitur: ne sit in vino fastidiosa, sed, quod tu vinum laudes respuasue, idem et illa. Audi apud Ter. Heaut. 3. 1. 48 sqq. Chremetem de Bacchide: pytissando modo, mihi quid vini absumsit! sic hoc dicens: asperum, pater, hoc est! aliud lenius, sodes, vide! releui dolia omnia, omnes serias — 30. *pede pedem homini* mari cuiquam *premat* quae meretricularum rusticitas nescio quae inuitatio esse solet — 31. *lectum* triclinarem — 32. *det cuiquam manum* qui subleuet surgentem. — 35. *Quum iaciat* talos, ne dicat TE! nullo certo nomine edito, sed *nomen nominet:* Diabole! — 37. *deum nullum* quia plerique omnes Graecorum dii elegantes esse solebant formarum spectatores, et, si quid complacitum erat semel, magni amatores — *si magis religiosa fuerit* si qua in re sua marem deum inuocandum esse putet —

Digitized by Google

39. *nutet* capite, *nictet* oculis, *adnuat* quaeuis per ſigna loquatur — 41. *optumum eſt* illam in tenebris nusquam moueri, ſed cubiculum excipio meum — 44. *votitam* Nonius et Camerarius explicant: religione aliqua prohibitam; Lambinus vero et Acidalius praeferunt lectionem *vetitām* quam et ſenſus et metrum poſtulare videntur — 45. *captiones metuis* ne tua ipſius lege *vetari* ſe dicat, morem tibi gerere — 47. *verbum perplexabile* ambiguum, quo alius quis indicari ſibi ſentiat, quod tu non animadvertas. Ter. quoque habet *perplexe loqui*, Cic. eodem ſenſu *aliquid obſcure iacere*, et Lucret. *verba in ambiguo iaculari* — 48. *ſciat loqui* inepte Diabolus vetat, pro *loquatur*. nemo enim vetari poteſt, ſcire id, quod ſcit — 49. *obcoepſit* pro *obceperit* — 50. *linguam proferat* v. 3. 3. 105. — 53. pro *ſauium* quidam legunt *ſaliuam*. Flagranti autem amoris ardore torreatur oportet, qui vel ſaliuam amicae ſitiat! — 54. *interim* me Philenioque potantibus *mater ad vinum non adcedat* ne velit compotrix eſſe. vid. Ter. Heaut. 3. 3. 7. Clitipho in vino fuerat immodeſtus, et v. 11. 12. pater monet: concedas aliquo ab ore eorum aliquantiſper, *multa* enim *fert libido, ea prohibet facere tua praeſentia*. Sed *interim* poſſet etiam explicari: nobis abſentibus non ipſa lagenas exſiccet — 61. *pure velle habere dixerit* ſecubare voluerit, a te ſegregata — 62. *tot noctes* etc. tecum cubet — 63. *mortualia* carmina praeficarum, quae nugae ſunt.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

Rectius IN ACTVS V. SCENAM I.

Cur ſcena haec Actui adſignanda ſit quinto, in argumento dictum eſt.

2. *eius* Demaeneti — v. 3 ad 6. apoſtrophe ad Demaenetum — 3. *ain' tu?* tu vero hoc te inpune ſperaſti laturum? — 4. *vxori excuſ. te, et dic. ſenem.* Sic apud Ter. Phorm. 5. 10. 21. qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes — 5. *amanti* mihi Diabolo, Argyrippo enim filio non tam praeripuit ſcortum, quam noctem eius argento ſuo extorſit — 6. *ſubpiles vxorem*, ſic et 5. 2. 38. ſubpilabat *me*, aliis locis cum datiuo Men. 5. 1, 39. pallam atque aurum *vxori tuae*, et 5. 2. 52. ſubpilat *mihi* aurum et pallam — 7. *tacita* quam vt flagitia tua taceam, non praedicem vxori tuae — 8. *ad illam*

Digitized by Google

vxorem tuam Artemonam — 9. *ante obcupaſſit* (obcupaverit) *te* praeuenerit te — *effliges* de medio tolles — 13. *amoris cauſa* aegre ferens, Argyrippum, et, eius gratia, Demaenetum ipſam a Philenio tibi eſſe praelatos — 14. *quam ſua cauſa* vt Artemonam moneas — 16. *cum ſuo ſibi gnato*, hoc *ſibi* plane abundat, de qua nimia elegantiae adfectatione ſupra ad Amphitr. 1. 1. 113. dixi. — *vnam* eamdemque — *de die* veſpertino tempore non exſpectato, medio iam die potare, negotiis debito.

IN ACTVS V. SCENAM I.
Rectius IN SCENAM II.

1. Conuiuae plerumque dicuntur *discumbere*, *decumbere* autem aegroti: non vero Plautus ſolum, et hoc loco, et Merc. 1. 1. 98. *decumbere* de conuiuis vſurpat, ſed Ter. etiam Phorm. 3. 1. 28. *prior bibas, prior decumbas, coena dubia* etc. — *ſis* ſi placet — 3. *mecum adcub.* in lecto meo triclinari — 4. *piet. oculis dol. prohib.* quo minus oculi id circo doleant, i. vt ſine dolore adſpicere poſſim — 11. *putem ego?* non eſt, quod ſuſpicer; non ita diſſimilare calles animi moeſtitiam, vt non in vultu tuo cernatur expreſſa — *vt quaſi* alterutrum erat ſatis, aut *vt ſi* aut *quaſi* — 12. *dixis* dixeris — reſpondent ſibi *ne dixis* ne tale quid dixeris, et *ne ſic fueris* ne talis tu fueris, qui ſi non eſſes, *illico ego non dixero* ego te talem eſſe non dicerem — 13. magnum oportet eſſe artificem, qui, animo curis adfecto, hilaritatem ita poſſit vultu mentiri, vt non ſpasmis potius ad riſum quaſi Sardonium videatur contortus.

IN ACTVS V. SCENAM II.
Seu potius IN SCENAM III.

1. *ain' tu?* hoccine credibile eſt? — 4. *neque diuini* etc. non mihi vlla in re fidem poſthac habeas vel ſanctiſſime iuranti, ſi etc. — 6. *ſceleſta* ego, fatua, ſtupida, quae non ſenſi, me falli — *praeter ceteros* iunctum cum *maxime* v. 7. quatuor adiectiua *ſicc. frug. cont. amant.* iubet in ſuperlatiuo intelligi — *ſiccum* ſobrium — *frugi* probum, innocentem, — *continent.* qui abstineat ſe voluptatibus — 8. *ante omnes* eamdem habet vim, quam antea *praeter ceteros maxime* — *madidum* vinoſum — 10. *ni vera iſta eſſent*, ni vitiis, quae dicis, eſſet dedi-

Digitized by Google

tus — 12. 13. *cum filio vna* et *decrepitus senex* vtrumque facit ad turpitudinem rei augendum, mulieremque magis inflammandam. *Crudus senex* est, cui adhuc satis virium super est, cui obponitur *decrepitus senex*, qualem Artemona virum putauerat suum, exhaustus; cum a re publica, tum ab vxore sua rude donandus! — 14. *hoc ecastor* etc. Confer. Ter. Phorm. 5. 10. 23. *haecine erant itiones crebrae, et mansiones diutinae Lemni?* — 17. Heinsius volebat: *corruptelae est liberis* corrumpit filium Argyrippum. Sed omnes Codd. habent: *apud scortum corruptelae* (studet), *et liberis lustris studet*, ea frequentat, ibi, quam domi suae, beatior sibi videtur. *Lustra* lupanaria dicuntur *libera* a liberiore peccandi copia, nullis ibi frenis licentiae iniectis — 18. *sublimem rapere*, ita auferre, vt terram ne tangat. Sic ap. Ter. Andr. 5. 2. 20. *sublimem* hunc intro *rape* — 19. *tace modo* non opus est, vt instiges me, *nae illum ecast. miserum habeb.* mea sponte tam aspere tractabo eum, vt miser sit — 20. conf. Ter. Phorm. 5. 10. 41. *habet haec, ei quod, dum viuat vsque, ad aurem obganniat* — 21. in causa publica aut priuata aliqua — 22. somno sepultum rhonchos edere — 23. *ille* vero *opere foris faciund. lassus* foris scortando defatigatus — 24. *fundum* etc. scortis operam dat, vxorem negligit — post versum 25 Gulielmius inserendum putat versum a Nonio citatum: *quin etiam me miseram famosam facit flagitiis suis* — 31. *aucupemus* obseruemus, pro: aucupemur — 33. vulgaris lectio *corruptum*, Lipsius vero e Vat. Cod. restituit *correptum*. Recte arbitror. Minus enim blande amica audiente dixisset, se *corruptum* eius amore esse, sed *correptum* se esse, penitus eam sibi esse dilectam, cuius amplexu subtrahere se nequeat, id quidem satis certe blandum erat — 34. 35. 36. promittit, se pallam vxori subrepturum, Philenioque esse donaturum. Quod vt meretricula eo certius confidat facturum eum esse, se ne summa quidem sibique exoptatissima mercede auocatum spondet hoc a consilio iri, *vita* sc. *vxoris annua* i. e. si quis praesagiret, vxorem non plus vno anno superstitem fore, ea lege, vt pallam eius relinquat intactam. cf. Cas. 2. 8. 63. — 38. 39. multa, quae furto adhuc ablata mihi dolui, *ancillas suspicabar* abstulisse, nunc vero video, virum meum fuisse furem, miserasque insontes cruciatas esse — 41. iubet vinum dari *ab summo* i. e. initio facto ab Argyrippo, vinum poscente,

Digitized by Google

qui ſummam triclinii premebat partem; ſenex ipſe medius, qui locus erat honoratior, Philenium vero interior adcubabat, in gremio ſenis, ima, vbi amicae et vxores ſolebant; quare, *tu* Philenium *interibi* interea, potante Argyrippo, *ab infimo dá ſuauium* mihi — 42. *capulus* a capiendo, h. l. ſarcophagus, cadauera capiens, *capuli decus* ſenex, quem deceret cogitare mortem, qualis ſenex Mil. 3. 1. 33 ſq. vocatur *acherunticus, capularis* — 44. *an foetet anima vxoris?* an grauеolens eius habitus eſt? — *nantea* aqua de ſentina — Verba Argyrippi v. 46. *quid ais, pater* — et v. 50. *ecquid matrem amas?* vix videntur ita poſſe diſiungi, vt Artemona tres verſus 47. 48. 49. potuiſſet interfari, ſed verſus non puto transponendos, puto potius Argyrippum *quid ais, pater* — dixiſſe dum poculum admoueret ori, et poſtquam biberat demum adieciſſe *ecquid matrem amas?* — 52. *fenerato funditat* cum fenore ei reddam iniuriam mihi inlatam, conduplicabo — 55. *mihi, vxori* opto. cf. Capt. 1. 1. 5. — *Venerium*, iactus talorum, ſi omnes quatuor tali cecidiſſent diſſimiliter, vocabatur *Venus*, putaturque feliciſſimus — 56. *mulſum* vinum melle miſtum — 57. non queo *durare* diutius haec ferre. Amph. 3. 2. 1. iocans paraſitus addit: *ſi non didiciſti fullonicam, non mirandum eſt.* Iocum latere in verbo *durare* adparere putant. Gulielmus dicit: *durandi* verbum fullonum proprium erat, quod veſtis coacta et incretata dureſcat. Quam verbi ſignificationem ſi exemplis Gul. idoneis probaſſet, interpretatio loci eſſet optima. Si vero addit: absque hoc ſit, Sibyllae folium erit verſus in Aſinaria: *non queo durare* etc. hoc quidem argumentum eſt nullum. Gronouius igitur quaerit: quis ita locutus eſt? ipſe vero explicat: fullones, quando veſtes curabant, i. eluebant et interpolabant, *durabant*, teterrimum tolerando odorem ex aqua fullonica vrinis permixta. Num vero in vna arte fullonica quidquam ita eſt perferendum, vt fullones κατ' ἐξοχήν dici inde poſſint *durare?* Forſan ſic poſſet locus enodari: dixerat mulier *non queo* diutius *durare*, diutius adſpicere, quod mihi oculi dolent, et diutius maledicae linguae verberibus aures praebere; paraſ. reſponſurus eſt: non mirandum eſt, te diutius durare non poſſe, hoc vero exprimit: te fullonicam non didiciſſe, i. e. te non ferre poſſe, vt, ſicut a fullone pannus pedibus manibusque, ſic tu iſtorum conviciis et maledictis calcere ac percutiare: ſeu, ſi, quod ful-

Digitized by Google

lones ſolent, pedibus calcare non didiciſti, in oculos invadi optimum eſt, i. e. vnguibus tamen in oculos maleſico inuolare potes. — 58. *nunc* haec omnia poſtquam aucupaſti ex inſidiis clanculum, *optimum eſt, in oculos invadi* vt tu repente in conſpectum mariti prodeas; ſed ambigua eſt locutio. intelligi etiam poteſt: vt vnguibus marito in oculos inuoles — 59. 60. *iſtaec* ſc. v. 55. Te, Philenium, mihi, vxori mortem! — 60. *pollinctorem* qui Demaenetum, quem v. ſq. vocat mortuum, abluat. Eodem ſenſu apud Ter. Phorm. 5, 10. 37: exſequias Chremeti, quibus eſt conimodum ire, hem tempus eſt — 66. *in parte* ſic ap. Ter. Eun. 5. 8. 25. Thraſo: vt haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem — 69. *regem* ſuum paraſiti vocabant diuitem ſtultum eum, qui eos paſcebat. Stich. 3. 2. 2. confido me meum obtenturum *regem* ridiculis meis. Capt. 1. 1. meus *rex*. Hor. 1. ep. 17. equus me portet, alat *rex*. Ter. Phorm. 3. 1. 24. nemo ſatis pro merito gratiam *regi* refert. — Non ſuperuacanea quidem ſunt, quae paraſitus abiens v. 62. 69. dicit, ſed, qui fiebat, vt ceteri omnes, eo ſecum loquente, tam diu tacerent? Non abhorret ab animi motibus, Artemonae iram, Demaeneto horrorem, vocem aliquamdiu praecluſiſſe, Philenium que et ipſam, quorſum res euaderet, perturbata mente exſpectaſſe. Argyrippus quidem matrem, quum primum conſpexit, vt conſuerat, ſalutat: *mater ſalue!* ea vero non reſalutante, ſed oculos potius in virum praecipue coniiciente minaciſſimos, et ipſe territus tacet. Mutae igitur hae quatuor perſonae aliquantiſper fuere, at nullo tamen modo otioſae. Quicumque enim in ſcenam prodiere, agant, donec abeant, oblectentque ſpectatores, licet mutae, vultu tamen geſtibusque, animi, quo, quae gerantur, ferant, indicibus loquaciſſimis. Picturā ſi mihi delineanda ad Aſinariam eſſet, non aliud eligerem momentum, quam hoc Artemonae, Demaeneti, Argyrippi, Philenii taciturnorum. Artifex, opinor, in pertexenda pictura arte vſus foret magiſtra — 70. Primum in Philenium Artemona inuehitur: cur auſa es virum meum ad te recipere? *receptio virum* vid. not. ad Aul. 3. 2. 9. — 71. Ex animo haec, ni fallor, reſpondet: *me quidem miſeram odio enicauit* i. non inuitam eum, adliciendumue curaui, ſed ipſe hic ſenex decrepitus *odio* i. odioſa amatione ſua, vt Rud. 4. 5. 14. exprimitur, *enicauit me* taedio nauſeaeque mihi fuit. Non aliter enim

Digitized by Google

sones, quamuis largi, amantur a iuuenculis. — Nunc marito: *surge amator* admissarie meretricum, *i domum* vbi te manet, quo dignus es — 72. *Nullus sum* perii, sed mulier adcipit eo sensu, quo *nullus* est *nullius pretii* idem quod *nequam* — 73. *cuculus* nota auis, quo nomine adpellabantur in re minus honesta deprehensi. Hor. 1. Sat. 7. v. 31. magna compellans voce *cuculum* — 75. *abscede* hinc *ergo* vt te sequar *paullulum* breui ante me *istuc* domum — 76. *Iam* statim tecum *obsecro* hoc nolis. post *vxor* ponendum est signum interrogandi — 79. *murrham* myrrham. Resina myrrhae inter vnguenta numerabatur suauissima. *myrrham olet* halitus oris tui myrrhae dulcedinem aequat — 80. *ecastor quin* adfirmat, sic et Merc. 2. 3. 77. *hercle quin* tu recte dicis — *promisit* Philenio pallam, quam *tibi*, mater, subrepturus esset. Alii *promisit* explicant: minatus est — 81. *bellum filium* iron. quamuis irata marito, probare tamen non potest testimonium, a filio contra patrem dictum — 83. *si nihil aliud sit* si nihil aliud peccassem, quam filium huc perduxissem, iam vnum hoc satis est, cuius me pudeat — 85. ab vxore per viam rapi, id quidem horret, quod omni populo praeberetur deridendus, quare: *non licet* etc. — 87. Surgens Demaen.: hic lectus cum alio permutandus mihi erit, in quo male cubem — *iudicatum* deprehensum conuictumque — Philenium, vt solent meretrices, quem perdidit, deludit insuper! Primum v. 89. praesente et audiente Artemona dicit: *de palla memento, amabo.* Dem. respondet: id ego non magis potero, quam tu iubere potes, *hanc* Artem. *hinc* e domo tua sine me abscedere — deinde inridet v. 90. *imo intus potius* abscede, *sequere hac me* praeiturum se similat in conclaue interius, *mi anime*, Demaenete — qui gemens: *ego vero sequor!* quam sequi me oportet, vxorem! — Morantem quum Art. abigeret *i domum* denique Philenium deludit: *da sauium etiam priusquam abis* cui, inrisionem diutius non ferens, abiens *i in crucem!* qua exsecratione, quod audiente vxore noluerat, intelligere se fatetur, se non amatum a Philenio, sed ludibrio tantum esse habitum.

GREX histrionum. 1. *volup'* pro *volupe*. Codd. et priores edd. habent *voluptatis*. Men. 4. 3. 3. etiam pro *volup* codd. habent *voluptas*. Mil. 3. 1. 127. edd. vett. pro *volup* habent *volupe:* sed 4. 1. 1. Camerarius demum et Lambinus pro *volup* posuere *voluptas* — 6. *sic* vt grex praeibit ipse.

Digitized by Google

COMMENTARIVS
IN PLAVTI
AVLVLARIAM.

IN PROLOGVM.

1. Exſpectandum erat, fore, vt ſpectatores, ornatu Prologi conſpecto, exclamarent: eccum eum! heu quis ille? quare Prologus: *ne quis miretur* quid ſibi hic ornatus velit, *qui ſim paucis eloquar*, has enim voces puto iungendas, ſemicolo poſt *ſim* deleto, et poſt *miretur* poſito. — 2. *Lar* praecipuus deus tutelaris domus alicuius, familiaeque in ea habitantis — deo in primisque Lari poeta Prologi partes dedit, quod, quae de theſauro, ſeu de *olla* (*aulam* antiqui dicebant, vnde *Aululariae* nomen) auri plena, erant praemonenda, ab vno eo ſciri poterant narrarique — 4. *multos annos eſt*, (iam durauit) *quum* inuſitatius quidem dictum, at non tamen obſcurum, pro: multi anni ſunt, ex quo (tempore) — 4. 5. Acidalius contra omnes codices legendum putat *color patri* pro: a patre. Quamuis enim Lar non multum honoris ſibi habitum eſſe queratur, eum tamen non negaſſe dicit, Larem ſe ab iis eſſe agnitum. Sed retinendum tamen videtur *colo*, i. poſſideo domum, Lar eius ſum; meo Laris officio non defui; *patri auoque* datiuum puto, qui vocatur commodi: meo Laris officio commodis eorum in tuenda domo inſeruiui. Nominat autem *auum*, *patrem*, *nepotem* vt *multos* iſtos definiat *annos*, per quos ſe Larem eius domus fuiſſe dixerat. 7. *clam* ſaepius quidem cum ablat., ſed nec cum adcuſ. raro — 9. adcedo ad eos, qui *quoniam* ex abbreuiato aut male lecto *quum iam* ortum eſſe putant — 11. *optauit potius* maluit, praeoptauit — 16. *aequi* aduerbialiter: *an forte* — 17. *mai. honor. hab.* ſanctius ne me culturus eſſet — 18. *minus minusque inpendio* negligentius in dies me coepit colere — 29. *de ſummo loco* nobili loco ortus — 30. pro *autem* nonnulli malunt *autumat* — 36. *Cer. vig.* τοῖς θεσμοφορίοις quae ſacra ieiunantibus a mulieribus celebrabantur nocturna. Ceres et Proſerpina adpellabantur θεσμοφόροι — 39. *ne ſubreptum* pro *ſubreptum ne.*

Digitized by Google

IN ACTVS I. SCENAM I.

Nonnulli actum primum, cuius duae scenae sunt, in quatuor diuiserunt scenas, quod bis Euclio cum Staphyla conloquitur, semel sc. 1. v. 28 ad 39. Staphyla, et semel sc. 2. v. 27 ad 41. Euclio loquuntur secum.

2. *ocul. emiff.* ad explorandum curiosis — 3. *nam cur* pro *cur nam.* sic et v. 5. *nam qua* pro *qua nam* — 3. *vt misera sis* id ipsum volo, vt, quam te vocas, misera sis — 4. *aetatem malam* esse senectutem, ex Men. 5. 2. 6. adparet: *vt* tu, quae *mala* es, *aetatem malam* senectutem *exigas te dignam* malam, infelicem — 6. *stim. feges* esset: cuius in tergo, quoties stimulis caesa sis, vibices testantur densissimae; sed non semper homo id est, quod ab irato ignominiose adpellatur. cf. Cas. 2. 8. 11. stimulorum loculi. — *illuc* (ostendit locum digito) *regr. ab ostio!* sed morante ea altiore voce inclamat *illuc!* — *sis* aptius iungitur cum *vide vt incedit,* qui vituperant inferiorem aliquem, interdum, licet cum eo soli, iubent tamen homines videre, quantopere ille sit id, quod vituperant — *vt* quam lente *incedit,* procedit, non enim de alio gressus vitio loquitur, nisi de tarditate. Sic apud Ter. Eun. 5. 3. 4: mouet se, sed nihil promouet — 8. *at scin quomodo tibi res se habet* quid te maneat? — 10. *tibi grand. grad.* efficiam, vt gradibus procedas grandioribus — 11. *adaxint* adegerint — 16. *abscede* a domo *etiam nunc* longius *etiam nunc* adhuc longius *etiam* paulisper — 17. *istic adsi.* hoc quidem loco siste gradum — 19. *respexis* respexeris — 20. *te ded. disc. cruci* in crucem te agam, vbi discas inmota manere — 23. *verba duit* det, me decipiat — a versu 28 Staphyla sola — 32. *intemperiae* quo turbine mentis herus agatur — 33. *interdius* qui facit aliquid interdiu — 36. *partitudo* tempus pariendi, iterum legitur 2. 3. 9. — 38. 39. *literam longam* plerique cum Scaligero intelligunt I, quae litera forma pensili super ceteras eminet, praesertim vbi geminanda fuisset, vt in DIS pro DIIS. Anus autem serua vix fuisse videtur tam orthographice docta, hoc vt sciret. 2. 3. 12. oe et e, in moeror et merum parum curat. Palmerius pro *vnam faciam* legi volebat *uvam,* quae pensilis est, vt adluserit anus ad nomen suum Σταφυλή: sed nec hoc explicat *literam longam.* Alii adludere eam putant ad antiquum iudiciorum morem, quem nemo nesciebat, quo iudex condemnans literam longam in tabella ducebat, absoluens

Digitized by Google

vero breuiorem. v. Aristophanis interpres in Vespis, Hesychius in voce γραμμὴ· εἰώθασι ὁ διδάσκαλος (legendum forte δικαστὴς)· καταδικάζων, ἐν τῷ γραμματιδίῳ μακρὰν γραμμὴν ἕλκειν, ὁ δὲ ἀπολύων μικρὴν, et Suidas μακρὰ γραμμὴ ἡ καταδικάζουσα, ὁ δὲ ἀπολύων βραχεῖαν ἐσημειοῦτο.

IN ACTVS I, SCENAM II.

1. *defaecari*, Most. 1. 3. 2. de corpore, est: lauando purgari, hoc loco de animo: liberari sollicitudine — 3. *intus seruo* custodiam agita, vt Rud. 3. 6. 20. dicit — *quippini* etc. cur vero, aut: quid vero ego intus servem? — 5. *quaesti* antique, pro: quaestus — 6. *aedes inaniis obpletae* iocose: prorsus inanes, vacuae sunt (praeter araneas) — 7. *mirum* est, *quin* quod non; iron. miror quod me Iupiter tua causa non ditissimum regem faciat! vid. Most. 2. 2. 62. Rud. 5. 3. 37. — 8. *triuenefica* omnium sagarum pessima — 10. *quod di dant fero* quantulamcumque dii sortem meam esse volunt, ea contentus viuo — 13. Meursius probat lectionem ST: *quodsi quispiam ignem quaerit?* EV. *exstingui volo* etc. — 15. *nam si ignis viuet* me iubente non exstinctus sit, *tu exstinguere* ego exstinguam te — 16. *aquam aufugisse* non esse in aedibus aquae copiam — 24. Videtur prope aedes Euclionis fuisse templum *Bonae Fortunae*, quare Euclio, de vicinis loquens, eam nominat, et vnde Staphyla dicit: *quamquam prope est* — a versu 27 Euclio solus — 27. *discrucior animi* pro *animo* seu *in animo*. Sic et Ter. Adelph. 5. 1. 1. et actiue Phorm. 2. 2. 11. *Antipho me excruciat animi* — 28. *quid agam, scio* non de nihilo est quod abeo; causa est, cur non possim non exire — 29. *magist. Cur.* ad romanam consuetudinem *Curionem* vocat Graecorum τριττυάρχην a τριττὺς tribus — 30. *in viros* viritim — 36. *benignius* blandius — 37. *copulantur* copulant, prensant — v. 36 ad 39. quos laudat benigniores in se, quam antea, fuere sine dubio Lyconides, Megadorus, aliique iuuenes senesque, quos Phaedrae, filiae eius, pulcritudo ceperat — 40. *postidea* Plautus saepe habet pro *postea*.

IN ACTVS II. SCENAM I.

2. *hoc* rem ipsam, quam suadebo — *tuae rei* vtilitatis felicitatisque tuae *causa* — 4. *haud falsa sum* haud me fallit, probe scio — *odiosas* molestas — 5. *multum loqua-*

Digitized by Google

ces πολυλαίλοψ — 6. *muta* quae non verbosa reperiatur, vbi verbo possit rem expedire — 12. *obcultum haberi* plane tacéri — *missari* tectius modo cupere et indicare — *per metum* metuens, ne alter, si aperte loquaris, aegre ferat — 14. *secreto* etc. prehendi te solum; eo duxi, vbi soli simus — 15. *tuam rem fam.* quod tuas solius res domesticas adtinet — 16. 17. *quis ea est nam* pro: *quisnam* ea est, et *quisnam* antique pro *quaenam* — 17. pro *tune ais* coniicio *tu me ais* esse optimam feminam? vbi *me* esset acuendum — 17. 18. *si negas* te optimam esse, *nego* te vere negasse. Peruenustus sane fratris iocus — *te equidem* vid. Stich. 2. 2. 5. — 18. *vera proloqui* sorori non blandiri — 19. *optuma nulla potest eligi* nulla femina ita dici potest optima, vt vt vni ei aliae omnes quacumque ratione sint postponendae — 19. 20. *alia* tamen mulier *alia peior* deterior respectu alíquo *est* — 22. *da mihi operam* auscultа, quae dicam — *tua est* opera mea, auscultabo — 25. *facta volo* velim vero, quod admonuerim; facias etiam — 26. *quod tibi* in *sempiternum* te adhuc olim mortuo *salutare sit* obtingat, *procreandis liberis* vt genus tuum non extinguatur tecum, *ita di faxint* id deos precor, vt liberos ex te nasci iubeant — 29. *cerebrum excutiunt* ingratissima sunt — 30. *lapides loqueris* asperrimus sermo tuus est — 34. *foras feratur* sepeliatur — 36. promittit valde diuitem, sed mediae iam aetatis mulierem — 40 sq. quod apud Ter. Heaut. scen. vlt. Clitipho dicit: *quando quidem ducenda* vxor *est*, *egomet habeo propemodum, quam volo*, idem hic Megadorus; sed valde iocose: ego *post mediam aetatem* ipse iam senex, si vxorem duxerim *mediam*, quae mediae adhuc aetatis sit, tricenariam fere quadragenariamue, 43. despero, me, quo die puer ex ea nascatur, fore adhuc superstitem. 44. *ipse satis diues* 45. nec *factiones* curo, nolo inmiscri factionibus in ciuitate, nec *animos* studium prae ceteris eminendi, nec dotes *dapsiles* largas — 48. *quis ea* est? *quis* feminine.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *praesagibat* etc. Hunc versum Cicero laudat, de Divin. 1. 31. modo pro *exibam* Cic. posuit *exirem*. Addit vero Cic.: *sagire* sentire acute est, ex quo *sagae* anus, quia multa scire volunt, et *saguces* dicti canes. Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur *praesagire*, id est, futura ante sentire. Inest igitur in animis *praesa-*

Digitized by Google

gitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus. — Festus dicit: praesagire et praediuinare, praesipere — 2. *Curialium* meorum, qui eiusdem mecum erant curiae — 3. Romae singulis tribubus erant diuisores, qui viritim diuidebant, quae diuidenda adceperant, dicti plerumque *magistri* curiarum, seu curiones — 4. *properare propero*, sic Curc. 5. 3. 10. argentum *propere propera* vomere — 9. *a pecunia* quod ad pecuniam adtinet — quod Megadorus v. 10. dixit *satis habes*, Euclio v. 11. de auro eum certiorem suspicatur factum — 12. *linguam* quae prodidit, *oculos* qui viderant — 14. *grandem* adultam, *cassus* est inanis, vt nux cassa, h. l. *carens*. *inlocabilis* quae, paupertatis causa, nuptui locari nequit, ἀνεκδόσιμος, (sed ἀνέκδοτος est nondum locata) — 17. *inhiare* cupide adpetere, ore quasi aperto captare. h. l. cum adcus. vt saepius Trin. 1. 2, 133. gregem, Stich. 4. 2. 25. hereditatem. Men. 3. 1. 4. pro *inhio* est *hieto* — 18. prouerbium est: inescare me cupit, quo facilius spoliet — 20. *manum iniicit benigne* vt amici manus copulare solent — *zamia* graecum ζημία dor. ζαμία, *damnum onerare* inferre vult — 21. *polypos* homines rapaces. Polypi enim, quidquid cirris suis prehenderunt, deuorandum retinent — *harpagatum* raptum *est*, tempus ab ἁρπάζω latine formatum — 25. *adire ad pactionem* pacisci mecum, vt partem auri auferat — 30. *perit* pro periit, nisi pars aliqua numorum aureorum ablata est. — 36. *Quid* quali me esse arbitrare *fide? quid* qualibus *factis?* — 38. non possum adsentiri Nonio, *malitiam* esse vocem mediam, ideoque hic addi *malam*. Quasi vero daretur etiam *malitia bona!* Vt Cic. *beneuolentiam* vocat *bonam*, sic *malitiam* Plautus h. l. *malam* — 39. *aurum hinc olet* sensit, mihi esse aurum — 41. *quae res recte vortat*, formula, a dicturis facturisue rem aliquam magni momenti, bene ominandi causa, praemitti solita — 44. *innoxium abs te, abs tuis* qui nec tibi, nec tuis vmquam nocui — 50. *factiosum* sed dixerat Megad. 2. 1. 45. *se factiones nihil morari* interpretor igitur *factiosum* h. l.: potentem, cuius in ciuitate regunda partes, si quidem delectaretur splendida ista miseria, esse possent magnae — 51. *locassim* locauerim — 52. *bouem* potentem, *asellum* pauperem — 54. *gnatus* natus *quasi numquam siem* sim, quasi numquam innotuissem tibi. — Pro *gnatus* vellem lectionem reperiri *notus* — 56. *fuat* sit, ortum sit — 57. *mordicibus* a *mordex* voce comica pro *dens*. Gru-

Digitized by Google

terus legi mauult *mordicitus*, Lamb. *mordicus* quod vtrum que significaret *mordendo*. — 59. 60. *Quam ad* cet. q magis vnam in genere requiras probitatem, eo meli tibi filiaeque consules — 61. *quod dem* alii: *qui* vn *dem* — *duas* des — 63. *ne me thesauros reperisse cense* mirum videtur, Euclionem ipsum hoc vlcus tangere, s e voce aliqua vultuue Megadori, vocem *thesauri* audient coniicere vult, aurumne suum ei oleat? — 64. *noui* non reperisse thesauros, te pauperem esse — 65. *qu crepuit* etc. suspicatur ollam suam effodi — 67. *fastid mei* pro *me*. Nonnius e Lucilio citat: *fastidimus bon rum*. v. Stich. 2. 2. 10. — 70. *male rem gerit* ipse de occasioni commodorum sibi pariendorum — 72. Staph lam cur, e domo egrediens, elinguandam minetur se d turum, iam v. 12. 13. dixit. 73. Sic fere apud Ter. An 1. 3. 28. Simo, si Dauum, in pistrinum datum, in exemerit vmquam, ipsum se pro eo moliturum promittit 75. *senecta aetate* (mea) legitur etiam Trin. 1. 2. 5. sic senectum corpus, senecta membra, senecta infirmitas cuntur — *ludos facias* ludibrio habeas — 76. *ne* [illegible] *est* neque, si vellem, diuitem pauper ludos facere possem 81. *perplexari* captiose agere — 84. *immo optima* p nulla causa est, quin — 87. auarus non nisi auro s deberi autumat, quod vni debetur pulcritudini fili cum moribus coniunctae rectis.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. *deblaterasti* nihil amplius, quam blaterasti, effu visti — 2. *te voco, ecquid audis* aliud anus visa ei e agere, ad audita heri de dote verba stupens — 3. *vasc* omnem supellectilem — 3. *pure propera atque elue* vt cito pura, munda, et lota sint. Alii *pure* pura aq *propera atque elue* propera eluere. Alii *pure:* ipsa a pure lota — 12. mulier in adlusione *moeroris* et *meri* detur iocari. Gronovius legi vult *moerore*, malum m rore mistum, cui additus sit moeror. Aliis videtur *mal* metuere a furore heri, si probrum filiae fiat palam, m rorem vero, quem puellae miseria esset adlatura. S verbum *bibam* facit palam, eam cogitasse de mero.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

1. *opsono* et *opsonor* (male vulgo *obs.*) est, c mere, quae in coena adponas, carnes, pisces, olera. N

Digitized by Google

paucis quidem ditioribus inter seruos erant rei coquinariae periti, sed copia quoque erat coquorum ex alienis seruis conducendorum. Anthracem et Congrionem seruos fuisse, e. v. 31. huius scenae adparet, vbi liberti fieri cupiunt — 4. 5. Congrio, quod fieri non poterat, vt in vtramque Megadori Euclionisque domum mitteretur dimidius, iocose *dicit palam*, se, vt *diuidatur*, non esse passurum — 6. 7. alter vero coquus, Anthrax, verbum *diuidere* sensu obscoeno eum inimicat vsurpasse, quare *prosilibulum* eum vocat, sed quod τὸ *palam*, quod Congr. cum *dicam* iunxerat, eum cum *non diuides* iunxisse vult, *pudicum* certe vocat prostibulum, quod quidem *palam* nollet, sed tamen *post* loco secreto *si quis vellet* non recusaret *diuidi* (muliebria pati) — 8. *alio versum* non tam obscoeno sensu — 14. *dicis* adsignas *huic* Euclioni. quidam pro *dicis* malunt *ducis* — *dimidium domi* Megadori, eius familiae, quam Euclionis aediculae non essent capturae — 18. *pumex* notus lapis fistulosus, quem, quod spongiae modo aquam inbibit, Vitruuius ipsum vocat spongiam; quare Pers. 1. 1. 42. *tu aquam a pumice postulas, qui ipse sitit* — 22. *eradicari* omnibus spoliari opibus — *tigillo* tecto, sumario — 23. *follem*, crumenam cum pecunia, in publicum exeuntes saepe suspendebant e collo, Truc. 3. 1. 7. *homo crumenam sibi de collo detrahit, minas viginti mihi dat.* Asin. 3. 3. 67. *conloca crumenam in collo.* Euclionem vero et, quum dormitum iret, crumenam e collo cauillatur suspendere, quod eum facere, fures nocturnos metuentem, facile Congrio coniicere potuisse — 24. qui vero quum interrogasset *cur?* eius deridendi causa Strobilus satis ridicule respondet *ne quid animae* etc. — 25. adcus. *gutturem* apud Plautum quidem reperitur saepius — *inf. gutturem* esse podicem, adparet, quem *obturare* hic est, follem ob eum obstringere — 27. Quo sensu Poen. act. 2. v. 42. leno militi dicit: *credo, vt mihi est aequum credi*, (lenoni autem quis nescit fidem non esse habendam) eodem hic versus adcipiendus est: neutri ab altero credendum est — 28. *at scin quomodo?* hoc loquendi genere Plautus saepius vtitur, dicturus, non satis adhuc aliquem perspicere, qualis res aliqua sit, h. l. pluribus te docebo, sordidiorem esse Euclionis parcimoniam, quam tu concipere animo possis. Minus recte alii post *quomodo* signum interrogandi tollunt, et, commate post *etiam* posito, iungunt *quomodo*

Digitized by Google

plorat aquam prof. q. lauat — 30. *talentum magnum* est *atticum* quod LX minas pendebat, pondo octoginta romanis ponderibus Liv. 38, 38. — *potesse* posse — 32. *famem* etc. ne id quidem, quod ipse spernit et odit, vtendum roganti dabit — 33. *tonsor.* Gruterus malebat *tonsori*, quod ei non videbatur verisimile, erogasse eum aliquid pro vnguibus resecandis. Sed ipse Strobilus c. 27. non vult, omnia sibi credi, sed hyperbolis vtitur, quas excogitare potest maxime ridiculas forsan; ipse sibi vngues in tonstrina demit, et praesegmina aufert. — 34. *praesegmina* Nonius explicat, quae vnguibus eminulis praesecantur, *ἀπονυχίσματα* — 35. *parce parcum* Congrio Enelionem vocare putatur, quod impensa in vngues resecandos facta non congruat cum cetera eius parcimonia. — Alii *parce parcum* rectius forsan explicant *per parcum* — 36. Congrio putat non adeo parcum eum esse, vt misere viuat. — 37 ad 40. exemplum est, non sordidissime auari, sed plane delirantis, manifestumque est, Strobilum non voluisse, credi sibi, sed modo cachinnos commouere — 39. *postulare* a praetore actionem et iudices petere — *miluum vadari* in ius vocare, a miluo vades postulare, qui certae pecuniae sponsione praestent, eum vadimonium obiturum — 45. *nundinalis* forsan, qui raro tantum ad epulas parandas conducitur, ils modo temporibus, quibus plures coquis egebant, quam vt in coquis eligendis liceret esse fastidiosos. Iustus vero Lipsius docte quidem explicat: coquum feralem nouemdialemque, qui mortuis tantum paret in coenam. *Nouemdiale* erat sacrum, die nono in honorem defuncti oblatum, et cum *coena* coniunctum *nouemdiali* — 46. *homo trium literarum* fur.

IN ACTVS II. SCENAM V.

Haec scena ab editoribus quibusdam coniungitur priori, et recte quidem; nam eaedem personae, eodemque in loco conloquuntur, aliis tantum de rebus. Quod vero in pluribus edd. est quinta, et plerumque ita citari solet, et ego numerani eam quintam.

1. *Tace nunc iam tu* a conuiciis tibi tempera — *agnum horum vter est pinguior* pinguiorem ex his duobus agnis — 2. interfatur Congrio *licet.* Acidalius legi mauult *hic est*, quae lectio in nullo codice est, verum autem sensum explicat. Meursius enim vult, *licet* antiqua scribendi ra-

Digitized by Google

tione esse pro *liquet:* hoc non video, cur roges, adparet enim! Gronovius tamen retinet *ro licet*, et explicat: licet id quidem videre vel coeco — 3. *intro* in aedes Euclionis — 4. *ad nos* in aedes Megadori — 6. *pinguior tibicina* inludit Strobilus lasciuiae, quam Amphrax sc. 4. v. 6. 7. prodiderat — 7. 8. quod Euclionis in domo Megadorum putabat coenaturum ipsum, ut eam coquum peritiorem, agnum pinguiorem, tibicinamque mittit meliorem — 10. *ad rauim* raucus prius poscendo fiam — 11. 12. *stultum est* stulte agimus *et sine gratia* nec promeremur gratiam *ibi recte facere* iis vbi bene consultum cupimus *quando quod facias perit* a quibus, te fauisse iis, non adnoscatur — 18. *quod te scio facile abstinere posse* haec quidem magna est laus, sed additum *si nihil obuiam est* haec vero est cauillatio manuum furacissimarum — 21. *puteus* hypogaeum, seu locus subterraneus, seruorum poenae destinatus, quae poena vocabatur *in puteum condi* et Vlpianus vocat *malam mansionem.*

IN ACTVS II. SCENAM VI.

5. *Cererine* etc. Ambarualibus Virg. iubet: *Cereri tu lacte fauos et miti dilue Baccho* (mulsum facias) Georg. 1. 344. Thesmophoria autem dicuntur fuisse abstemia, quae sacra respiciens anus, quod vinum desiderabat, rogat *Cererine* etc. — 6. *tenetum* prisca lingua adpellatur vinum. Gellius 10. 23. — 10. *inpurate* homo nequissime, incendiarie — *quamquam Vulcano studes* quamquam ad tuam coqui artem exercendam igne tibi opus est, tamen non comburemus etc.

IN ACTVS II. SCENAM VII.

Pythodicus fuisse videtur Megadori atrienſis, vt in Asinaria Sanrea Demaeneti seu Artemonae. 1. Post *curate*, quod exeuntem Megadori ex aedibus seruis intus relictis de via clamare putant, punctum solent ponere. Equidem *curate* aduerbium esse puto, et iungo *curate interuisam* — 2. *cura maxima est*, vehementer vereor, *vt eos hodie seruem*, vt eos cohibere possim, qno minus furentur — 3. *nisi vnum hoc faciam* nisi hac vna eos via a furando cohibeam, *vt* etc. falso igitur post *maxima est* punctum ponitur. Iungendi versus 2 et 3. Nempe v. 2. non eos cohibebo, v. 3. nisi etc. — *in puteo* vid. sc. 5. v. 21. e.

Digitized by Google

puteo enim effugere non poterunt, nisi scalis ad adscendendum commodatis — post *coquant* pone semicolon. — 5. 6. Veretur, ne coqui idem faciant, quod apud Ter. Adelph. 4. 3. 37. Syrus, et *vnumquodque, quod quidem sit bellissimum, ipsi carpant* — 5. *deorsum* h. l. non motum indicat, sed est: subtus inclusi. — 6. *Superi* coelites, iocose vocantur: *conuiuae*, *inferi* in orcum detrusi: *coqui* in puteo suo. — Vt ab Aeaco Aeacidae, a Pelope Pelopidae, sic hic iocose a *Rapax* patronymicum formatur *Rapacidae*, vt omnes coquos vnius eiusdemque familiae esse dicat omnium rapacissimae.

IN ACTVS II. SCENAM VIII.

1. *Volui* etc. impetrari tandem a me, vt hodie maiorem, quam soleo, facerem inpensam — 2. *vt bene haberem* molliter me curarem (in) filiae nuptiis. — 3. *rogito* quo pretio veneant *pisces* — 6. *aes non erat* emturus eram pecunia non praesenti — 8. *omnibus adii manum* omnium exspectationem pecuniae a me adcipiendae frustratus sum, nihil emi. sic Poen. act. 2. v. 11. *auarae Veneri adii manum* non respondi exspectationi eius. Cas. 5. 2. 54. Pers. 5. 2. 18. — 10. *prodegeris* profuderis — 11. *fingit*, ires si diuersos consultasse de sumtibus faciendis, se nempe, cor seu animum suum, et ventrem; seque proposuisse cordi et ventri rationes, quae parcimoniam suaderent — 12. quas quum animo ita probasset, vt ad sententiam suam adcederet, ventrem, cupediarum auidum, subfragiis esse superatum — 14. decernitur igitur *quam minimo* etc. — 15. *thusculum* paululum thuris — 16. 17. Picumnus cum Marte Silvano, Pilumnus cum Romulo seu Quirino erat idem, quorum Picumnus princeps Larum erat, κατ' ἐξοχήν Lar adpellatus, cui sacra Euclio facturus est, vt bene cedant nuptiae filiae. *Nostro* adiecisse putatur, vt superiorem ingenuorum familiae suae Larem istum distingnat ab inferiore aliquo Lare seruorum — 20. Congrio intus *aulam* seu *ollam* maiorem poscit. Pro (e) *vicinia* quidam MSS. habent *viciniam* adi vicinos ollae mutuandae causa *si potes* si quam ibi commodari posse speras. — Voce autem *aula* audita, suae Euclio aulae auroque metuit — 24. Apollo putabatur κλεξίκακος malorum depulsor. Macrob. Saturn. 1. 17. *Apollinem* antiquitus dictum quidam volunt *Apellinem*, quasi mala *apellentem*, sed Ἀπόλλων vox graeca est — 25. *Confige sagittis*, Graecis enim

Digitized by Google

Apollo ἀκηβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκάεργος est — 26. *antidhac* antea — 27. *cesso currere* statim currendum mihi est.

IN ACTVS II. SCENAM IX.

Quae nonnullis est Actus tertii prima.

1. Anthrax, Megadori ex aedibus exiens, Dromoni, qui intus est, clamat *desquama*, apud Ter. Adelph. 3. 4. 13. Syrus: *purga* pisces — *tu Machaerio*, alius sine dubio seruus, Gulielmus vero explicat *cultro* (culinario) a μάχαιρα, Rud. certe 2. 2. 9. *cum machaeriis* est: cum gladiis — 2. *Conger* (Charisius vult *Congrus*) apud Ter. l. c. v. 14. 57. laudatur, et *muraenam* Martial. 10. 30. 22. delicatum vocat — *exdorsua* spinas exime; Festus: dorsum confringe; Nonius: dorso nuda — 3. Versus spurius. Ipsa verba *exossata fac sient*, quae in vno tantum codice reperiuntur, Gruterus glossam putat, ad explicandum *exdorsua*; reliqua Camerarius de suo subpleuit — 4. *artopta* testa assandis torrendisue panibus — 6. *glabriorem reddes mihi* plumas curatius vellas — *Ludii* vocati putantur pro *Lydii*, quod a Lydis id ludicri genus, cui interessant, originem duceret. Adolescentes erant, qui in Circensibus scenicisque pompis incedebant duces. Imberbes esse oportebat, quare, qui iam adultiores essent Ludii, curabant, vt incederent bene *vulsi*, i. e. pilis plumisue euulsis leues et glabri — 8. *faciunt officium suum* iocose pro: furantur.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *Optati* cari, dilecti; inploratos vos cupio! fidem vestram! — 3. *ad Bacchas in Bacchinal* in locum, vbi homines furunt et bacchantur — *coquinatum* coctum. Et Pseud. 3. 2. 85. legitur *coquinare*. Vtroque loco Festus legisse videtur *coquitare* — 5. *totus doleo* tergum, latera etc. a verberibus mihi dolent — *me habuit gymnasium* in me verberando se exercuit; fui ei pro gymnasio, in quo se exerceret — 6. *ligna* 2. 6. 8. quae ad cibum parandum *praeberentur*, deesse videbantur, hic *praebentur pulcre* largiter, vbi coquus fustibus contunditur — 8. *aperit Bacchanal* Euclio domo exit — 9. *sequitur* insequitur nos — *scio quam rem agam* fuga salutem petam — *magister* hoc in gymnasio: Euclio — Versus quatuor vl-

Digitized by Google

timi in codd. hoc ordine leguntur: *Atat, Sequitur, Neque, Itaque.* Acidalius autem, quem ego cum editoribus sequutus sum plerisque omnibus, recte et planissima sententia disposuisse eos videtur.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *tene* te, siste gradum, ne aufugias, seu clamat alicui *tene* eum, vt 4. 9. 2. — *tres viros* vid. Amph. 1. 1. 3. — 3. Meursius docet, cultrum gestari fuisse vetitum, non vero coquis — *quid comminatus mihi* non adcuso, quod cum cultro es, sed quod minatus mihi eo es — 4. *fodi* perfodi, latus hausi — 8. vt carnes quaedam, v. c. vervecinae, tundi interdum solent, quo citius mollescant assando, sic se fustibus ab Euclione *molliorem* iocatur factum, quam *cinaedus*, sic a κινεῖν τὰ ἀιδοῖα dictus, exolerus — 9. *tactio* vt alia quoque verbalia in *io* regit interdum casum verbi sui, *quid tibi nos tactio est?* quo iure nos tangis, verberas? sic infra 4. 10. 14. quid tibi *meam tactio* est? Cas. 2. 6. 54. quid tibi *istunc tactio* est? Poen. 5. 5. 29. quid tibi *hanc* digito *tactio* est? Sed alia quoque verbalia in *io* ita construuntur, Amph. 1. 3. 21. quid tibi *hanc curatio* est *rem?* Asin. 5. 2. 70. quid tibi huc *receptio* ad te est *meum virum?* Truc. 2. 7. 62. quid tibi *hanc aditio* est? Epid. 2. 2. 112. *nihil* in ea re *captio* est etc. — 11. *sine!* minantis est, vt apud Ter. Eun. 4. 6. 1. *sine veniat!* — *si quid hoc caput sentit* si quid sapio — 12. *pol ego haud scio quid post fiat* ego, quae futura minaris, non curo, *tuum nunc caput sentit* de eo, quod iam factum est, plagis caput tuum tuber est — 13. *quid meis nam* quidnam meis — 16. *edim* edam — *nisi tu mihi* quasi puero *tutor es* — 19. 20. *me haud poenitet* felicem me praedicabo, si *mea, quae adtuli* vasa *salua auferam! tuane expetam?* quae tua? tibi nihil est, quod auferatur, *scio* etc. noui me esse pauperem. Homo suspiciosus non vult furem cupidum reddere inuestigandi, quod alicubi lateret — 24. *perviam* adv. pro pervios: ab asseribus forsan lignisque quibusvis obviis non abstinuerat — 25. *caput fissile* vulneratum — 31. *Lauerna* dea furum — *pipulo differam* lamentis conuiciisque diffamabo — 34. *numo* non sestertio. Lambinus intelligit *aureo;* Salmasius, Gronoviusque *didrachmo* sex fere grossis nostris. Nimiam ille mercedem statuit, hi iusto tenuiorem. Explico: non magna mercede — *plus* pecuniae

Digitized by Google

opus mihi *est medico* quam medico ſoluam, *mercede* quam tota mea merces hodierna eſt.

IN ACTVS III. SCENAM III.

Quae ſcena a nonnullis priori iungitur.

1. *Hoc quidem* aurum — 4. *venalium ſerv.* faecem plebis — 6. *temperi* pro: tempore, aduerb. tempeſtiue, iron. dictum — *ſiſſorum* vulnerum. vid. ſc. 2. v. 25. — 10. *lege agito mecum* adcuſes me licet. Sic dicebant, qui aduerſarium ſpernebant.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1. *Illic* Congrio — 1 ad 5. adcuſat ſe ipſa, quod filiam deſponderit pauper diuiti — 2. *rem* intelligo *litem*, cui obpoſitum hic videtur *negotium*, quidquid expediri inter priuatos poteſt; ſenſus: ſtulte audax eſt non is ſolum pauper, qui opulento litem intendit, ſed is iam, qui qualecumque negotium cum eo inire audet — *hoc δειχτικῶς* ollam ſuam digito monſtrat — 6. *condigne* etc. conſpirare cum ceteris viſus eſt in me perdendo, gallus — 7. *anui peculiaris* qui in peculio Staphylae erat — *perdidit paeniſſime* parum abfuit, quin me perderet — 8. *haec* olla — *ſcalpturire* rectius forſan *ſcalpturire* a ſupino *ſcalptum* — 9. *ita* Gronov. vult *ira*, quod neque *vt*, nec alia eiusmodi vocula ſequitur. Potuiſſet Plautus ponere *vt caperem, obtruncarem*, ſed non inauditum eſt, poſt *ita* narrari, quod factum ſit, nulla τοῦ *ita* ratione habita — pectus *peracuit*, ira incenſum eſt — 12. *manubrium* quo quid prehendimus, h. l. gallus, quo vſuri fures erant ad ollam prehendendam — 14. *adfinis* hi gener futurus, ſc. 5. v. 62. ſocer.

IN ACTVS III. SCENAM V.

Megadorus, ſolum ſe putans eſſe, ſecum loquitur, Euclione in angulo aliquo ſermonem eius captante, laetumque adſenſum aliquoties verbis, ſpectatoribus dictis, declarante.

2. *de conditione hac* vxoria — 8. *vtamur* ſaepius quidem *vti* dicimur rebus proſperis, ſed interdum tamen et minus exoptatis, h. l. *inuidia*, apud Cic. *ventis aduerſis, valetudine non bona* — 9. *illae* dotatae *malam rem* divortium, magis, quam metuunt, metuerent: ſi pauperiorum virginum virtutes viderent non poſtponi diuitiis —

Digitized by Google

11. *illuc* ſi ditiores ducerent pauperiores *in maxumam partem eſt optumum* vtile ſibi probandumque iudicaretur — 12. *pauciores* diuites auari vituperarent haec connubia — 13. *inſatietas* auaritia, quae expleri nequit — 15. 16. obiectio auidorum: *quo* Meurſius vult *quoi* pro *cui*, alii vulgatam lectionem explicant *quibus viris* — 17. reſponſio ad illam obiectionem *quo lubeat nubant* e numero procorum eligant, qui prae ceteris placeant, *dum ne dos fiat comes* dos modo nubenti numeretur nulla — 18. 19. Expertes igitur filias eſſe vult partis de bonis parentum iis debitae? Sperat igitur, vnam paupertatem fore certiſſimam virtutis magiſtram? Sed ita fit, qui noui quid ſuadent, ſola plerique cogitant commoda, incommodorum inmemores! — 20. *mulorum* de pretio Martialis L. 3. epigr. 62. aurea quod fundi pretio carruca paratur, *quod pluris mula eſt, quam domus emta tibi* — 23. *fecit verba ad parcimoniam* commendandam. Sic Capt. Grex *ad pudicos mores facta haec fabula eſt* — 24. *igitur* hoc ſi ita fiat — 26. *aurum* mundus muliebris aureus — 27. 28. *pediſſequos* et *ſalutigerulos pueros* pertinent ad muliebrem delicatum, quem Cic. pro Mil. 10. vocat ancillarum puerorumque comitatum — 30. *moribus Praefectum mulierum* Athenis creabantur viginti viri, qui mulierum in ſe ornandis luxum coercerent, γυναικοκόσμιοι, de quibus Cic. de re publ. IV. *Nec vero mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Graecos creari ſolet, ſed ſit Cenſor, qui viros doceat moderari vxoribus* — 33. *hoc* quod adhuc de luxu mulierum dixi, *etiam pulcrum eſt* paucum ſeu nihil eſt, *praequam* ſi comparetur cum eo, *vbi ſumtus petunt* vbi pecunias poſcunt, artificibus etc. quorum opera vſae ſunt, foluendas. Sic Amph. 2. 2. init. parua res eſt voluptatum, *praequam* quod moleſtum eſt. Moſt. 4. 2. 65. nihil hoc quidem eſt, *praequam* alios dapſiles ſumtus facit. Sic et ponuntur *prae quod* et *prae vt* — 34. *fullo* qui veſtes lauit — *phrygio* qui acu pingit — *lanarius* ἐριουργός qui lanam tractat. Codd. quidam *linarius*, quod Grutero placet, quod luxus in lino maior fuerit, quam in lana — 35. *Caupones* non hic, qui vinum vendunt, ſed inſtitores, qui merces oſtiatim circumferunt — *patagiarius* qui facit *patagia*, de quibus Feſtus: patagium eſt, quod ad ſummam tunicam adſui ſolet, inde patagiatam dictam. Nonius vero: patagium eſt aureus clauus, qui pretioſis veſtibus inmitti ſolet. (erat

Digitized by Google

patagium quasi maculis et naeuis insperſum) — *induſiarius* induſia conficit, veſtes mulierum interiores — 36. *flammearii* qui flammeo seu rubro, *violarii* qui violae colore, *carinarii* qui cerino tingunt. Nam *cera*, κηρός, dorice dicitur καρός. Ovid. Art. 3. et sua velleribus nomina *cera* dedit — 37. *manulearii* vendunt manuleas, seu tunicarum manicas — *murobathrarii* calceamenta mulierum vnguentis, odoribus et subsimentis inbuebant. Alii legunt *malobathrarii* vnguentarii, qui malobathrum vendebant — 39. *propolae* a πωλεῖν praefixa praepositione latina: qui primi aliquid vendunt, quod in portu primi anticipauerunt — *linteo* qui lintea texit. (*lintearius* qui ea vendit) — *calceolarii* qui calceos mulierum vendit — 39. *ſedentarii ſutores* qui crepidas, calceos consuunt, quod eos sedentes facere oportet — *diabathrarii* qui diabathra, graecum solearum genus, faciunt et vendunt — 40. *ſolearius* solearum artifex — *molochinarii* qui colore inficiebant, qualis in flore maluae spectatur, ad purpuram inclinans, a μαλάχη seu μολόχη malua — 41. *ſarcinatores*, qui veſtes sarciunt — 42. *ſtrophiarii* opifices strophiorum, seu fasciarum, quae tumorem papillarum cohibent — *ſemizonarii* artifices semicinctiorum seu zonularum, minus dimidio latarum, quam iusta zona est — 44. *phylaciſtae* propr. qui seruos in ergastulo custodiebant, h. l. quibus, mercedem flagitantibus, diu in atrio exspectandum, et illud quasi custodiendum erat — 45. *textores limbolarii* qui oras veſtium limbo picto praetexunt — *arcularii* putantur opifices arcularum; nisi sunt dispensatores, qui ex arca soluunt, qui *ducuntur* adducuntur, et *datur aes*, satis fit artificibus hactenus nominatis — 46. *iam hos abſolutos cenſeas*, isti omnes si suam quisque adceperit mercedem, alii porro adsunt, eam petentes 47. *infectores crocotarii* qui croceo colore tingunt — 48. *aliqua mala crux* creditur aliquis, qui pecuniam flagitat sibi debitam, qualis depingitur Most. 3. 1. 42 sqq. — 51. *nugigerulis*, et *nugiuendis* omnes istas merces, quas faciunt venduntue longa serie enumerati, vno Megadorus vocabulo vocat *nugas* — 54. *aes* militare, tributum, pecunia ditioribus ad alendos milites soluenda; sed exhaustus est maritus, non est tributo soluendo — Post versum 56. Nonius inserit versum: *pro illis crocotis, ſtrophiis, ſumtu vxorio* — 61. *mactant* magis augent *malo* adrogantia sua, *damno* sumtibus!

Digitized by Google

IN ACTVS III. SCENAM VI.

Et hanc scenam cum superiori nonnulli iungunt; minus recte. Eaedem quidem in vtraque sunt personae, sed in hac demum vterque scit, alterum adesse, sermonesque caedunt.

1. *edi.* Vt Most. 5. 1. 15. est: *gustare sermonem* alicuius, et Asin. 3. 3. 59. *dicta deuorare*, sic hic *sermonem tuum edi* adtente audiui; nec erat, quod Meursius mutaret *odi* i. e. *audii* — 4. *si nitidior sis* si cultu compareas paullo mundiori — 5. Lamb. et Grut. intelligunt: *esse oportet.* Nemo nitorem magis sequatur, quam pro re sua, nec gloriam, quam pro copiis — 6. illi ipsi *qui habent* diuitias — 8. res meae domesticae non sunt meliores, quam quis e cultu meo potest opinari — 9. 10. sciebat Megadorus domum Euclioni esse agellumque, nec esse eum in aere alieno, quare *immo est* res tua melior: sed quod addit *quod nunc habes* — 11. id quidem pungit Euclionem, et secum dicit 12. Megad. de auro suo per anum esse certiorem factum — 13. *e senatu seuocas* iocose: cur a me recedens tecum ipse loqueris? — 17. *in aedes* vulgo legunt *in aedibus*, quod Dousa emendandum merito putauit, Gruterusque e versu praecedente male repetitum esse censet — *quingentos* vix fuerunt tres — 18. fabula de Geryone, rege hispanico, nota satis est. Si coqui fuerunt *de genere Geryonaceo* i. e. tricorpores, *senis manibus*, seu sex quemque manibus fuisse oportet: furacissimos esse dicit. — 19. *Argus totus oculeus* centum fingitur habuisse oculos — 20. *Io*, seu *Ionem* Inachi filiam, a Iove compressam, Iunonem mutasse in vaccam, Argoque custodiendam tradidisse, fabula est notissima — 21. *tibicina* semper adhibebatur in nuptiis — 22. *interbibere* exsiccare — *si* fons Pirene *vino* non aqua *scatet* (scateat) — 23. *Pirene*, Acheloi filia, a Neptuno compressa, Cenchrea filio a Diana obciso ita indoluit, vt in fontem mutaretur, qui in arce Corinthiaca (Acrocorintho) erat — 24. *tum opsonium* e sequentibus videtur Euclio illud vili esse pensurus — *legioni* hyperbolice: omnibus, qui domi tuae sunt, saturandis sufficiet — 26. *curiosam* et v. 27. *curionem* explicant *macram*. Festum sequuti: *curionem agnum Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset.* Non displicet autem mihi explicatio *I. H. H. Schulze*, Rectoris Osterod, meritissimi, qui putat, Euclionem primum belluam *curiosam* dixisse sensu proprio,

Digitized by Google

quod, vt gallus ſcalpturiendo, ſic ei agnus, naribus acer pedibusque terram radens, coquis locum ollae defoſſae viſus eſſet proditurus. Quod vero Megadorus iocans quaeſiſſet: *qui ſit agnus curio?* ne ipſe proderet aurum ſuum, aliter explicaſſe vocabulum illud: *cura macet* — 30. *laterna punica* cornea, a Poenis inuenta — 31. *conduxi* emi — 32. *loces* libitinariis *efferendum*, ſepeliendum — 37. *ego te* vel inuitum *reddam madidum* ebrium — 38. pro *te*, *cui* Grut., ſex codd. ſequutus, repoſuit *tibi cui*. Lectio *te* facilior eſt: madidum *reddam te*. ſi malis *tibi* explicandum *tibi cui* eſt *etſi tibi* — *ſcio* iam praeuideo — 39. *vt me deponat vino* vt neque pes neque mens ſatis ſuum officium faciat Curc. 2. 3. 81. ebrius deponit caput, condormiſcit. — 40. *hoc quod habeo* non oblitus eſt, quod Megad. v. 11. dixerat: *quod nunc habes! commutet coloniam* mihi ereptum Megadori in domum migret. — 43. *ſacrificem* Seruius ad Aeneid. 3. *apud veteres neque vxor duci, neque ager arari ſine ſacrificiis peractis poterat.* ſacra autem non niſi lauatis facere licebat. ſic 4. 2. 5. Euclio: *lauabo, vt rem diuinam faciam*, et Amph. 5. 1. 42. Alcumenae inſtante partu ſacra facturae prima erat cura, vt manibus eſſet puris — 44. *inimicos* inſidiatores — 46. *factum* factu — 47. in *Fidei fanum* templum, quod prope aedes ſuas erat — 49. *mutaueris nomen* vt, me decepto, non Fides porro vocanda ſis, ſed infidelitas — *concreduo* i. q. concredo. Caſ. 2. 8. 43. eſt *concredui* — 50. *fiducia tua* in te poſita.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

Ille Strobilus Act. 2. ſc. 4. 5. 6. Megadori erat ſeruus, eius vero, qui quarto hoc actu ſeruus eiusdem nominis prodit, herus eſt Lyconides, Megadori ex Eunomia ſorore nepos. V. 1. ad 14. Strobilus ſeruum ſe eſſe gloriatur, qui hero, quam optime poſſit, conſulat, v. 15. 16. et ipſum ſe ſua ſibi fide bene conſulere laetatur, v, 17. ad 21. narrat, quae nunc ſibi mandata ſint, et qua ratione ea ſit exſequuturus.

2. nec *morae* habeat, cunctetur exſequi, quod herus iuſſit, nec *moleſtiae* inuitus ne faciat — 4. nihil ei prius ſit, quam imperia heri capeſſere, ſuis ipſius negotiis poſthabitis — 5. *ſi quando dormitet* laſſitudinem ſentiat, *ita* etc. — ſuum tamen ſerui officium explendum eſſe cogitet. Sic

Digitized by Google

Cic. ad Diuerſ. 12. 25. *nulla laſſitudo impedire officium debet* — 6. *quaſi* quemadmodum — 7. *herum ſuperare amorem* herum amore ſuperari — 8. *retinere ad ſalutem* etc. quam optime poſſit conſulere hero, non augere amentiam eius — 9. Mallem cum recentioribus quibusdam legere *pueris*. ſi vero *pueri* codicum retinendum eſt, explico *quaſi pueri* faciunt: iis *qui nare* etc. — *ſcirpus* iunci genus, enode, leue, procerum, φλοῦς, vnde *ſcirpea ratis* φλοίνη, ratis e ſcirpo — *induitur* ſubiicitur — 12. *ne* herus amans *peſſum abeat* ſubmergatur, in profundum hauriatur — poſt *tamquam* excidiſſe aliquid adparet, cuius vero veſtigium in nullo reperitur codice; Lambinus vero explere conatus eſt: *tamquam catapirates maris*. Eſt autem *catapirates* linea cum maſſa plumbea, qua altitudo maris tentatur. Sed poteſt etiam *tamquam* trahi ad verſum 13. *tamquam ediſcat* ita ſtudiis heri adſuefcat obſequi, *vt, quod frons velit, oculi ſciant*, vt, quae herus velit, vel indicente eo, e vultu cognoſcat — Adhibeo hic ex Amph. 1. 2. 213. ſi Strobilus vera loquitur, examuſſim eſt optimus ſeruus. Qualis autem fuerit, e ſequentibus adparebit — 15. *cenſione* caſtigatione *bubula* loris bubulis — 16. *in ſplendorem* numquam vincietur — 20. *in ara* in platea, vbi non minus, quam in templis, arae reperiebantur conſecratae — *ſine omni ſuſpicione* vbi, qui me ſedere viderit, nemini ſuſpicionem iniiciam — 21. *arbitrari* ſpeculari potero, *et huc et illuc quid agant* in vtraque, et Megadori et Euclionis domo, quid agatur.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

v. 1. ad 8. Euclio, ſolus ſibi viſus, Strobilo, poſt aram latenti, ipſe ſuam prodit ollam, qui a verſ. 9. conſilia ſtatim capit eius inueniendae et auferendae.

1. *indicaſſis* indicaueris — 2. *in latebris* abscondidi aurum meum, adeo abstruſi, vt, Dea modo non prodente ipſa, neminem certus ſim id eſſe inuenturum — 4. *onuſtam auri* vſitatius *auro* — *probibeſſis* prohibueris — 8. *in tuo luco ac fano* in fano tuo, quod intra lucum tuum eſt — 11 ſq. auri fame compulſus obliuiſcitur repente fidei in exſequendis heri ſui mandatis, quam ſcena ſuperiore magnifice laudauerat — 15. *mulſum* vinum melle miſtum — *fidelia* vas ſamium ad varios vſus *congialis* congii capax. Congius autem capiebat ſextarios ſex — 16. *facere* ſacrificare.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM III.

Euclio rediens secum. 1. Aliarum auium a dextra, aliarum a laeua, fausta infaustaue putabantur auspicia. Asin. 2. 1. 12. picus et cornix a laeua, coruus a dextra consuadent; et Cic. de Divin. 1. *cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum?* Euclioni igitur corui cantus a sinistra mali quid videtur ominari. — 2. *semel radebat pedibus terram* fiet igitur, vt olla mea effodiatur — *crocire* verbum coruorum cantu proprium — 3. *artem facere ludicram*, repente, vt histriones solent, alius sum factus, e summa securitate in terrorem coniectus maximum — 4. *cor emic. in pectus* palpitare coepit — *cesso currere* statim curram ad meam in fano Fidei ollam.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1. *lumbricum* Euclio vocat Strobilum, ollae suae metuens, quod, ante non visus, repente adpareat, vt lumbricus, qui, ante sub terra latens, repente erepserit — 3. *praestigiator* qui mox euanescis ex oculis, mox compares — 4. *quae mala crux* vt infra v. 15. quae intemperiae insaniaeque te agitant, seu: sanusne es? — 5. *adflictas* lf. Casaubonus explicat: in terram das. malim: tundis. tundi quidem seruus a sene facilius poterat, quam prosterni. *raptas* explicant: conuiciaris; rectius alii: trahis, rapis. Sic apud Ter. Adelph. 3. 2. 21. Geta: ceteros raperem, tunderem — 6. *verberabiliſſime* verberibus dignissime, μαστίγων ἀξιώτατε — 7. *redde huc sis* Strobilus, vt Euclionem angeret, sollicitumque haberet, similasse videtur, se aliquid sub veste obcultare — 8. nihil equidem *tibi* Euclioni — *quod tibi* in vsum tuum — 9. *ecquid agis* cur conaris aufugere? — 10. hunc versum Gruterus e duobus MSS. restituit, praetermissum in ceteris, quod versus sequens eodem vocabulo *pone* incipit — 10. Euclio iubet *pone* huc ollam meam, Strobilus autem ludit eum, quasi aduerbio *pone* pro: a tergo, sensu obscoeno vsum — *datare* putant obscoeno sensu dictum, formula certe *datatim ludere vxorem* obcurrit — 11. Euclio autem austero vultu repetit *pone* quod abstulisti *auser cauillam* abstine a cauillatione — 15. *tertiam* manum nec serio potuit ostensam cupere, nec vero is erat, cui, hac praesertim in re, animus esset iocandi. Alteram opinor manum Strobilus vix ostensam illico abscondiderat, alteram Euclio adcuratius perscrutatus, priorem iterum ostensam vult,

Digitized by Google

miſello autem homini, curis diſtracto, cuius in animo obſcura verſabatur vtriusque manus exploratae recordatio, pro *alteram* excidit *tertiam* — 19. *Niue* etc. Euclio ſubplet, quod a ſeruo volebat additum: eum non modo quidquam ei non abſtuliſſe, ſed ne voluiſſe quidem auferre — *excutedum* particulis nonnullis et imperatiuis *dum* ſaepe otioſe adiicitur — 30. *perſcrutaui* perſcrutatus ſum — 32. *ſociennus ἀρχαικῶς* pro: ſocius.

IN ACTVS IV. SCENAM V.

3. *hic* in fano Fidei — 5. *foris crepuit* Euclio iam e fano exibit. In Graecia enim fores aedium aperiebantur, non introrſum trahendo, vt apud nos, ſed in viam pellendo, quare exituri praetereuntes adſtantesue crepitu monebant, vt ſibi cauerent, quod vocabant ψοφεῖν, intraturi autem fores pultabant, quod erat κόπτειν — Huic ſcenae Scioppius ſextum aliquem verſum e Nonio adſuit: *hinc ex obculto ſermones fatos ſublegam.*

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

2. *ſublinere alicui os* eſt decipere, fucum alicui facere, ridiculo aliquem habere. Saepius Plautus hac phraſi vtitur, Mil. 2. 5. 57. Merc. 2. 4. 17. Capt. 3. 4. 123. Epid. 3. 4. 55. — *illum coruum veniat* ad me venire, me monere *velim* — 6. *aliquid boni dicam* ſic ſolent auari gratias referre. Apud Ter. Heaut. 4. 1. 14. Chremes Syro: *non poſſum pati, quin tibi caput demulceam, adcede Syre, faciam tibi boni aliquid pro iſta re ac lubens* — *duim* dem *perduim* perdam. pabulum quidem daturus ei non eſt, quia id ipſe perderet — 8. *lucus* ſilua religione ſacra; alii *lacus*, cui lectioni fauet, quod additur: *crebro ſalicto obpletus* — *extra murum* in ſuburbio — 14. 15. hi verſus teſtantur, quam verae ſint laudes, quibus Strobilus Act. 4. ſc. 1. fidem ſuam effert.

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

Non male quidam hanc ſcenam faciunt actus quinti primam. Pauxillo enim temporis, quo haec viginti verſuum ſcena agebatur, vix fieri potuiſſe videtur, vt, non Strobilus ſolum praecurrendo, ſed ipſe Euclio inceſſu ſuo ſenili extra murum, in lucum Siluani, peruenirent, vt ſenex olla abſtruſa abiret Strobilusque effoſſam ollam, declinans quidem extra viam, in ſcenam adferret.

Digitized by Google

1. *iuxta mecum* non minus, quam ego ipse — 3. mentionem facere *de* filia 2. 2. 27. erat: conloqui de filia, poscere eam; h. l. mentionem facere *cum* aliquo, est: conuenire eum, conloqui cum eo. Sic etiam Cist. 1. 2. 15. quod saepe *mecum* mentionem fecerit; et Pers. 1. 3. 28. qua *de* re ego *tecum* mentionem feceram — 4. *Obsecraverat* Lyconides, vt mater celaret auunculum de vi, Phaedrae a se inlata, nunc *resecrat*, retractat, reuocat istam obsecrationem, et rem omnem Megadoro aperte cupit indicari, quo certius ille a Phaedra ducenda absterreatur. *Schulze*, quod duobus in codd. reperiatur *reobsecro*, explicat quidem *rursum obsecro*, hoc vero esset: iterum vt celes obsecro, id quod iuuenis nullo modo cupiebat — 6. *inpetratassere* inpetraturam esse — 10. Conloquutum oportet esse Lyconidem cum matre ante Euclionis aedes, quod puellae preces audire potest parturientis — *Iunonem Lucinam* a graeca muliere parturiente inuocari, nonnulli reprehendunt, quod *Iuno* ei inuocanda fuisset *Ilithyia*, sed a Romanis audientibus Plautus voluit intelligi — v. 14. *vt istuc* etc. quod nihil prorsus aliud, quam versus sequens dicit, sputius recte putatur — 20. *vbi de capite meo sunt comitia* vbi de salute mea inter matrem et auunculum agitur. Sic et Pseud. 4. 7. 137. *Pseudolus* mihi centuriata habuit capitis comitia.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

Seu IN ACTVS V. SCENAM II.

1. Nonius dicit, *Picos veteres esse voluerunt, quos Graeci γρύπας adpellant*, Herodotus v. c. γρύπας χρυσοφύλακας apud Arimaspos, gentem Scythicam. Putabantur enim Gryphes seu Gryphi in Hyperboreis aurum ex montibus effodere atque custodire. Verbum *supero* poscere *Picos;* Strobilus autem, quum inciperet *Pici*, alio erat verbo vsurus, animus vero insolenti ob aurum repertum laetitia a filo constructionis deflexus est, nisi forte legere malis *Pici diuitias supero.* Picos diuitiis supero: Picis ditior sum, homo sum omnium hominum ditissimus — 2. *reges* cet. persicos in primis — 3. *hominum mendicabula* quos reges mendicos puto prae me — 4. *ego sum rex Philippus* aeque diues ac rex Macedonicus *ille*, cuius numi aurei in vsu sunt — 6. *in arborem* arbore 4. 6. 12. dicebat inscendam in arborem — 8. *me duco de arbore*

Digitized by Google

deorsum descendo — 9. *ex eo loco* Gulielm. emendat *inde ex eo*. *Ilico*, in MSS. enim pro *ilico* seu *illico* scriptum saepe reperitur *eloco* — 10. igitur? *illico* statim *se recipere senem* redire video ad locum ollaq defossae.

IN ACTVS IV. SCENAM IX.
Seu IN ACTVS V. SCENAM III.

Euclio v. 1. ad 16. solus. Lyconides versu demum 17. Megadori ex aedibus prodit, et Euclione agnito, adeatne eum an fugiat, suae sibi culpae conscius haesitat.

Furibundus Euclio in scenam prosilit, manus tendens supinas clamitansque 1. *perii* etc. — dubius, quo se vertat: *quo curram* etc.? — Conuersus, porrigens brachia illorsum, vbi nemo erat, clamat *tene, tene!* furem; mox vero se conrigit *quem furem? quis* ille est? seu potius, quis eum teneat? nescio; *nihil video* locus est vacuus ab hominibus, in quem *caecus* me verti — 3. quid vero hoc mirum, ipse apud me non sum! — 4. 5. repente conuersus ad spectatores *obsecro vos ego* etc. — 6. vniuersos primum adloquitur homines elegantiores, qui scenae sedebant proximi, qui *vestitu et creta* vestitu cretato, mundiori, quod vero non addit, *splendent* sed *obcultant sese* quales sint; carpit forsan tenuiores istos, qui *sedere volebant, quasi sint frugi* vestitu mundiori in re esse lauta et bene aucta volebant putari — 7. *quid ais tu?* vnum e multis elegantibus spectatoribus seligit, qui ipsi furem indicet — 8. hunc vnum laudauerat quidem *esse bonum, e vultu cognosco*, at deridendum tamen ceteris praebuerat omnibus, quare, vt oculis ab vno eo deiectis lustrent ceteros, addit *quid ridetis, noui omnes, scio fures esse hic complures* quo, quantos cachinnos commouerit, cogitari facile potest — 9. eiulare pergit, *hem! nemo habet* aurum meum *horum* ex his spectatoribus? *obcidisti* me, furem non indicando — *quis* igitur alius aurum meum *habet*? — 10. *pessime* cum summo malo meo *eo* auro *ornatus* locupletatus sum, id inueni — 11. *gemiti ἀρχικῶς* pro *gemitus* — 14. 15. *egomet me defraudaui* etc. non inpetrare a me potui, vt, auro isto vsus, genio indulgerem meo, seu: vt genio meo bona facerem Pers. 2. 3. 11. — 15. *laetificantur* multa eius formae verba apud Cic. Plaut. Ter. reperiuntur, vt magnificare, pacificare, turpificare — 16. *pati nequeo* hoc intolerabile mihi ad dolorem est — Ver-

Digitized by Google

ſus quatuor huius ſcenae vltimos quidam ſequenti iun-gunt ſcenae, ſed ſecum eos Lyconides loquitur, ab Eu-clione nondum viſus, dubius, maneatne an fugiat — 17. *eiulans* Cic. Tuſc. 2. 7. *ingemiſcere nonnumquam viro conceſſum eſt, eiulare ne mulieri quidem.* Hor. Epod. 10. 17. *eiulationem* vocat *non virilem* Capt. 2. 1. 7. *eiulatione haud opus eſt.* — Euclio, dum Lyconides haec ſecum loquitur, mutus quidem eſt, ſed e plangore hominis ſordidi ineptaque eiulatione fructum ſpectatores oculis ſuis capiunt.

IN ACTVS IV. SCENAM X.

Seu IN ACTVS V. SCENAM IV.

Verſibus 28 prioribus, quum Euclio Lyconidesque alius aliud cum animo cogitaret ſuo, vnam ille ollam ſibi ſub-reptam, Phaedram hic vnam a ſe compreſſam, hic, quod non fecit, fateri videtur, ille, quod factum neſcit, ad-cuſare. A verſu demum 29 ſuum vterque errorem per-ſentiſcere incipit.

1. vulgo: LYC. *ego ſum.* Meurſius vero, quod in edd. nonnullis reperit: *ego ſum miſer,* recipiendum putauit. Cui licet Gruterus MSS. et vett. edd. auctoritatem obpo-ſuerit, non poſſum tamen, quin adſtipuler. Homini, cui minus notus ſis, roganti: quis hic loquitur? inepte re-ſponderes: *ego ſum!* haec enim reſponſio plane nulla eſt. Sed hoc non vrgebo. Maioris autem momenti eſt, quod Euclionis e conrectione: *immo ego ſum miſer!* adparere Meurſius contendit, Lyc. dixiſſe: ego ſum *miſer!* alterum *miſer* facile a librario neglectum eſſe poteſt. Lycon. vero, *miſerum* ſe profitendo, et, quam ſe facti poeniteret, de-clarare coepit, et animum Euclionis ignoſcentiorem vo-luit reddere — 2. *cui tanta mala moeſtitudoque obtigit* cui tantum auri ſubreptum eſt — *animo bono es* ego enim filiam tuam, a me vitiatam, vxorem ducam — et ſic errare pergunt, vt dixi — 5. *quid ego emerui mali* quid mali commiſi in te — 7. *deus* aliquis *impulſor mihi fuit.* Sic apud Ter. Eun. 5. 2. 36. ſimili in re Chaerea: *quid ſi hoc voluit quispiam deus?* — 10. *vt, quod tuum non eſſet, tangeres* Euclio ollam intelligit, Lyc. Phaedram, *tangere* enim et fures dicuntur; *tetigi ne tui quidquam?* Ter. Adelph. 2. 1. 24. et ſtupratores: *matronam nullam ego tango* Hor. Satyr. 1. 2. 54. et haec ipſa in ſcena v. 25. —

Digitized by Google

13. *vt apud te me in neruo enicem* si ita dixit, sensus est: vt ad suspendium a te adigar. Pistoris vero et Meursius legendum putant: *vt apud me te in neruo enicem* addictum scilicet te condemnatumque ob furtum auri — *meam tactio* vide notam ad 3. 2. 9. — 18. *luce claro* masc. v. Cist. 2. 1. 49. — 20. *nimis vile* esset pretium vini, si ebrio quorumuis facinorum licentiam daret atque impunitatem — 23. *non mihi* etc. Ita apud Ter. Adelph. 2. 1. 8. *tu quod tè posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam esse, huius non faciam* (hoc *huius* cum crepitu digitorum expressum alioue gestu, quantum illud contemneret, indicante) — 25. *haud cunctificor* non recuso, non causas quaeram, cur filiam tuam vxorem non ducam. Euclio vero, ollam suam intelligens, non potest nouitate inpudentiae istiusmodi non stupere — 31. *ita te amabit Iupiter vt tu nescis* praescribit iuueni, vt iuret: *ita me amet Iupiter, vt nescio* vid. v. 46. — 45. *quiqui* quicumque — 53. pro *repudium renuntiare iussit* infra v. 69. est *repudium remisit*, h. l. ante nuptias sponsae — 57. *bene dice ἐυφημεῖ* ne male Megadoro precere, sed inquito potius: quae res mihi et gnatae bene vortat — Prinsquam *se* peccasse fateatur, eum, qui peccarit, non indignum esse dicit, cui ignoscatur, nam 60. *qui homo* etc. ego, qui culpam in me admisi *nullus* nullo modo *est tam parui pretii* adeo dissolutus et nequam sum — 61. *quin pudeat* me, *quin purgem* me — 62. *inprudens* quid h. l. sit, apud Ter. Eun. 5. 2. 38. Chaerea explicatius dicit: *vnum hoc scito, contumeliae non me feciſſe causa, sed amoris* — 63. *leges iubent* qui ciuem atticam vitiauerit, eam aut ducere, aut certe dotare — 65. *Cereris vigiliis* vid. Prol. v. 36. — 68. *numerum cape* subputa tempus a θεσμοφοριοις — 73. *in vado salutis* in salute explorata. sic Ter. Andr. 5. 2. 4. *omnis res est iam in vado* nihil, quod difficultatem adfert, supersit.

IN ACTVS V. SCENAM I.
Seu IN ACTVS V. SCENAM V.

1. *me donatis gaudiis* Acidalius mauult *med oneratis*, quod apud Plautum legitur *onerare laetitia, hilaritudine, voluptatibus:* sed et Tibullus habet *donare salute*, et Statius *donare honoribus* — 2. *quadrilibrem* quatuor libras pendentem, quod aurum efficeret hodie 280 Guliehmos

Digitized by Google

aureos — post *quis* abundat *quisquam*, non tamen probandam puto coniecturam *vsquam* — 4. vsitatius dixisset *mihi* audire *visus sum*, quod elliptice sumendum esset pro: *mihi* visus sum, *me* audire, sed h. l. Plautus casum *τῷ audire* debitum praeoptauit casui *τοῦ visus sum* — 6. Strobilo congrediente, et ipse *contollit gradum* obuiam venienti it, quo citius conloqui cum eo possit — 7. *eampse* eam ipsam. — 8. 9. Inpetrasse interdum videntur serui, vt certum heri statuerent pretium, quo soluto manu eos mitterent. Hac forsan fiducia Strobilus ad spem libertatis audebat adspirare. Sed docendus erat Lyconides, vnde Strobilus pretio isti repente esset soluendo. Quare: *quin ego illi* etc. — 10. *quod pueri clamant in faba se reperisse* rem nihili, vermiculum — 11. *at scio quomodo* est formula minantis, Plauto crebra, h. l. Lyconides Euclionis e narratione certus, non nugas Strobilum garriuisse, et promissi memor Euclioni dati, cui standum eo magis erat, quod adfinitate se cum Euclione erat deuincturus, minatur, se Strobilum esse coacturum, vt Euclioni aurum reddat subreptum. formulam *at scin quomodo* vid. Amph. 1. 1. 200. Aul. 1. 1. 8. praeterea Poen. 1. 2. 162. iocose quidem adhibita est, at puellae tamen abire iubenti minatur suauium, Rud. 3. 5. 18. vero pro *at* est *sed scin quomodo* et minatur verbera.

COMMENTARIVS IN PLAVTI CAPTIVOS.

IN PROLOGVM.

1. *Hos quos* vsitatius *hi, quos*. Sic Virg. *vrbem quam statuo, vestra est* pro *vrbs* — nec v. 2. *qui stant, hi stant, non sedent*, nec v. 3. *vos testes estis, me verum loqui* visus tantummodo commouendi causa scriptos puto, si auditores, aliud exspectantes, sua se spe delusos audirent, testesque citarentur rei, quae testibus non egeret; sed certos poeta aetatis suae viros nobiles perstringere videtur,

Digitized by Google

quorum ſtultitia vel publice explicabat, quod in aprico erat, vel comprobatum ibat, quod nemini erat dubium. Sic ante non ita multos annos Satyricum quemdam anglicum, oratorem perſtringere memini, qui in ſenatu britannico *de vtilitate nauium ad nauigationem* verba feciſſet. Quo maius rei pondus addat, repetit Vos: *Vos, vos* inquam *mihi* teſtes eſtis. Similis huic loco videtur certe locus Stich. 1. 2. 63: *e multis malis malum, quod minimum eſt, id minimum eſt malum.* Pinacium autem ibi nec iocari vult, nec perſtringere quemquam, ſed patri conſulenti: virginemne an viduam vxorem ducat? nouas nuptias omnino diſſuadere cupit: tibi quidem, ſeni, vel optima mulier erit malum. vid. not. ad Curc. 4. 4. 1. — 4. *huius* Tyndari — 5. ſeruit *ſuo ſibi* patri. vide de hac, ſi deo placet, elegantia, notam ad Amph. 1. 1. 113. — 8. *ſurpuit* ſubripuit — 9. *in Alide* pro *Elide* regione Peloponneſi — 10. *huiusce δειπτικῶς* Philocratis — *iam hoc tenetis?* num ſatis clara voce dixi, vt intelligere poſſetis? — fingit, proximos ſpectatores quosdam hoc adfirmaſſe, quare: *optimum eſt*, gaudeo — *ille* neſcio quis, qui loquenti mihi obſtrepit, *vltimus* ex vltima cauea *negat* (obſtrependo) ſe audire verba mea potuiſſe, *adcedito* igitur propius — 12. *vbi ſedeas* propius — *eſt vbi ambules* locus eſt adcedendi, ſeu abeundi — 13. *hiſt. cogis mendicari* vt, ſi ſpectatoribus ſatisfacere nequeam, artem delinere et mendicari cogar. Palmer. ingenioſe quidem pro *mendicari* legi vult: *mendice*, *raui* ſeu *rauere*. Quem hominem v. 15. ab *ope ſua cenſis* discernit, ille capite cenſus eſt, quem adpellare poterat *mendice*. *Rauere* autem, aut *raui* eſt rauceſcere, ad rauim clamare. Poen. 3. 5. 33. legitur: negando *rauio* — 14. *tua cauſa* vt tu in extrema cauea me audias, ſeu: vt obſtrepentem te clamando vincam — *non ruptûrus ſum* non ita clamabo, vt illa rumpantur — 15. *qui poteſtis ope veſtra cenſeri* quorum opes cenſui cenſendo ſunt, qui in re eſtis lautiori — 16. *reliquum* reliquam argumenti partem — *nihil moror* nolo *alieno vti* aere; nolo, quod debeo, non ſoluiſſe. Sic Ciſt. 1. 3. 40 ſqq. Prologus dicit: *nunc, quod reliquum reſtat, volo perſoluere, vt expungatur nomen, ne quid debeam* — 17. *huius* Philocratis *patri* Theodromedi — 18. *dominum* Hegionis, domini ſui, filium, Paegnium, quadrimum — 19. *hic* Theodromedes — 20. *peculiarem* ſeruum, vicarium, qui filio ſerviret vni — 22. *quaſi pilas homines*

Digitized by Google

habent Lares Penatesque pingebantur cum pilis, quod rebus humanis, quasi pila, luderent. Fors omnia versat Virg. Ecl. 9. v. 5. — 24. *Aliis* Eleis — 25. *alter* filius maior, Philopolemus — 27. *hic* Hegio — 31. *equitem Aleum* Philocratem — 34. *hosce ambos* Philocratem eiusque seruum Tyndarum — 39. *fert imaginiem* seruus dominum se profitetur. — 45. Sic apud Ter. Heç. 5. 4. 39 sqq. Parmeno: *equidem plus hodie boni feci inprudens, quam sciens ante hunc diem vmquam* — 50. *suo sibi* serv. patri vid. supra v. 5. sed v. 46. *sibi* non abundat: *confinxit sibi dolum, sua fallacia* — 52. *nobis* nos agemus, tamquam rem vere gestam, quod *vobis* erit fabula — 55. *pertractate* argumentum non est a multis iam tractatum, lasciuum obscoenumque — 61. *choragio* adparatu, simulacra belli tragici sunt choragii, non comici — 65 sqq. pugnae videndae cupidus ipse eam ineat, et, cum validiore congressus, postea eas spectare oderit! — 67. 68. In iudicanda hac fabula iustitiam praebete non minorem, quam vestrâ est in bellis fortitudo. *belli* aduerbialiter, vt Truc. 2. 6. 2.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. *mihi.* Turnebus ex hoc loco atque e Truc. 3. 2. 10 sqq. patere putat, parasitos plerumque adpellatos esse *scorta;* Gronovius vero hoc nomen non magis, quam Men. 2. 3. 40. nomen *Peniculi*, parasitis commune fuisse docet, sed singulis ea, vt aliis forsan parasitis ignominiosa nomina alia, fuisse indita — 2. *inuocatus* non inuitatus — 3. *derisores* parasitos alios. Sic et apud Horat. *derisor* est parasitus, Epist. 1. 18. 10. *imi derisor lecti sic nutum diuitis horret*, et ad Pisones v. 433. *derisor plus laudatore* (eo, qui ex animo laudat) mouetur. Alios Ergasilus parasitos *hoc*, quod scortum vocetur, *absurde dictum* scit dicere — 4. ipse *recte*, apte congruenterque se ita vocari ait. — 4 ad 8. Ludit in ambiguo τοῦ *inuocatus* sensu, quae adpellatio quod sibi cum scortis sit communis, recte se scortum dici posse iocatur — 5. in talis iaciendis amator scortum *inuocat;* Curc. 2. 3. 77. *inuocat Planesium;* Asin. 5. 2. 55. *Te Philenium mihi* (v. 60. vxor subplet *inuocasti*) — 6. ergo, dicit, scortum *planissime* diserte, est *inuocatum* — 7. in nos vero parasitos *planius*, magis adhuc proprie, conuenit nomen *inuocatorum*, qui coenas obimus *non vocati.* Ter. Eun. 5. 8. 28 sqq.: vt tua mihi domus pateat,

Digitized by Google

inuocato vt sit locus semper — 9. vid. Pers. 1. 2. 6. — 10. *res prolatae*, negotia si quiescant, differantur, institio indicto, feriis, h. l. si absint apud quos coenitare possim — 11. dentes nostri feriantur — 12. quum *caletur* (dictum vt *statur*) quum solis ardor eas vrget — 13. *suo sibi* suco viuunt. vid. not. ad Amph. 1. 1. 113. — 15. *miseri victitant succ suo* tristi domicoenio adfecti esuriunt — 16. *rurant* Gulielm. explicat: opus rure faciunt; seu diuites, quos parasiti consectantur, non operis faciundi causa rus ire solent. Adcedo igitur ad eos, qui explicant *rusticantur* sui recreandorum causa ruri aliquamdiu degunt — *quos* quorum epulas *ligurium* — 17. venatici canes, macri, quibus deducitur cibus, ne pinguedo pernicitati obficiat — 18. *quando res redierunt* feriis exactis, h. l. quando rex noster in vrbem redierit — *molossici* canes fumus, voracissimi — 19. *odiosici* et *incommodisici* voces comice formatae, pro odiosi, incommodi: non curamus, quam odiosa et incommoda (domesticis) edacitas nostra sit. — 21. Contumeliis parasitos adsuescieri oportebat, cum hilaritate ferendis. Ollae, verbi causae, in caput non opinantium confringebantur, repletae cinere, quo per totum corpus effuso regi conuiuisque eius risum darent effusissimum. Quare hoc loco *frangi aulas in caput*. Curc. Act. 3. v. 24 ad 28. vnoculus Curculio alterum oculum catapulta sibi ictum dicit, cui quum Lyco respondisset: *quid mea, an aula quassa cum cinere effossus siet*, fatetur Curc. *vera praedicat, nam illaec catapultae ad me crebro commeant*. Pers. 1. 2. 8. parasitus maioribus suis, iisdem parasitis, cognomentum fuisse dicit *duris Capitonibus*, i. e. qui aulas paterentur frangi sibi in caput — 22. *porta trigemina* Romae dicebatur, per quam Horatii ad pugnam cum Curiatiis erant profecti — *ad saccum* ante dictam portam locus erat, *sacculus* dictus, vbi pauperes sedebant, stipem mendicantes — 24. *rex* qui me parasitum alit — *potitus est* passiue, cum genit. *hostium* captus est ab hostibus, vt Amph. 1. 1. 23. *potiuit*, actiue — 26. vt Amph. Prol. 97. *haec vrbs est Thebae*, sic hic *Aetolia haec est* hanc fabulam animo concipite agi in Aetolia — 25. *cum Aliis* Eleis — 26. *in Alide* Elide.

IN ACTVS I. SCENAM II.

2. *Here* pro *heri* saepe — *de praeda de quaestoribus* vt Prol. 34. praeda a quaestoribus vendebatur, qui e pe-

Digitized by Google

cunia inde coacta tres aequas partes, aerario, duci, militibus tribuebant — 3. *catenas singularias* minoris ponderis, obponuntur enim maioribus — 9. *satis est* occasionem fugiendi dedisse *semel*, *post illam* vnam occasionem, quam non praetermiserint, *numquam possis prendere* eos — 11. *non videre ita tu quidem* tibi, si liber esse malles, cura esset peculii, Virg. Ecl. 1. v. 33. quo redimeres te — 12. ludit in verbo *dare*. *quod dem* argentum, *dare se in pedes* in fugam, fugere — 13. *si dederis* te in pedes, fugae, *erit extemplo mihi quod dem tibi* malum — 14. *vt praedicas* quo exemplo v. 7. vsus es — 15. vt anea *caŭea*, sic te ego coercebo compedibus — 17. *quod* dixerat Ergasilus sc. 1. v. 32. 33. *cupio* vt inueniat Hegio captivum, quocum mutare filium possit — 19 ad 22. apud Ter. Eun. 2. 2. 15. *isti generi* parasitorum, qui (v. 13.) ridiculi esse sustinebant, et plagas pati, *olim fuit quaestus apud saeculum prius*. Sic Ergas. v. 19. *nulla iuuentutis spes* a iuuenibus, quales nunc sunt, nullus parasitis fructus est sperandus. *sese omnes amant* quod in parasitos esset impendendum, ipsi malunt frui — 20. *antiquis moribus* Philopolemus adhuc vnus aliquis est, qui nos fouet — 21. *gratiis* sine fructu meo — 26. *facere quaestum carcerarium* mangonem esse factum, venaliciariam exercere — 29. *carnificinam facere* quaestum obcipere hominibus excarnificandis — 33. domicoenio laboro — 39. 40. sententia verissima, apud sacros aeque Prouerb. c. 20. v. 14. ac profanos graecos latinosque scriptores obuia — 41. *pot. hostium* v. 1. 1. 24. — 43. 44. quod tibi dolet alieno, quanti ego pendam pater — 50. in summo dolore suo indulget tamen Hegio adsuetudini, cum parasito iocandi: *exercitus* tuus *edendi* epulae, cibi delicati, cupedia, *remissus* dimissus *est* filio meo te nunc in conuiuia non adhibente. — 51. 52. *Nullumne* alium *interea* dum filius abest, *nactus* qui 52. *remissum exercitum imperare* cogere, parare *tibi posset* apud quem coenare possis — 52. pro vulgari *quem dixti* Gruterus, Gronouius aliique legendum esse viderunt *quem duxti*. Non enim Ergasilus *suum*, sed Hegio *eius* exercitum remissum esse dixerat. Hegio vero, qua coepit, allegoria pergit, *quem exercitum duxti*, cuius dux fuisti — 53. *prouinciam* mei alendi — 56. *multigeneribus* multorum generum, variis — 57. *primum dum* vt eho*dum* age*dum* etc. — 57 ad 61. Hegio, quod *militibus* dixerat pro *esculentis*, seu iis, qui escu-

Digitized by Google

lenta praebent, populorum deinde quorumdam nomina ad esculenta per iocum transfert. *Pistorium* oppidum Hetruriae: *Pistorienſium* autem nomine adludit ad *piſtores*. Eorum autem ſunt genera quaedam, et *coquos* etiam hoc nomen complectitur. *Pana* oppidulum Samnii, *Placentia* nobilis Galliae cispadanae ad Padum vrbs, vnde *Panici* qui panem, *Placentini*, qui placentas conficiunt. *Turdetani* populus Hiſpaniae, h. l. qui turdos vendunt; *Ficedulae*, vicus Romanus, *Ficedulenſes* hic venditores ficedularum; *Maritimi* piſcatores, cetarii — 62. 63. *vt ſaepe* etc. Hunc locum in animo habuiſſe videtur Horatius, Sat. 2. 8. 73 ſq. *conuiuatoris, vti ducis ingenium res aduerſae nudare ſolent, celare ſecundae* — 65. *reconciliaſſere* reconciliaturum eſſe, reducem facturum — 66. *Alium* Eleum — 70. *quod ſciam* niſi forte domi meae fuiſſe audiam, qui me vocaret — 71. *quid tu id quaeris* num tu forſan vocaturus me es? — *natalis* lautiorem iubet coenam exſpectare — 72. dicere poterat Hegio *voco te* ſeu *te vocatum volo*, dicit vero *te vocari volo* quod eſt *te vocari iubebo* — 73. Ergaſ. igitur *facete dicum* iocaris, in me quidem vocando non multum operae ſumendum eſt, quaſi dubium ſit, quin vocatus veniam — Hegio vero 73. 74. cauſam adfert, cur dubium eſſe poſſit: *ſi pauxillum potes contentus eſſe* non larga erit coena mea *ſi* neſcio an *pauxillum potes eſſe* (edere), *contentus* ita vt contentus ſis — *nae perpauxillum modo*, pro *nae* cum Lambino lego *ne*, quod ſenſus poſcit: *ne modo* ſeu *dummodo ne perpauxillum* adponas — 75. *nam iſtoc* perpauxillo *victu adſiduo* quouis die *delecto me* ironice, domicoenio laborans — 76. Hegio pro *age ſis*, *voco* dicit age ſis *rogo*. Recte enim pro vulgari *roga* Salmaſius reposuit *rogo*, quod ſenſus poſtulat, cuique emendationi Gronovius etiam libentem ſe ſubſcribere dicit. Quod vero minus vſitate dixerat *rogo* te ad coenam, Ergaſilus ſtatim argutiam captat in verbo *rogo*. *Emtum*, quod Acidalius in *emin tu* mutauerat, Lambinus recte reſtituit. In auctionibus nempe emtor *rogabat* venditorem: addicatne ei rem pro eo, quod licitus eſſet, pretio? quod ſi erat, venditor reſpondebat *emtum* tibi eſt, *niſi quis meliorem conditionem* maius pretium *adferat* etc. Sic Epid. 3. 4. 35. rogat emtor: *eſtne emta mihi haec?* cui reſpondetur: *iſtis legibus habeas licet*. Senſus igitur loci noſtri eſt: Hegio *rogat*, an ſuus hodie Ergaſilus eſſe velit? cui hic reſpon-

Digitized by Google

det: *emtum*, ero tuus, veniam ad coenam tuam, *nisi quis meliorem adferet* ad lautiorem coenam me vocauerit — 78. ridens Ergas. addit: *quasi fundum me vendam, me addicam* conuiuam fore promittam *meis legibus* nisi lautius ab alio quo adcipiar — 79. Hegio porro iocatur, *non fundum vendis*, sed *profundum* ventrem, qui expleri nequit — 80. *tempori* mature veni — 81. *venare leporem* quaere conuiuium delicatius, *nunc* ad quam coenam ego te vocaui, *erim* erinaceum, coenam viliſſimam *tenes* — 82. *victus meus* quod hodie coenabo *ſcrupoſam commeat viam* ſcrupoſo loco ſeu naſcitur, ſeu paſcitur; olus igitur, aut animal eſſe poteſt — 83. 84. non deterrebis me, quin veniam, fretus dentibus, qui coenanti officium praeſtabunt, quod calcei per ſcrupos eunti — 85 ſqq. non quidem eſitabo ſentes, at tamen terra nata, in iis multa olera; quare Ergaſilus iocans: aegrotis eius coenam fore ſaluberrimam — 89. *ſubducam ratiunculam* computabo Curc. 3. v. 1.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *aerumnam* ſeruitutem *exſequi* perferre — 2. ſic Hor. 1. od. 24. *durum! ſed leuius ſit patientia, quidquid corrigere eſt nefas* — 4. *morigerari ſeruituti* idem, quod v. 2. *aequo animo eam pati* — *mos bonus* decens et vtile vobis erit — 5. *eamque* in *herili imperio ingeniis veſtris* vobis morigeris *lenem reddere* — 6. *indigna* quae videantur *digna habenda ſunt* aequo animo ferenda — 7. *eiulatione* v. Aul. 4. 9. 17. — *oculis multam miſeriam additis* coniectura eſt Camerarii, ante quem edd. habebant: *multa oculis multa miſera editis* et editio prima *multa oculis multa mira dicis*. Codd. mire variant: pro *editis* alii *cudis*, *cuditis*, *accuditis*, quidam *multa oculis multa miraclitis*, quod Pareus ita mutatum textui intulit: *multas* (punis) *oculos multa Heraclitei* (ſemper flentis). Gronovius *multam* (poenam) *oculis modo inrogatis*. Senſum eſſe adparet: lacrumando vobis nullum fructum, oculis vero certum adferetis damnum. Quae vero lectio coniecturae ad veritatem proxime adcedat, diuinare quidem non auſim, ſed Parei tamen coniecturam non diffiteor Plautino mihi non indignam videri ingenio — 13. *officium* vt vinculis grati animi nos patiamur retineri — 14. *fugam fingitis* meditamini — 16. *non dehortor* vobis non putarem, vitio eſſe vertendum — 17. *ſine his arbitris* explicant: captiuis aliis; falſo. Namque e ſcena 1. v. 4, cuſtodes

Digitized by Google

adparat esse intelligendos, et ex scena 3. v. 98. reliquos, quos Hegio emerat, captiuos esse adhuc apud eius fratrem. — 19. *abscedite* vos duo captiui — *nos* lorarii — *incipesso* i. q. incipio — 20. *istuc* vt breuis oratio sit — *abite ab istis* vos serui, custodiae causa additi — *obnoxii vob.* beneficio a vobis deuincti — 21. 22. *quum quae volumus copia est, ea* vos quidem *facitis nos compotes* — 24. *arbitrari* Aul. 4. 1. 21. erat speculari, h. l. *dicta* sermonem nostrum captare — *arbitri* quicumque adsunt — 25. *palam* abesse quidem posset, non vero delendum ideo est, sed explicandum *ad praesentes* per eosque ad herum — 26. *nisi* eos *astu* cautissime *colas* oculas. Forsan ex *astu oculas* lectio *astu colas* orta est. — 28. *es tu* esse adsimilas — 29. *viso, cauto opus est* nos adtentos prouidosque oportet esse — *sobrie νηφαλέως* considerate — 33. *carum caput* Graecis *φίλη κεφαλή* — 34. *caput suum obferre vilitati pro aliquo* pro salute alicuius praesentissimum capitis adire periculum, seu, suam ipsius salutem habere vilem — 36 ad 38. Callimach. *πρίν τι λαβεῖν, φιλέουσι· ἀτὰρ στυγέουσι λαβόντες. dum, quod volunt, inpetrant* inpetrare conantur, *nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt* Catull. *sed vbi* etc. *dicta nihil metuere, nihil periuria curant* idem in Epith. Pel. — 39. Tyndarus addit: hero quidem suo se nullo modo diffidere — 40. idem Tynd. ne, quae v. 36 ad 38 dixerat, Philocr. in malam partem adcipiat, pergit: se, quod ei suaserit (de ingrato plerorumque hominum animo dixerit) idem vel ipsi suasurum fuisse patri suo, si is nunc Philocratis loco esset — 41. 42. Phil. gratum Tyndaro pollicetur animum, *si audeam* eo loco quo sumus *te ego patrem nominem* nam, quod beneficium in me es conlocaturus, tantum est, vt, secundum patrem, nemini me, quam tibi, plus debere fatear — 47. *quod imperitabam pro iure* vt mihi pro seruitio debitum, *id orabo per precem* vt non debitum, vt seruus ab hero precari solet — 48. 49. hoc vtroque versu *per* ponitur, quo sensu in obsecratione poni solet: respectu habito fortunae etc. — 51. 53. *memoriter meminisse* ne per errorem in conloquendo labaris.

IN ACTVS II. SCENAM II.

A versu 1 ad 42. Hegio cum Philocrate, quem Tyndarum esse putat, seorsum quidem a versu 13. loquitur, sed tam parum tamen caute, vt verus Tyndarus, non procul

Digitized by Google

adſtans, omnia audiat, quod ex iis, quae ſecum aliquoties loquitur, adparet. A verſu autem 43 loquitur Hegio cum Tyndaro, quem Philocratem eſſe perſuaderi ſibi paſſus eſt. Philocrates et Tyndarus, vterque, quam perſonam ſuscepit, egregie tuetur, ille interdum et conſuetas ſeruorum argutias, hic gratitatem hero dignam, ſcite imitando.

1. exiens domo iis Hegio dicit, qui intus ſunt — 2. rogat lorarios, ſed 3. alter eorum, quos ſibi oſtendi voluerat, ipſe ſtatim reſpondet — 3. *ne quaeſtioni eſſemus*, ſeu, vt alii legunt *ne in quaeſtione eſſemus* eſt: ne quaerendi eſſemus. Sic Ciſt. 2. 3. 49. *ne in quaeſtione mihi ſit, ſi quid eum velim* — 4. *circummoeniti* pro circummuniti — 5. *vix cauet* vitare poteſt *qium cauet* quod vel maxima cura vitatum cupit. Neſcit Hegio, idem ſibi, hac ipſa in re, adcidere. Si, quod Act. 2. ſc. 3. v. 98 ſq. facturum ſe dicit, non feciſſet ſero, non reperiſſet Act. 3. ſc. 4. ſe eſſe deceptum — 12. *non ſoli ignaui fuimus* capi maluimus, quam pro patria mori — 15. *neſcium tradam tibi* me neſcire, fatebor — 16 ad 20. allegoria vtitur, a tonſoribus ducta. ſenſus: in eo Philocrates eſt, vt Hegionem decipiat — 16. *cultros adtinet* nouaculam ei tondendo admouet, fraudem incipit nectere — 17. *inuolucre σιμόλινον*, linteum, quod tonſores praeligant tondendis, quo veſtes minus inquinentur: ne per ambages quidem ſenem it deceptum — 18. tondebantur Graeci ſiue *ſtrictim*, quod erat ἐν χρῷ κείρειν, ad cutem tonderé, ſiue *per pectinem* antiquo more perſico, pectine interpoſito paullo longius a cute. Prius tonſurae genus vocabatur σκάφιον, poſterius ξῆρος. Senſus: magiſpe an minus ſeni parſurus, minori maioriue pretio filium eius redemturus ſit — 19. *admutilabit* ad cutem tondebit *probe* vt veſtigia cultri in cute relinquat. Sic Mil. 3. 1. 170. *admutiletur miles vsque caeſariatus* (quamuis bene capillatus) probe decipiatur. Perſ. 5. 2. 48. *qui me vsque admutilaſti ad cutem.* Tyndarusne igitur ſerui indolem induiſſe vituperetur peſſimi, qui heri dolore gaudeat? At, cuius heri? eius, qui pridie factus eſt, in negotio cum eo hero, quocum a puero vixerat. cf. 3. 5. 59 ſqq. — 24. Vtrumque vſitatum eſt, *Thalem* et *Thaletem*, etiam *Thalen* — qui, licet vnus fuerit e ſeptem, quos vocant, Graeciae ſapientibus, heri tamen mei ſapientia longe ſuperatur — 26. *orationem ad ſeruitutem contulit* ita loquutus eſt, vt ſeruum callidum oportuit, qui, hero audiente, non negaret quidem, liber-

Digitized by Google

tatem ſeruitute eſſe optabiliorem, at eam tamen, quam ipſe ſeruitutem ſeruiret, libertate praedicet non multo eſſe deteriorem — 27. *Polypluſio* genere, πολυπλούσιος quidem eſt *valde diues* ſed hoc vocabulum vt nomen gentis Philocrates vſurpaſſe, et Hegio intellexiſſe videtur, qui verſu demum 31 de diuitiis quaerit — 31. 32. *Senex* iungunt quidam cum interrogatione Hegionis: *ſenex quid pater?* quia rogaſſet Hegio de diuitiis ipſius, non de paternis; ſed iungendum eſt cum *excoquat;* Hegio enim, audita demum voce *ſenex*, an pater adhuc viuat, quaerere admonetur — *excoquat ſebum* vulgo explicant: diuitias Philocratis paternas fuiſſe in re pecuaria. Non recte arbitror. Dicere vult Pſeudotyndarus: diuitias Philocratis eſſe maximas; quod vero Hegio interrogarat: ſuntne *opimae?* quod proprie eſſet *pingues*, argutatur Philocrates: adeo pingues, *vnde ſebum excoquat ſenex.* Sic ſeruum ſe adſimilabat, argutias ſeruorum more captans — 33. Et hoc ſeruiliter iocatur. Si e viuis diſceſſiſſet, in Orcum eſſet delatus — 35. *Theſaurochryſonicochryſides* nomen mire compoſitum, quod inditum dicit, non ob diuitias ſolum, ſed ob auaritiam etiam audaciamque. Vt ſenſus hic poſſet extorqueri, alii aliter hoc nomen putarunt immutandum, Camerarius: *Theſaurochryſonychochryſides*, Heraldus: *Theſaurocrypſonichochryſides.* Compoſitum videtur ex *Theſaurus* duobusque, quibus aurum inerat, nominibus, *Chryſonicus* et *Chryſides* — *audaciam* explicant auiditatem, qua audacter in alienum inuadit — 39. *pertinax* valde tenax — 41. *Samiis*, quum alii, paullo locupletiores, in ſacris vterentur vaſis argenteis — 44. Hegio Tyndarum adloquitur *Philocrates*, quod poſt nomen igitur ponendum eſt comma. *hic* eſt verus Philocrates, quem Tyndarum eſſe putat — 51. *aequum cenſeo iſtunc* Tyndarum, *non me potius metuere* qui dominus eius fui, *quam te* qui nunc dominus eius es — 53. *dicto haud audebat* me laedere, quamdiu dominus eius eram, *nunc* quum dominus eius eſſe deſii, *licet* ei, *facto* me laedere, prodendo diuitias patris mei — 54. Pſeud. 2. 3. 12. *Centum doctorum hominum conſilia ſola deuincit dea fortuna — arctat* inminuit — 59. *ipſe non vis*, ſi *non vult*, parum Tyndarus monendo proficiet. Pro *non vis* coniicio *noris:* niſi forte me monitore non fuit opus, ſi ipſi tibi in mentem eius rei venerit — 60 ad 66. haec Tyndarus monendo effectum it, vt iuſta ſibi et clemens

Digitized by Google

apud Hegionem ſeruitus ſit, donec Philocrates redierit — 70. *ne auariorem* ne ob diuitias patris mei redemtionis pretium ſtatuas nimium — 76. *ſcio ego* quidem *multos iam lucrum laculentos homines reddidit* ad maiorem dignitatem lucrum euexit — 77. *eſt etiam* rerum conditio interdum poteſt eſſe talis etc. Sic Ter. Adelph. 2. 2. 8. *pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum* — 78. Rittershuſius de lucro tantum iniuſto vult intelligi, cuius a ſtudio auocat Heſiodus: μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτῃσι. ſed lucri ſtudium, licet non iniuſtum, quam facile obcaecatos perdere poſſit, neminem latet — 81. *praeterea vnum numum* compenſabimus pretium a me pro te, et a te pro filio meo ſolutum — 82. *hunc* ſeruum tuum auctarium adiiciam — 84. ſeruitutem ſeruit *priuatam* homini alicui priuato, *publicam* quem e turba captiuorum res publica ſibi ad ſuos ſelegit vſus — 85. 86. *pol hic* vsque ad *pluit* nonnulli tribuendum putant Tyndaro, quod Hegio captiuos ſingulos deinceps interroget, nunc Tyndarum, Philocrate v. 43. recedere iuſſo, quem ſcena demum exeunte renocet, et ſcena ſequente certiorem faciat de iis, quae cum Tyndaro erat loquutus. Verſu igitur 85. τὸ *huius* ad patrem Philocratis referendum putant. Sed nec 14 ad 42, Hegione cum Philocrate conloquente ſolo, Tyndarus tam longe abfuerat, vt non omnia audiret, et tamen Hegio a verſu 44. Tyndarum iubet fateri, quae Philocrates erat faſſus, quaſi ea non audiſſet. Surdaſtrum puto ſenem fuiſſe, qui, quae ipſe vix audiret, paullisper remotum plane non audire opinaretur. Verſ. 85. 86. Tyndarus dixiſſe nullo modo poteſt; ſed Philocratem puto ſubgerere Tyndaro voluiſſe, vt Menarchum ſeni diceret clientem ſuum eſſe; quod vero Tyndarus noluit, ne praeſentibus fraus ſuboleret. Hegio autem ſi audiſſet hos verſus, gaudio ſibi clientelam hanc eſſe, declaraſſet. Exprimunt autem verſus hyperbolice: nihil certius eſſe, quam liberationem Philopolemi — 88. *abs re* alienum a negotio meo, quod impedimento ei eſſe poſſit — 90. *aeſtimatum* vt ſtatuas pretium, quod ego, ſi non redierit, pro eo ſoluam — 100. certus ſum, me ab eo amari — 104. *optima immo* eſt cauſa, viginti minas ſoluam, niſi tuum tibi ille filium reduxerit liberum — 107. *collus* antique pro collum — *collaria* catena, ſeu collare vinculum — 108. *quod bonis* etc. Sic Perſ. 4. 5. 2 ſq. *ſi quid bonis boni fit, eſſe idem et graue et gratum ſolet.*

Digitized by Google

IN ACTVS II. SCENAM III.

8. 9. Epid. 3. 2. 35. Chaeribulus Epidico dicit: *vorsutior es, quam rota figularis.* Hoc sensu hic: *pro rota me vti licet* facilius figulus rotam non versat, quam ego hero iubente altero, alteri seruire paratus sum — 11. *et* si genuina est lectio, explicandum est *ratione.* Sunt vero, qui Plautum dicant scripsisse *a tuopte ingenio* vt Truc. 4. 3. 59. legitur *ab ingenio inprobus* non temeto demum inprobus factus — 13. *hem tibi hominem* trado — 16. *qui me quid agitem* enallagen putant, *me* pro *ego; ego quid agitem.* alii explicant *me* esse *de me* seu quod ad me adtinet — 20. *rebito* pro *redeo* obcurrit et infra v. 49. et 3. 5. 89. — 25. *adhuc* vbiuis *locorum* quocumque loco ac tempore — 33. *facile memoria memini* ipse vidi et, te etiam indicente, praedicassem — 37. *nostrum amborum vicem,* pro nobis ambobus — 42 ad 53. Praesente quidem et audiente Hegione, sed ita tamen caute, vt fraus ei subolere nequeat, Tyndarus Philocratem monet, vt periculi, in quo versetur, memor adceleret, quantum fieri vllo modo possit, cum Philopolemo reditum, mannque deinde gratus eum emittat — 56. *med erga* erga me — 61. 62. *illic pol* etc. qua me adsecit laude, ea si ipsum vicissim ornem centuplici, parum esset — 66. Iov. testem *laudo* nomino, per Iovem iuro, *me infidelem non futurum Philocrati* huic. Hegio intelligit Philocrati vero; Philocrates autem Tyndarum vult intelligere *tibi,* qui meam Philocratis personam maximo cum periculo tuo suscepisti et singulari fide solertiaque sustines. Et, ne ambiguitas Tyndaro inesse videatur, qualis est Amph. 1. 1. 236. ve 3. 2. 52 sq. Philocrates v. 68. verbis plane perspicuis Tyndaro fidem pollicetur, cui promisso vt stet, grauissime Tyndarus 73 sq. monet — 81. *hunc* Hegionis filium Philopolemum *inuentum* qui tibi non in tota Elide diu quaerendus est, sed quem pater iam (inuenit) inuestigani seruitutem seruire Menarchi medici, hunc inueni, redemtum quam ocissime potes patri suo huc restitue — 87. *et tua* Hegionis *et tua* Philocratis (Tyndari) *ornatu* cum summa laude mea ob rem bene prosperque gestam — 90. *syngraphus* diploma, literae publicae de securitate viae — 94. *si diis placet* h. l. pie precantis est, alias laudi alicui ironice solet addi. — 100. *sequere tu* ser vum putat, deceptus. — *amittam* absoluam viatico et syngrapho dato.

Digitized by Google

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *edit* pro *edat* — 1. 2. *aegre* non sine magna molestia — 4. *huic diei* quasi personae, quam male odisset, sibi inimicissimae *oculos effodiam libens* mallem hunc diem non inluxisse — 5. quoscumque hodie adii, malignos sum expertus — 6. *ieiuniosiorem* vox comice conficta: quo mihi tristius esset ieiunium indictum — *effertum fame* vt Aul. 1. 2. 6. aedes *inaniis obpletae.* Vacuitate aliqua non nisi iocose dici aliquid potest effertum esse obpletumque — 7. *nec qui* pro *quo.* Sed rectius forsan quidam legunt *cui;* pergit enim de die loqui tamquam de persona, quare *quidquid obceperit* dies, pro: quidquid ego obceperim hoc die — 8. *venter, guttur residunt* otiosi celebrant *esuriales ferias:* inani ventre diem ago sedendo, nihil agendo — 9. *ilicet* etc. ilicet arti parasiticae ire in etc. desino hanc artem, eamque exsecror — 10. *ridiculos* qui ventris explendi causa se praebent deridendos — 11. *viri imi subsellii* inopes, humilesque — *Laconas plagipatidas* Laconum more a pueris plagis ferendis adsuetos — 12. *quibus sunt verba sine penu et pecunia* qui praeter iocos suos non habent, quo beneficia possint remunerari — 13. requirunt, qui vicissim conuiuio excipiant — 14. *opsonari* plerumque erat officium seruorum, quo vero, quaestuoso sibi, parasiti libenter fungebantur, v. c. Gnatho apud Ter. Eun. 2. 3. 25 sq. qui vero heri in re familiari erant diligentiores, opsonabantur ipsi — 15. *aperto capite* sine pudore, non vtuntur nobis internuntiis — 17. *teruncius* numus, tres vnciae, quarta assis pars, quadrans. *Non teruncii faciunt* prorsus spernunt — 20. *huc* ad me, apud me coenabis — *quis profitetur?* pollicetur coenam — 22. *dictum de dictis melioribus* iocis, iuuenibus olim adceptissimis — 23. *epulas menstruales* quae in mensem satis fuissent, largissimae — 24. *de compacto* aut *ex compacto* prout plures pacti inter se erant — 25. 26. *si non adriderent* non modo risum non edunt *ne canem quidem inritatam voluit quisquam imitarier* sed ne subrident quidem, vt, sicut canis inritata, ringantur, *dentes vt restringant* seu potius labra restringant, vt dentes ostendant nudos, quod Plauto Epid. 3. 3. 48. est: *albis dentibus deridere* — 29. *olearii,* qui oleum vendunt, *in Velabro,* quod Velabrum locus erat Romae iuxta Auentinum, et inter Palatinum Capitolinumque montes, vbi tabernae olearium erant: quasi olearii, qui de pretio,

Digitized by Google

quo oleum vendant, pacti inter se sunt — 32. 33. *barbarica lex* Graeco est *Romana*, Quinti scilicet Vinnii; in eos lata, qui ita quasi conspirassent in rem publicam, vt de victu ciuibus cariore reddendo inirent consilia — 34. 35. *inrogabo mulctam* a iudicibus petam, vt mulctent eos decem coenis mihi dandis, *meo arbitratu* quales ego eas et quando quamque dari iussero — 36. *spes coenatica* coenae — 37. *decolabit* e colo defluxerit *spes decolabit* defluxerit, euanuerit. Sic Cas. 2. 4. 28. *si fors autem, decolassit.* Vulgo scribunt *decollabit:* alterum vero *l* Lambinus, Gruterus, Gronovius recte iudicarunt expungendum.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. In sinu gaudens: recte feciſſe, suaue est, et laus inde nascitur, et vtilitas. Non tamen absonum est, quod interpretes nonnulli volunt, Hegionem graecam salutandi formulam habuisse in animo χαίρειν καὶ εὖ πράττειν: multarum certe, quas modo audiuerat, de filio mox recipiendo gratulationum memoria animo iam obuersabatur recens — *bono publico* Philocratis quidem, iuuenis inter suos nobilissimi liberatio facere poterat ad pacem cum Eleis restituendam — 2. *quisque* cum plurali *vident:* quicumque vident me — 3. *gratulanturque eam rem* spem filii capti cum Philocrate mutandi — 3. 4. 5. *miserum* se iam ob vnam hanc causam vocat, quod restitando lassus erat factus, cetera laetus — 5. *eminebam* vix me gratulantium turbae subduxeram — 8. *inde* a praetore *illico* statim *reuortor* discedo. post *reuortor* pono semicolon; *domum* iungo cum *eo posiquam id actum est* deinde. Paullo copiosius senex narrat, quam opus est; sed sic solent, qui rem aliquam prosperrime se gessisse gloriantur — 11. *hic* Aristophontes, qui adstabat mutus.

IN ACTVS III. SCENAM III.

Ergasilus sc. 1. et Hegio sc. 2. loquuti erant in platea; Hegio vero quum scenae superioris v. 13. Aristophonti diceret *sequere me*, ducturus enim erat in eam partem, vbi, intra aedes suas, captiuum Act. 2. sc. 3. v. 96. *intus* seruari iusserat. Ex eo loco Tyndarus Aristophontem adnouerat: quem dum perducit in eam partem Hegio via non breuissima, Tyndarus interea solus secum has sc. 3. loquitur.

Digitized by Google

1. *nunc illud est, quum* tempus, quo. Et apud Ter. Geta perturbatissimus Ad. A. 3. sc. 2. incipit *nunc illud est*, ibi vero explicandum est: *nunc conuenit ad rerum nostrarum conditionem illud dictum: quodsi* etc. — *me fuisse, quam esse*, mortuum esse, quam viuere. Pseud. 1. 3. 18. *mortuus est, qui fuit; qui est, viuus est* Truc. 1. 2. 94. paene fuit. — 2. *se* iungendum est cum *segregant*, vt est Mil. 4. 6. 17. ille illas spernit, *segregatque ab se* omnes sensus: neque consilii locum habeo, neque auxilii copiam — 4. *nec exsilium exitio est* nec aufugiendi locus est, ad hoc exsilium vitandum — *aspellat* abspellat, depellat — 5. *mantellum* mantele, mantelium, *χειρόμακτρον* nihil excogitare possum, quo me Hegioni purgem — 7. *malefactis fuga* excusatio eius, in quo malefeciisse deprehendor — 11. *obpetere pestem*, mortem, letum, perire — *heri vicem:* pro hero, Philocrati fidelis dum sum — *meamque* quam pestem Hegio ob fraudem meam iudicabit *meam* a me promeritam — 17. Sic Ter. Adelph. 5. 4. 43. *ipsa, si cupiat, Salus seruare prorsus non potest hanc familiam* — 17. *incipisso* vt infra 4. 2. 11. et Mil. 2. 2. 73. et 82. sed supra 2. 1. 19. est *incipesso* pro incipio.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1. Recesserat Tyndarus, quam longissime potuerat, quare Hegio non statim visum putat aufugisse — 2 ad 7. antequam propius adcederent, Tyndarus haec secum — 5. *vtinam te di prius perderent* vellem, vitam prius amisisses, *quam periisti e patria tua* quam captus ab hoste periisti patriae tuae — 7. *obcisa est haec res* negotium hoc plane perditum est desperatumque. Sic et Men. 3. 2. 46. *obcisa est haec res* — *astutia atrox* audaciae plena confidentiaeque — 18. *morbus qui sputatur* Plinio videtur epilepsia esse, H. N. libr. 10, 23. dicit: comitialem propter morbum despui suetum, et libr. 28, 4: despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Epileptici vero nec infectantur alios infectariue possunt, vt iubendus Hegio fuisset, securitati suae prospicere, nec in loquendo delirant, quare monendus fuisset Hegio, ne crederet eius dictis. Quod autem *rabiosum* ante dixerat, morbum non alium puto esse intelligendum, quam *rabiem* ipsam, in quam repente interdum soleret incidere, et quae creberrimas relinqueret mentis aberrationes. Hic morbus sputatur, istiusmodi aegrotum auersatur quisque,

Digitized by Google

et procul ab eo recedit. Sunt vero, qui *herpetem* intelligant, vlcus valde contagiosum, quod sputo putabatur posse curari — 19. *vltro istum a me!* recedere volo — 21. *vt qui* cuius causa — 23. *Aliis* Eleis, multis in Elide — 25. 26. Aristophontem *inimico vultu intueri* mirum profecto non erat, quod vero Tynd. callide explicat *rabiem gliscere* incipere — 30. *Alcmaeo*, *Oresles*, *Lycurgus* insania sua nobilissimi, priores duo matricidae, tertius a Baccho in furorem actus Thraciae rex — 36. 37. *vanitudine* esse *mendaciis* clarum est, quare, cui obponitur, *veriverbio* est *veritate*, vere loquendo. Tyndarus vero vult, Hegionem quidem v. 36. verba adcipere vt ironice dicta, quod fieri non potest, vt vere loquendo conuincamus aliquem, eum non esse eum, qui est; eodem vero versu Aristophontem monere vult, vt sentiat tandem id, quod stolidus homo sc. 5. v. 39. demum sero sentit, eum vere loquendo superare Philocratem ita, vt fraudem eius prodat, Tyndaroque, de Philocrate merenti optime, pessimam det operam — 42. *quem patrem* qui huius pater fuerit, plane ignoratur. Quia vero addit *qui seruus est*, Lambinus explicat: iure ciuili nullam esse seruilem cognationem — 44. *reconciliasso* reconciliauero — 45. 46. ludit Tyndarus ambiguitate vocabuli *liber:* non me *Liberum* Bacchum esse dico, sed Philocratem. Poterat etiam intelligi: non me nunc, quum Hegionis seruus sum, liberum esse dico, propterea autem non desii esse Philocrates — 47. *ludos facit* ludibrio me habet — 51. *bonis* diuitibus — 53. *aliquid pugnae edidit* dolo aliquo te fefellit. *Pugna* enim apud Plautum multis locis est fallacia, dolus. Bacch. 4. 9. 43. *pugnam conserui seni* — 59. seruus quidem sum, non vero seruus natus, sed bello captus; quod igitur libertatem perdidi in patria defendenda, id quidem exprobrandum mihi non est — 60. *tò nequeo contineri* Aristophontis Tyndarus ab Hegione intelligi vult *rabiem sentio gliscere* — idem Tyndarus v. 62. ex ardentibus Aristophontis oculis, et v. 63. e pallore eius lurido, conligi posse dicit, et, quod vtrumque iram prodebat vehementiorem, atrae bili rabieique tribuit, constringendumque suadet esse — 65. *atra pix* genus tormenti erat, ferventi pice instillata miserorum corpora vrere — 69. *insanum concinnat* ad insaniam me adigit — 72. *adbites* adibis, vt 2. 3. 20. *rebitas* redeas — *os denasabit mordicus* nasum praemordebit — 79. *quid mihi abnutas?* quem

Digitized by Google

senex v. 41. abiisse dixerat, Philocratem esse oportere, Tyndarumque, vt Philocrates demitteretur, eius personam suscepisse, ex versu 55 sq. facile Aristophontes potuisset divinare: quare nutu eum Tyndarus monet, vt animo haec proponat suo, nec totam rem Hegioni prodat; sed stolidus homo: *quid* mihi abnutas? — 80. ex eo ipso, quod Aristophonti abnutauerat, Tyndarus Hegioni fit suspectus — 81. *neque pes neque caput adpareat* non nisi nugas proferet absurdissimas. Conf. Asin. 3. 3. 139. — 82. *ornamenta* scenica, quibus indutus histrio in tragoediis Aiacis personam ferre solet, *desunt* huic Aristophonti, quae nisi deessent, *Aiacem ipsum videre* te *putares hunc quum vides* — 84. *inter sacrum* hostiam *saxumque* hostiae ingerendum *stare:* in summo esse periculo (ne feriare) — 86. *audibis* audies. Sic et Poen. 1. 2. 97. — 93. *deliquio* Salmasius aliique putant esse nominatiuum, quem constructio poscat: quin deliquio mihi sit apud te et par. et lib. i. e. vt a te retentus in seruitute iactura facienda mihi sit par. et lib. sed sensu eodem esse potest datiuus a deliquium, si construas *hoc* (v. 92.) quod dixero *si secus* mendacium *repereris*, *nullam causam dico* non recuso *quin mihi deliquio sit* causa cur non recipiam parentes libertatemque, *apud te* te me seruum retinente — 96. locatur; vt animum ostenderet non perturbatum, causaeque suae bonitate fretum: forsan et Hegioni volebat mouere risum, et Aristophontem inrisione perturbare — 99. vltimum facit periculum, Aristophontem monendi, vt verum Philocratem insectari sentiat desinatque — 100. Nomen *Thesaurochrysonicochrysides* Hegio non a vero Tyndaro, sed a Philocrate 2. 2. 35. audiuerat. — 103. *dierectus* hanc vocem Salmasius putat originis esse graecae, a διαῤῥηκτος. Adfert Demeam, qui apud Ter. Adelph. 3. 4. 6. dicit *disrumpor* sc. ira, et Virg. Ecl. 7. v. 26. *rumpantur vt ilia Codro* inuidia. Salmasio igitur *dierectus* est: vehementiore adfectu aliquo perturbatus. Nec negandum est Curc. 2. 1. 29. pro vulgari lectione *lien dierectu'st* in codd. nonnullis legi *dieructus*, *disruptus*, *dirruptus*, *diruptus*, *dierruptus*, et sensus est *lien mihi dolet*, cui respondetur *ambula*, *id lieni optimum est*, sicut Celsus 4. 9. dicit: vitium lienis quiete augetur, exercitatione et labore minuitur. Alii vero *dierectus* latinam vocem esse adnoscunt, quasi ad *diem erectus*, et explicant: *ad crucem actus*. Ceteris Plauti locis, Merc. 1. 2. 72. et 4. 4. 16. Poen. 1. 1. 32.

Digitized by Google

Rud. 4. 4. 126. Trin. 2. 4. 56. Caſ. 1. 1. 15. is, ad quem *dierectus* dicitur, cum indignatione aliqua *ire* aut *abire* iubetur, quod explicant *ad crucem*. Moſt. 3. 2. 163. dicitur adeo cani. Noſtro hoc loco, quum Tyndarus cor ſuum *timore* ſentiret micare, ei dicit: quieſce cor meum *dierectum* a vehementiore palpitatione tua; tunc ſibi dicit: i, et ſuspende te, ſi proditus timore meo fuero, nihil ſupereſt, quam vt ſuspendio cruciatuum remedium quaeram! — 104. *tu* cor meum *ſubſultas*, ego etc. in ſumma formidine iocatur tamen — 108. *deruncinatus*, vt Mil. 4. 4. 6. runcina, quae ferrae genus putatur, inminutus, *deartuatus* per artus concisus, vtrumque eſt: damno et dolore adfectus — 117. vid. not. ad Amph. 4. 2. 9. — 119. *vt vos cuſtodiam* vt vos conſtringatis me. Sic Aſin. 2. 2. 31. *cuſtos carceris* — 122. *nucleum* Philocratem, herum, ex quo fructus erat ſperandus — *putamen* corticem, Tyndarum ſerum, qui erit nullius pretii — 123. *mihi os ſubleuere* deceperunt me, aliisque praebuerunt deridendum. Sublinebant os dormienti, vt ridiculum eum facerent; meretrices os ſublinebant ſibi, ad amatores decipiendos — *obfuciis* fuco — *ſurſum verſum* omnia inuertendo — 125. Lora herus poſcit: quod vero non addiderat: Tyndaro puniendo, lorarii, ad ligationemne ire iubeantur, iocantes interrogant.

IN ACTVS III. SCENAM V.

3. *ſartor* h. l. non a ſarciendo dictus eſt, ſed a ſarriendo, quod ruſticorum eſt, raſtris herbas delentium inutiles — 10. *tuas* ambigue dictum, ſeu, quod ego tuus ſum, et manus meae ſunt *tuae*, quas ſi praecidi iuſſeris, ferendum id eſt, ſeu, *tuas* ipſius manus — 15. *confeciſti*, disturbaſti, perdidiſti; ſic argentum, patrimonium confeciſſe, idem eſt, quod decoxiſſe. Interdum tamen pecuniam conficere, eſt, inuenire Ter. Phorm. 1. 1. 4. — 25. *aſt ille non redit* licet ille non redeat, *vt dixit* quod vero ſancte adiuranit — 31. Cauillatio minarum plena *vt Acherunti clueas gloria* vt per totum Orcum nomen celebretur tuum — 32. Si conferas Truc. 4. 1. 9. *ſalvus ſum, quia pereo; ſi non peream, plane inteream* adparet, *perire* minus graue putari, quam *interire*. Quod vero *peritare* ſeu *perire*, noſtro certe loco, eſt *vitam amittere*, diſtinguendum hic videtur, *perire* eſſe: ita vitam amittere, vt memoria laudesque tuae viuant ſuperſtites; *in-*

Digitized by Google

terire autem; ita mori, vt memoriam tui aut obliuio mox deleat, aut exfecrentur adeo posteri — 34. *Sutelas* Festus explicat *dolosas actiones*, Amph. 1. 1, 211. consuti doli — 36. *interduo* interdo οὐδὲν διάφορον ποιοῦμαι, fusque deque facio. Alii legunt *interdico* — 38. *ille* Philocrates. Poenitebit certe te, interfeciſſe me, de ipso filio tuo bene meritum, cuius morte Philocrates filiusque tuus aeque dolebunt — 39 ad 44. Tandem vero Aristophontes tenet, quod, nisi lapis esset, dudum potuisset persentiscere — 46 sq. Melius sine dubio Tyndarus sibi fuisset consulturus, si, totam rem mox fassus, obsecrasset Hegionem, vt pauculos modo dies maneret Philocratis cum Philopolemo liberato reditum, quo facto palam fieret, Tyndarum Philocrati quam Hegioni non fuisse fideliorem. Quod vero ita fit, vt vel prudentiores homines non semper faciant, quod factu esset optimum, sed consilia interdum sequantur, quibus res suas trepidas ipsi faciant desperatiores, et Tyndarum Plautus, calliditate sua fretum, facit sequutum, non, quod placabilius esset, sed quod res suas faceret inpeditiores — 50. *custodem* explicant *paedagogum*, sed subreptus erat *quadrimus*, et Philocrati, puero iam, peculiaris datus: quare, nisi Philocrate minor, aequaeuus certe erat. Custodem igitur proprio sensu fuisse arbitror, (vid. not. ad Casin. 2. 3. 39.) qui ab eo numquam discederet, militanti in omnibus adesset periculis; vnde factum est, vt cum Philocrate simul caperetur — 57. pro *iratus* codd. quidam habent *ingratus*. Male opinor. Quod a viro magni animi summum Tyndarus exspectare poterat, erat, vt pietati eius iram condonaret suam, ignoscentior certe fieret; sed vt gratum ei esset, quod fecerat, vt gratias ei putaret habendas, id vero ne ab ipsis quidem Gratiis licebat exspectari — 61. *te perdocere* te ita inmutare posse mentem meam — 65. *Latomias* lapicidinas — 66. *effadint* effoderint — 67. *cotidianus* quotidie — *sesqui opus* quo temporis spatio alii octonos, tu *duodecim* (nisi forte intelligendum est *duodenos* i. e. quouis die duodecim) — 68. *sexcentoplagus* cui sexcentae plagae erunt perferendae. In mente senex habet nomen illud monstrosum, quo confingendo tamen non Tyndarus, sed Philocrates 2. 2. 35. ludificatus eum erat — 70. *ne perdas* ita cruciet, vt pereundum ei sit — Hegio similat, se, *ne perdas*, intellexisse, *ne aufugiat*, quare dicit *curabitur* etc. — 71. *custodibitur* custodietur — 80. *ne qui* qua

Digitized by Google

in re *deteriis* iron. minus malé *huic fit* hic tractetur *quam cui peſſime eſt* quam is, cuius conditio eſt omnium triſtiſſima — 82. *ſtat tuo periculo* ſi nihil aliud, pretium certe perdes, quo me emiſti — 83. *Poſt mortem* hanc quidem ſi obiero ipſam, *in morte nihil eſt, quod metuam, mali* meam mortui conditionem non metuendam eſſe ſcio — 84. etſi *perniuo ad ſummam aetatem* licet, quos minaris cruciatus, quam diutiſſime mihi ſint ferendi — 85. *breue tamen ſpatium eſt perferundi* vita tamen ipſa breuis eſt — *minitas* minitaris — 86. *aliter vt dicam meres* non meres, vt te valere iubeam, ſed vt exſecrer te! — Quis legere hactenus potuit, quin miſericordiam tribueret Tyndaro, meliore ſorte digniſſimo? — 93. *phylaca* carcer — 96. *absque hoc eſſet* niſi hic Ariſtophontes fraudem Tyndari feciſſet palam — 97. *vsque obfrenatum* etc. capiſtro quaſi ori meo iniecto, dolis ſuis ductarent, quo iis liberet — 104. *potitus hoſtium eſt* vid. 1. 1. 24. — *quid hoc eſt ſcelus* quam infelix ſum! — 105. quaſi produxerim liberos, non vt gauderem iis, ſed vt orbatus dolerem — 108. 109. Ariſtophonti vero huic quis catenas inuideat, in quas redeundum eſt? locatur tamen: *exauſpicaui ex vinculis* malo auſpicio vinculis liberatus ſum *redauſpicandum in catenas* mirum igitur non eſt, me in vincula retrahi, vbi meliora mihi auſpicia erunt exſpectanda.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

De celeri Philocratis reditu vide Argumentum.

1 ſqq. In ſinu gaudet, regem ſe reducem vidiſſe Philopolemum, quocum, quae enumerat bona, omnia ſibi rediiſſe certus eſt. — 5. *ſubplicare* quod 3. 1. 18 ſqq. fecerat — 6. *amico prodeſſe* facere, vt a Philopolemo inuitetur — *inimicum perdere*, facere, vt non inuitetur — 7. *amoenitate* etc. lic Amph. 1. 1. 122. optime etc. — *oneranit* ſenſu bono. Sic Ter. Phorm. 5. 7. 1. *quantis commoditatibus meo hero hunc oneraſtis diem* — 8. *aptus ſum* ab apiſcor, i. q. adeptus ſum. Sic Ter. Heaut. 3. 7. 15. *deorum vitam apti ſumus.* — *hered. effert.* vocat coenas cum Philopolemo ſibi reduces — *ſine ſacris* ſine ſumtu, in adeunda enim hereditate ſacra, niſi teſtator remiſiſſet, fiebant, quae ſine ſumtu aliquo fieri non poterant — 10. *atque etiam amplius* Stalagmum adeſſe nuntiaturus erat, qui filium Hegionis alterum, Paegnium, ſubripuerat,

Digitized by Google

ita vt spes aliqua adfulgeret, Paegnii etiam seruandi — 12. *coniiciam, in collum pallium* quo citius curram. Ter. Phorm. 5. 7. 4. *qui non humerum hunc onero pallio. — primo ex me hanc rem vt audiat.* Ter. Heaut. 1. 2. 12. *vt hanc laetitiam nec opinanti primus obiicerem* — 13. *aeternum cibum* vt domus Hegionis mihi vel inuocato semper pateat. Most. 1. 3. 67. vocat: victum sempiternum.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

3. *sublitum os* vid. 3. 4. 123. — *neque id perspicere quiui* neque me id perspicere potuisse! — 5. *scibitur* quum rescient homines — 7. vulgo *ductus* inductus (in errorem), deceptus. Ter. Andr. 4. 1. 20. etiam nunc me *ducere* istis dictis postulas? Alii, quod recepi: *doctus* magis quidem ironice: qui sibi non parum videtur sapere. Sic Pers. 4. 4. 45. ego ille *doctus* leno: qui me omnes lenocinii artes putabam callere — 9. *conlecto pallio* v. supra sc. 1. v. 12. opponitur pallio *fluido* otiosorum — 10. comminationes similes vide Curc. 2. 3. 1 sqq. — 13. *ore* (non pedibus) *sistet* (se), pronus cadet, a me prostratus, quo v. 12. erat minatus — *pugilatum incipit* brachia iactat, vt pugiles solent — 16. *ballista, catapulta*, instrumenta, quo vtroque tela grandiora et saxa in hostes iacularentur — 18. *dentilegos* faciam, excutiam dentes — *quemque* alii *quemcumque* — 21. *obstiterit in cursu* i. q. v. 11. *obstiterit obviam — obstiterit vitae suae* i. q. v. 12. — 23. 24. post *suam* non ponatur punctum, sed verba *ne quis propter culpam capiatur suam* monendi causa quasi in parenthesi sunt posita; verba autem *prius edico: continete vos domi* etc. iungenda sunt. Eodem sensu apud Ter. Andr. 1. 2. 30. Simo: *dico tibi*, ne temere facias, neque tu haud dicas, tibi non praedictum! — 25. *Mira* forent, quae dicit, si sensu proprio minaretur hominibus, sed *in ventrem sumsit confidentiam*, ventrem alicubi inpleuit, quare in ventre habet id, quod confidentiorem facit. conf. v. 32. — 26. *vae misero illi* etc. expertus ille voracitatem eius erit, *cuius cibo factu'st inpensior*. Vocem *inpensus* explicant Meursius aliique *farctus*. Camerarius inuenit lectionem *imperiosior*, quam Salmasius probabat, quam vero genuinam esse mihi non persuadeo, sed auctorem habere alquem, qui, quid *inpensior* sibi vellet, explicare non poterat. Hegio, Ergasilum v. 31. *imperiosum* vocans, hoc vocabulum mutationis auctori videtur subgessisse — 27. *scrophi-*

Digitized by Google

paſcus, qui ſues alit, a *ſcropha* ſus fetnrae habilis — 30. *dominis* ſcropharum *meis pugnis exculcabo furfures* pugnos in ventrem eo vsque ingeram, vt eum prae dolore exonerent — 31. *baſilicas* regias — 34. *canterio cruciantí* piſces nimio ſubculſu, vt emoriantur in via, fiantque foetidi — 35. *ſubbaſilicanos* qui diem ſub baſilicis, prope forum piſcarium, degunt — 36. *ſirpiculis* ſeu *ſcirpiculis* corbibus, quibus piſces aduehuntur — 38. *concinnant oues orbas* orbant eas *liberis* agnis — 39. *locant caedundos agnos* quos venditant, agnos eſſe dicunt ſubrumos, i. e. qui adhuc ſub mammis habeantur, ideoque teneriores adhuc pinguioresque ſint, ſed *danunt* dant, vendunt *duplam agninam* agnorum carnes iam grandiorum ablactatorumque, carnes iam ouillas pro agninis, quales carnes Hor. I. epiſt. 15. v. 35. *viles* vocat i. e. minoris pretii et ſuci — 40. *ſectarius* a nonnullis deriuatur a *ſeco*, qui ſectis teſtibus ſit, ab aliis vero rectius a *ſequor*, *ſector*, vt ſit *admiſſarius*, qui femellas ſectatur, gregem init. Iungendum eſt: qui lanii *petroni* (a petra, ob carnam aſperiorem, adpellato) *ſectario* admiſſario *nomen indunt verveci* exſecto, i. e. carnes arietinas vendunt pro verueciuis — 43. *aedilitias* aedilis plebis annonae et rebus forenſibus erat praefectus — 44. *agoranomus* idem apud Aetolos, qui apud Romanos aedilis plebis — 46. *cibus* genitiv. pro *cibi* — ſenſus: vidi in portu Philopolemum, qui eſt commeatus ventri meo — 48. *qui* homine, pro *quo* — 52. *aſſulatim* confringam fores, vt in minutas diſiliant aſſulas. Sic Merc. 1. 2. 20. ceſſo foribus facere hisce aſſulas, ſed Men. 5. 2. 106. dedolabo aſſulatim viſcera. Alii legunt *adſultatim* Amph. 4. 2. 6 et 7. Ter. Eun. 2. 2. 54. (his foribus) calcibus ſaepe inſultabis fruſtra — 54. *reſpice ad me* oculos retro in me coniice. Sed paraſitus ludit in verbo *reſpicere aliquem* quatenus eſt fauere, conſulere, opitulari alicui, vt apud Virg. Ecl. 1. v. 18. Libertas, quae ſera, tamen *reſpexit* inertem. Ter. Phorm. 3. 2. 86. *reſpice* aetatem tuam. Quare hic: iubes me reſpicere te, quod tibi fortuna non facit, nec faciet, te non reſpicit: quod enim me properantem remoraturus es, id facies magno tuo cum malo — 61. vt fullo maculas e veſtibus exigit, ſic ego moerorum maculas ex animo tuo — 64. *vulturie* homo edaciſſime — 67. *foculis ferventibus* Lambinus non *faculos* eſſe vult, ſed *focula*, vt Perſ. 1. 3. 23. iam intus *ventris* fumant *focula*, quae No-

Digitized by Google

nius explicat *nutrimenta;* seu potius *coeula*, quae sunt *ahena*, vasa, coquendi causa parata. Apud Isidor. e Plauto citatur: aeneis coculis mihi excocta est omnis misericordia — 68. *praestinatum* emtum. Pseud. 1. 2. 36. est: pisces pretio *praestinare* in macello. Epid. 2. 2. 92. *praestinare* argento — 70. *perna* armus aliis, aliis delicatior videtur petasonis esse pars — *ophthalmius* piscis, Plinio dictus *oculata* — 71. *horaeum* salsamentum, e pisce nondum annotino, *pelamide* dicto, qui piscis vno anno maior vocatur *thynnus*. *Horaeum* hoc salsamentum dicitur a verno tempore, quo paratur — *scomber* piscis marinus, e quo parabatur garum delicatissimum, dictum a garo, pisce marino alio, e quo antea solebat parari — *trigon* rectius *trygon* a τρυγὼν alio vocabulo nominatur *pastinaca marina* — *Cete* seu *cetos* nominabant pisces marinos maiores, quare apud Virg. *inmania cete* Aen. 5. 822. in comitatu Neptuni — 74. *nec nihil* etc. neque esuries apud me, neque pretiosos, quos enumerasti, cibos exspecta — 75. *victi* pro *victus* — ne fastidiosus sis, sed victu quotidiano contentus — 77. *tum tu mi igitur herus es* nimium tibi sumis in re familiari mea — 79. *nihil sentio*. Meursius: superstitio veterum, si digitus saliisset, aliquid ominabantur vel boni vel mali. Ergas. igitur: dii te adiuuant. Heg. autem *nihil sentio*. — 80. locatur: ideo non *sentis*, quod non es in *senticeto* — 82. *proprium* nam sacrificandum est *de tuo* — 87. Heg. *facile patior* te esurire *tuo arbitratu* tibi, aut cuicumque vis. Erg. autem quodnis Hegionis verbum sensu adcipit obscoeno: quam mentem suam expressurus incipit: *credo consuetus puer . . .* Heg. vero mente eius intellecta, indignans, enim tempore alieniſſimo hunc in modum velle iocari, interpellat v. 88: *Iupiter te dique perdant.* Tempus igitur Ergasilus esse videt, proferendi, quibus iucundioribus animus Hegionis sibi placetur — 90. *nunc tu mihi places* placere, placidum te reddas — *sero post tempus venis* putat Hegio Ergasilum sibi velle gratulari, vt multi fecerant 3. 2. 3. quare dicit *sero venis* non est, quod gratulere, sensi iam me deceptum esse — 94. *celox* vid. Asin. 2. 1. 10. — 95. *Alium* Eleum, Philocratem — *Stalagmum*, a Philopolemo in Aetolia agnitum retractumque vinctum (108), quod a nullo interprete adnotatum esse miror — 97. *Saturitas* parasito numen sanctissimum — 98. *suo cognomine* vt semper satur sim — 99. *genium meum* qui me

Digitized by Google

alit — 100 sqq. *μὰ* et *νὴ* particulae iurandi. *νὴ* semper adfirmat, *μὰ* per se quidem negat, vsu vero crebriore et hoc adfirmat. Voculis his apud Latinos respondent *me*, in *me* hercule, *medius fidius*, et *e* in *ecastor*, *edepol*, *per* etc. — *μὰ τὸν Ἀπόλλω per* Apollinem iuro — 101 sqq. *Cora* oppidum Latii, sicut *Praeneste*; *Signia* Volscorum, *Frusino* et *Alatrium* Campaniae. Κόραν intelligunt quidam Proserpinam, alii legunt Σόραν oppidum prope Arpinum — 104. *barbaricas* Graeci omnes vocabant gentes et vrbes, quae non erant graecae — 105. *aetas hominis* ponitur interdum pro *homine*, quare *vae aetati tuae* pro *vae tibi* quod iocans Hegio dicit. en fastidium delicatum! — 108. 109. *boia* vid. Asin. 3. 2. 5. genus vinculi, collare. Hanc *boiam* viderat Ergasilus Stalagmi collo aptatam, quare iocatur, eum *Boium*, quae natio gallica est, esse factum, et *Boiam* vxorem ei esse datam, quam *terat* obscoene, Gallus cum Galla cubet, liberorum etc. — 116. *mantiscinor* Lambino deriuatum videtur a *μάντις*. formatumque, vt a vates vaticinor, vt sensus sit: nisi me vera tibi de filio tuo vaticinatum esse repereris, fuste castigato me. Alii legi volunt *manticulatus* a mantica, quam vocem volunt ventrem h. l. significare, vt esset: nisi ventri explendo probe consuluero in hac mea cellarii functione. Eodem sensu Salmasius denique coniicit *panticinatus ero*, a *pantex*, cuius vocis pluralis *pantices* vsitatior est, vt Pseudol. 1. 2. 51. eo (vino) vos vestros *panticesque* adeo madefacitis, quum ego sim hic siccus — 117. *dapinabo victum*, praebebo, eumque *aeternum* quam diu viuam.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

2. *collus* antique pro *collum*, vt 2. 2. 107. — *collos praetruncabo tergoribus* non moror Turnebum, qui mutat *tegoribus* quo nihil explicatur. Gutherius mavult *callos* de quo autem v. 4. demum. Lambinus coniicit *pecoribus*, iam vero Ergasilus de expeditione sua in cella penuaria loquitur, de mactandis pecoribus v. 5. Omnes codd. h. l. habent lectionem vulgarem. Mihi quidem Ergasilus, quod sc. 4. v. 7. fecisse narratur, *vt praetruncaret tergoribus glandia*, idem hic dicere videtur se facturum, sed pro *glandia* scurrili, quem amat, ioco dixisse *collos* — 3. *pernis* sc. 2. v. 70. — *laridum* lardum — 4. *fumen* (fugimen) vbera praepinguia — *absumedo* consumtio, vox comice ficta cum lusu aliquo: *fumini absu-*

Digitized by Google

medo — callo compacta quidem teneritudo, quibusuis in carnibus, dentibus palatoque grata est — 5. *porcinariis* praefectis seu negotiatoribus — 8. *pendent*, quas in cella penuaria suspensas videro, suspendii quidem poena adfectas, licet nullius maleficii nomine sint damnatae — *eis auxilium feram* eas depromam.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

7. *gladium* cultrum culinarium, *tergoribus* subcidiis — *glandium* Curc. 2. 3. 44. additur *suis*. Men. 1. 3. 27. *glandionida suilla*. Sunt autem *glandia* seu *glandulae* partes in sue callosae, duritie et figura glandis, quae ex gutture et ceruice detrahuntur. Colum. L. 8. 9. — 8. *aulas* ollas — *modiales* ventricosae, modii, seu sedecim sextariorum capaces — 9. *Seriae* vasa fictilia, in quibus carnes salsae conditae seruabantur. Ex his depromebantur carnes coquendae, Ergasilus autem ipsas mavult totas *ferneſcere* ad ignem adstitui — 10. *armarium* cellam promtuariam. Lambinus vero ex Epid. 2. 3. 3. explicat: locum vbi pecunia adseruatur — 12. *vt sibi penum aliud ornet* vt esculenta quaenis denuo comparet — *si quidem seſe vti volet* si adesse volet, quo ipse possit vti. *seſe vti* antique — 13. *hic quidem vt adornat* hoc Ergasilo administratore peni *aut iam nihil est* aut omnia absumta iam sunt *aut iam nihil erit* aut mox certe omnia erunt absumta.

IN ACTVS V. SCENAM I. Rectius II.

4. pro *quae* Acidalius emendat *quas* sc. miserias v. 3. omninoque versum, vt non indignus Plauto habendus sit, legi vult *quas, dum te carendum hic fuit, sustentabam*. In verbis quidem *adhuc, te carens dum hic fui* nihil video Plauto indignum, si modo post *adhuc* ponatur comma, et post *carens* deleatur: *dum* per omne tempus quo, *adhuc* ad hunc diem *te carens* sine te, a te auulsus; τὸ *quae* autem omnium defenditur codicum consensu. Lambinus dicit, *quae* referendum esse ad totam orationem: sed in tribus versibus praecedentibus nihil est, ad quod referri possit, quam verba *ex miseriis plurimis*. Forsan neutrum *quae* positum est pro *cuiusmodi res* — 5. *hunc* Stalagmum, qui Paegnium, filiolum meum quadrimum subripuit — 6. quum Philocrates fidem datam reducendo filio meo seruauit — 8. *Hoc* cum Gronovio corruptum puto ex *oh!* quod restituere non dubitaui. Haec

Digitized by Google

vero verba *oh! satis* vsque ad *hoc agamus* v. 10. Philopolemo mihi visa sunt tribuenda. Sensus est: obliuiscere, mi pater, doloris nunc superati, *hoc agamus* quod praesens dies postulat — 29. *libellam argenti* assem — 11. *statuam* vocat Stalagmum, quod mutus adstiterat adhuc, *verbeream* vero, quod verberibus iudicabat dignum. Iisdem de causis Pseud. 4. 1. 7. Simia vocatur *statua verberea* — 32. *erogitare* rogando extorquere. Taubman. — de *meo minore filio*.

IN ACTVS V. SCENAM II. Seu potius III.

2. pro *falsum* falso *autumas*, recte, ni fallor, Dan. Heinsius legit *salsum* i. q. *lepidum* quem Hegio eum ironice vocauerat — *talis vir* intelligentis iudicii — post 3. inserit Rittershusius e codice Eystadiensi versum *atque vbi ego fui in lapicidinis bonus vir, neque bonae frugi* — 6. *ex mala meliusculam:* haud quidem inpune feres, quod filium subripuisti: quodsi vero veracitate efficias, vt recipere eum possim, poena tua minus erit atrox — 8. *quum* quem *autumas* neque vere neque recte vmquam fecisse, *credisne* fore, vt me *pudeat* eius facinoris, *quod* me *vis fateri* — 9. rubor est signum pudoris, ergo *in ruborem* etc. loris ita caedere, vt totum corpus tuum sanguine rubeat — 10. expertus scio, quam plagosus sis! — 11. *ista* minas — *quid fers* quid me vis fateri — 12. *fieri dictis compendium volo* paucis expediamus; quod ad rem pertinet — 13. ad verba Stalagmi *vt vis, fiat*, Hegionem, quasi sensu ea adciperet obscoeno, pro: paratus sum voluptati tuae morigerari; iocantem seu inridentem respondisse putant: hic *bene morigerus fuit puer* obtemperans aliorum libidini, *nunc* natu grandiorem *non decet*. Si conferas autem 4. 2. 87 sq. et quae ad istum locum adnotaui, non persuadebis tibi, Hegionem isto quidem tempore, et istiusmodi cum homine, ita voluisse iocari. Paternum Hegionis animum, plenum iam de Paegnio curarum, ingemuisse puto: *bene morigerus fuit puer* ille meus subreptus *nunc* vero quum tristis sine dubio sors eius est; sed in voce *nunc* plura dicturi verba praepediunt lacrumae: indignabundus modo mox addit, *non decet* alia agere *hoc agamus* periculum faciamus, eius, vbicumque est, inueniendi — 15. *tuis rebus feceris meliusculas* Codicum auctoritas mutari locum vetat, regulae autem grammaticae seu vulgarem iubent lectionem sequi *tuas res*, seu

Digitized by Google

Camerarii certe coniecturam: e *tuis rebus* — 21 ſqq. fatetur Stalagmus, et verax eſt, ſed vide ſc. 4. v. 22. 19. Adcidit Stalagmo, quod apud Ter. Eun. 5. 6. 21. Pythias minatur Parmenoni: *vterque*, filius et pater, *in te exempla edet* — 20. *Polyplusium* praediuitem, et Philocrates 2. 2. 27. patrem ſuum vocat, tamquam nomine gentilitio — 24. *ingenium tuum* quod, quam liberale ſit, expertus ſcio.

IN ACTVS V. SCENAM III. ſeu potius IV.

6. *memora dum* vt Poen. 5. 2. 103. *rò dum* eidem, vt multis aliis imperatiuis, adiectum — 8. *cur ego te non noui.* Stalagmum, quo tempore vendebat Paegnium, viderat Philocrates: miratur igitur, ſe eum non *nouiſſe* i. e. *adnoviſſe* quum poſtea eum videret. Multis forſan annis poſt Stalagmus videtur Theodoromedis ſeruus eſſe factus. Sed, quum Paegnium adciperet peculiarem, Philocrates ipſe erat puer; Stalagmo autem poſtea pater in ruſtico forſan aliqua vtebatur opere aliquo, vt non multum heri in conſpectum veniret — iunge: mos eſt hominibus, obliuiſci eius, neque deinde eum nouiſſe, *cuius nihil ſit faciunda gratia* qui vili apud eos in pretio ſit — 12. vere potuit Stalagmus negare, ſe, viuatne Hegio filius, curaſſe et ſcire. Sciebat, quadrimo Tyndari nomen eſſe inditum, et, quum ſeruus Theodoromedis fieret, Tyndarus quidem aliquis in ſeruis eius erat, ſed iam adultus, ideoque minus facile adnoſcendus, idemque nomen et alii poterat ſeruo eſſe inditum. Philocrates autem ſciebat, Tyndarum ſuum eſſe eumdem, quem Stalagmus olim vendiderat, ideoque eum eſſe Hegionis filium Paegnium — 18. *plus minusue facere πλεῖον ἢ ἔλαττον* prouerbialiter dictum: in vtramvis enim partem peccatur — 20. *ornatus non e ſuis virtutibus* inmerenti vincula ſunt indita.

IN ACTVS V. SCENAM IV. ſeu V.

1. *quae Acherunti* apud inferos, in Tartaro, *fierent cruciamenta* quae poenae ab inpiis repeterentur. Depicta Meurſius cruciamenta iſta putat, vt a ſceleribus homines absterrerentur, in quo plerique ei adſentiuntur interpretes; poetae vero pictoresque ſuam potius artem quisque in depingendis iis voluerunt oſtendere, certi, terrificis non minus, quam hilaribus argumentis delectari homines, qui ad Tragoedias ſpectandas non minus, quam ad Comoedias confluere, et ſubplicia a maleficis publice

Digitized by Google

fumenda aeque cupide ſpectare ſolent, quam ſaltationi intereſſe — 2. *nulla eſt Acheruns, atque* Lapicidinarum, quam Acheruntis, cruciatus longe ſunt atrociores — 4. exhauſtis quidem nulla conceditur viribus reficiendis quies — 5. *patriciis pueris* nobili loco ortis — 7. vt illis aues, variis nominibus commendabiles, dantur, quibuscum luſitent, ſic mihi *vpupa*, non auis quidem illa inmunda, foetida, manſuefieri neſcia, ſed inſtrumentum aliquod ad lapides effodiendos — 11. parentes dicuntur liberos in lucem edere. Iocans igitur Hegionem Tyndarus patrem ſibi dicit eſſe, quatenus ei, in lapicidinis a ſole exſulanti, lucis iam aliquam dederit vſuram — 17. *reducimus* lectio *reduximus* videtur praeferenda — 27. *per nebulam* translatio a ſenſu videndi ad ſenſum audiendi — 29. *certum eſt* etc. hoc quidem, aliis rebus poſthabitis omnibus, faciendum cenſeo — 31. *cui peculii* etc. Plautini homines iocari ſolent, vbi alii eiularent. Hegio dixerat: vt comp. huic *dem;* hic igitur: ergo erunt ea mihi peculium, quo prorſus adhuc carui: mea, a me ferenda, quoad viuam, erunt.

CATERVA.

Pro *caterua* codd. quidam habent *Grex* hiſtrionum, alii *Recitator* qui gregis vniuerſi nomine plauſum petit — 2. *ſubagitare* mulierem, laſciuius eam adtrectare — 8. quod in Argumento Aululariae ſub finem de Plauto dixi, in ipſo adhuc PLAVDITE ingenioſo, eius rei et hic exemplum edit ſuauiſſimum.

COMMENTARIVS IN PLAVTI CVRCVLIONEM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. *hoc noctis* tempore, tam multa nocte — 2. *ornatu* elegantiore, quam quo interdiu vteris, et, vt e v. 9. adparet, cum cereo funali — *pompa* cum ſeruis pluribus v. 74. — in *Φαίδρωμος* ſyllaba media quantitate quidem

Digitized by Google

longa est, sed adcentum spectans Plautus eam conripit, quod idem in Φιλιππος facere solet. Plura de hac re Scaliger habet — 3. *quo Venus Cupidoque imperat.* Rectius forsan nonnulli codd. habent: *quo Venus cupido* sc. mihi, *τῷ que* omisso — 4. *si* pro *siue* media nox est, siue etc. Sic Ennius: *si* viuimus, *siue* morimur — .. *si* etsi *statvs condictvs dies* iudicii causa constitutus *cum hoste* peregrino, explicat Festus; malim: cum aduersario quouis *intercedit* amori — 6. *tamen est eundum, quo imperant* Venus et Amor, *ingratiis* licet inuitus vadimonium deseras — 7. *at tandem ... tandem!* quo, sic agendo, res euadet? — *Ph. tandem!* indignans adolescens repetit: quid audes me monere? *es odiosus mihi* surdae ad monita tua aures meae sunt — 8. *nec memorabile* sic te non decet loqui — 9. *tute tibi puer es* ipse facis, quod serui esset officium? *lautus* quam optime potuisti ornatus *luces* ipse *cereum* ipse tibi cereum funale praefers! — 10. 11. *melliculo dulci meo* amicae meae, melle dulciori *egon* ipse *non feram apicularum opera congesta ex dulci oriundum* ceram (cereum) ab apibus cum melle congestum? — 12. *nam quo* quonam — 14. *plus anno* comice: iam dudum — 15. ostium *obclusissimum* esse, leno quidem volebat ibi habitans, quem vero Phaedr. videt, anu ianitrice ei fauente — 16. satis ridicule, inepte potius, salutat ostium, et, valeatne, tamquam amicum interrogat! Apud Ter. Eun. 2. 1. 19. Parmeno recte de vi amoris dicit: quid hoc est morbi? adeone homines inmutari ex amore! — 17. 18. sensus est: sanusne es, an ex febri ieiunioue deliras? Pro *caruisline tu febri* dicit *caruitne febris te* — 21. *muttit* leniter secum murmurat — 22. *illa* Planesium — 27. pro *sinit* magis placet mihi lectio *sinit* (adhuc) seu *sirit*, siuerit, sinere velit, quod sensus videtur postulare. Verba enim sunt optantis, vt non patiatur Iupiter, se turpe quid committere — 28. *amare* amorem *tuum* — 30. *intestabilis* proprie, qui ob infamiam aliquam testis in iudiciis non admittitur; tecte vero monere Palinurus putatur, caueat, ne maritus aut pater amicae deprenso testes exsecent — 31. *testibus praesentibus* ambigue, seu, vt non sit, quod magnopere timeas, si tuum homines amorem resciscant, seu, ne tristis cuiusquam vltio metuenda tibi sit — 33. *quin leno hic habitat* cuius in domo, quod dixisti metuendum non est. Ter. Eun. 5. 4. 38. *quis homo pro moecho vmquam vidit*

Digitized by Google

in domo meretricia prehendi quemquam? — 33. 34. hoc si est, nihil est periculi, istiusmodi enim in domo puellae palam sunt venales — 35 sq. apud lenones *via* est *publica*, cuiuis adire licet, abstineas modo a *fundo septo* a pudicis, seu, quae pudicae esse debent, nuptis, viduis, virginibus, pueris ingenuis — 38. praeterea ama, quod lubet — 40. *qui* Phaedr. porro vult narrare, *qui leno* etc. Palin. autem similat, se intellexisse *qui?* cur male iis precaris? et respondet *quia scelestam* etc. hominibus sceleſtis inseruiunt in sceleribus patrandis — 41. 42. quod Phaedr. indignans dicit *obloquere* pro obloqueris, interpellas, id Palin. se similat intellexisse imperatiue: interpella — 44. quod Phaedr. dixerat *ei*, Pal. inridens, quasi non intellexisset, quaerit: *nempe huic lenoni, qui hic habitat?* — 45. *ne exedat* alii legunt *excedat*, alii *excidat*. Varie explicant locum, et nonnulli perquam obscoene. Si *exedat* retineatur, intelligo *te*, i. e. si ancillula est, (v. 43.) minus formido, ne nimius tibi sumtus in eam sit impendendus; si *excedat* aut *excidat*, explico: si eam ego *teneo*, (v. 44.) minus formido, ne effugiat e manibus — *odiosus es* qui interpellas — 46. *meretricem facere* vendere — 47. 48. dixerat: *ea me deperit* et 48 dicit: *amo pariter simul*, ergo intercedebat inter eos *amor mutuus*. Versus igitur 47 *ego cum illa nolo facere mutuum* ludit in ambiguo, quod *mutuum* habemus nobis non est *proprium:* mihi non sufficit amor eius *mutuus*, sed v. 48. *proprium* eam mihi esse cupio, vt praeter me nemo ea potiatur — 49. *clandestinus amor* qualis tuus adhuc est — 50. *Iamne ea fert* Veneris *iugum?* cubitat tecum? — 51. *a me* quod ad me adtinet, sed v. 57. persuasit sibi, pudicam eam esse a viris omnibus — 52 ad 56. quod osculando Planesium *quidpiam impudicior* est, id Palinuro pudicitiam eius non inmerito facit suspectam — 57. Phaedr. eius pudicitiam quidem defendit — 58. Palin. vero: licet ab aliis pudica sit, lenonis tamen ipsius libidini diffidit (quem tamen pudice eam habuisse, licet inuitum, ex 5. 3. 20 sqq. adparet) — 60. *obpangere* ori *sauium* inprimere — *fugit*, quid? si arte tractat virum cupidum, vt illius animum inopia incendat? Ter. Heaut. 2. 2. 105 sq. — 61. *incubat* vid. not. ad 2. 1. 1. — 64. 65. *neque quidquam queo aequi bonique ab eo inpetrare* h. l. vt in poscendo aequior sit — 66. *quod* quae aequitas — 70. iocatur Pal., quod Ph. dixerat, se, quo se *verteret*, nescire, monet eum, in precandis

Digitized by Google

diis *dextroverſum* homines ſe *vertere* ſolere — 73. Pal. qui non videt, quid poſiturus ſit, iocatur: *an te ipſum?* — 74. cui ille: recte! me, te, hos omnes. Plures igitur ſecum duxit ſeruos, vnde v. 2. *pompa* — *vomeret* hoc nimium foret ientaculi, quo Venus obruta vomeret — 79. vinum *Chium* ſolebat bibi aqua non admiſta — 82. *neuis* non vis — 83. *iſtunc* puerum, *qui fert* vinum, *adflictum velim* ad terram datum, vt lagena frangatur potius, vinumque effundatur, quam ab anu iſta exſiccetur — 86. iſta anus omne vinum exhauriet, vt mare flumina recipit omnia — 90. *pulpamentum* cibus e *pulpa* carnoſiore leporis parte — v. 75 et 82. et ſc. 2. v. 13. *ſinus* vas ſinuoſum, rotundum capace alueo. vid. Rud. 5. 2. 32.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. 2. odorans vinum, quod Ph. ſc. 1. v. 92. foribus adſperſerat, lena prorepit — 2. *amos* pro amor, vt v. 9. *odos* pro odor — 3. quod Ph. ſc. 1. v. 9. lumen et vocem obcultarat, et forſan ioci cauſa via exceſſerat, rogat anus errabunda, ſeu potius cum puerili homine pueriliter ludens, *vbi eſt?* et, adſperſa forſan paucis guttulis, *prope me eſt! habeo! euax* laetantium eſt — 4. *Liberi lepos* ſuauiſſimum Bacchi donum — *veteris* ſatis erat, addit *vetuſti*, quam alteram vocem altiori voce extuliſſe putanda eſt — *nautea* Aſin. 5. 2. 44. — 6. *ſtacte* latex e myrrha intiſa ſudans — 7. *crocinum* vnguentum croci — *bdellium* gummi quoddam ſuaue olens — 11. *tecum* cum odore vini ſolo, vbi eſt *ipſus* Liberi lepos, vinum — 12. *inuergere* ſe, (inuergi) *ſino* — 13. *ductim* apud Ter. Adelph. 4. 3. 38. Syrus: ſorbillans paullatim — 15. *quadrantal* vas pedis quadrati, continens congios 8, ſeu ſextarios 48. adparet, hyperbolice dictum eſſe — 18. *naſum* genere neutro poſitum — 21. *vini pollens* qui multum vini adfero tibi — 27. *anus lepida* vid. ſc. 3. v. 11. — 28. *oculiſſime* qui meis mihi oculis es carior — 29. *barathrum* ventrem inſatiabilem — *cloacam* lenae ventrem — 31. libat quidem Veneri lena, ſed *paullulum*, et v. 32. *haud libenter* — *nam tibi* etc. ergo, quod tam multi tibi libant, paullulo potes eſſe contenta — Boxhorn. legi vult: *amantes propinant, et, vinum potantes, dant omnes* — 34. *hereditates* non ſegnes ſolent heredes eſſe in abſumendo vino, centum clauibus ſeruato, i. e. vetuſto — Hor. II. od. 14. v. 25. — 36. *huic* lenae *quid primum dicam* vtrum moneam,

Digitized by Google

ne vino se obruat nimio, an, vt Planesium adducat? Dixerat autem Ph. *perii!* pro: ah! suadet igitur Pal. v. 37. 38. vt idem dicat lenae *se periisse* sed hoc sensu: miserum se esse hominem! Aegre hoc Ph. fert *male tibi dii faciant* v. 38. sed Pal. v. 39. *dii isti* lenae hoc tuum *male tibi di faciant* — *lubet* plus vini bibere — 41. *bibit arcus* crediderunt prisci homines, iridem cornibus haurire aquam e fontibus — 43. *me periisse* quod Planesium nondum adest — 52. *bitere* est ire, venire — 53. *qui eget* pecunia — 54. *non ita res est* non egeo pecunia, nam etc. — *adeam ad fores, atque obcentem?* Merc. 2. 3. 73. *obcentent ostium* est, vt Festus explicat; connicium ante ostium faciant, et Pers. 4. 4. 20. *τῷ obcentabunt ostium* iungitur *exurent fores*, nostro vero loco aliam adnosci oportet significationem. Phaedr. enim, quum ad fores adisset, quomodo *obcentauit?* a vers. 60 ad 68. pessulos amatorio cantu obsecrauit, vt amicae suae copiam facerent, ad se exeundi. Graeci hoc vocant *ᾄδειν τὸ παρακλαυσίθυρον* — 60. vos pessulos *saluto* vt deos, a quibus salutem meam cupio impetratam — 63. *Lydi* alii *Ludii* de quibus vid. Aul. 2. 9. 6. Lydi saltationi dediti, quorum more in ludis Circensibus etc. Romae adolescentes saltabant, Ludii dicti — *barbari* Romani — vos pessuli *site Lydi*, nempe v. 64. *subsilite* ita subito retrahamini, vt exire possit ad me — v. 65. *quae mihi misero amanti ebibit sanguinem* cuius amore depereo.

IN ACTVS I. SCENAM III.

13. *subfundam* cardinibus *aquulam* paullum aquae, quominus versi strepitum faciant — 5. *conuadatus* es, qui coegisti me, vt me sisterem *vadimoniis veneriis* vi amoris, quouis vadimonio certiore. Bacch. 2. 2. 3. passiue dicitur: *vadatum* amore vinctumque — 6. hic versus in cod. quodam vetere non exstat, negligentia sine dubio librarii omissus, quod tres priores voces habet easdem, quas v. 5. — *libello venerio* qui me latitantem edicto quasi publice adfixo euocasti — 11. *lepidam* Phaedr. eodem sensu puellam laudat, quo sc. 2. v. 27. anum. Vtraque videtur ei lepore ac venustate adfluens. Anum vt *lepidam* dixit, Pal. tacet. quod ironice dictum putat; Planesium vero quum ob id, quod v. 9. dixerat, a Palinuro cuperet *lepidam* adnosci, hic quidem dicit *nimis lepida* est, at Ph. quod, inridentem eum laudasse non sentiens, laetus exclamat: *deus sum* liberius quidem Pal. mentem suam

Digitized by Google

aperit *immo homo es non magni pretii!* — 12. Ph. rogat: num vidisti hominem, cuius felicitas ad deorum vitam propius adcedat, quum talis mihi obtigerit amica? — 13. respondet Palin. id non video, sed hoc: *male valere te* animo, quod *aegre mihi est* — 14. minus enim, quam posses, occasione data vteris! — 16. puella ipsa videtur verecundiorem adolescentem ad plus audendum prouocare — 17. signum interrogandi, quod post *prohibet* in vett. edd. est, non erat abiiciendum — 20. 21. Tres in amore gradus *amare sane* sana mente, *insane* ita, vt mens perturbetur vehementius, *totum insanum* vt quis saluti suae vniuersae consulat pessime — 25. *peruigilare* respicit peruigilium Veneris, sacra eius nocturna — 26. nam *hoc* coelum, quod digito monstrat — 27. 28. *dormio.* Nulla dormienti quies, nec somnii vlla species, iucundior mihi exoptatiorque potest esse, quam haec Planesii praesentia — 29. monet mulierem, vt abire Phaedromum iubeat — 30. quo tu animo ferres, si Ph. te abigeret a cibo esurientem, eodem nos, si alter abigeret alterum amantem — 33. *etiam dispertimini* oscula? nullusne erit osculandi finis? — 34. *hoc odium* hic Palinurus. Saepius apud Plautum dicitur *odium* pro homine odioso, h. l. qui nos discedere iubet — *propudium* mulier abiectissima. Bacch. 4. 1. 7. puer vocatur propudium, quod fores pultare nescit; Poen. 1. 2. 60. meretrix, quod seruos spernit — 35. *oculi noctuini* quales noctuarum oculi sunt — 36. *persolla* persona minor, tantilla — 37. *pollucere* est sacrificare, saepius: conuiuis adponere cibos. *Virgis polluctus* caesus — 39. *hem tibi* verberans Pal. dicit — 40. Inridens tamen Pal. auxilium contra verberantem inplorat ab ipsa ea Venere, cui Phaedromum v. 25. peruigilium vouisse iocatus erat, quam vnum ob causam *Noctuvigilam* eam adpellat — intelligit Phaedr. inrisionem *pergin etiam verbero?* et ipse pugnos ingerere pergit — 41. deprecatur quidem Planesium, non vero Palinuro parcens, sed molliculis Phaedromi manibus — 42. turpiter agis — 45. 46. explicant: *Ph.* modestus amator auro mihi videtur praestantior Epid. 3. 3. 30. *Pa.* et mihi sanus herus praestantior aurichalco. Aurichalcum enim non, quod nos vocamus, sed metallum veteres putasse dicuntur, ex auro, aere, cadmea terra compositum, auro ipso praestantius. Commentitium vero esse, nec in rerum natura exstitisse, Aristoteles docet. Salmasius vult, non

Digitized by Google

praepoſuiſſe Palinurum aurichalcum auro, ſed comico luſu obpoſuiſſe auro rem viliorem — 49. *amore ſubreptitio* furtivo, clandeſtino — 53. *liberalem liberem* libertate donem, qua es digna — 56. *iſtóc verbo* quod ſi vere dixiſti, *vindictam para* cura, vt me liberes — 57. *eme, ne rogites* nullo absterreare pretio a me emenda, ne venditori melior ſit conditio exſpectanda. conf. Capt. 1. 2. 76. — *peruincas pretio tuo* maiori me pretio emas, quam alius quis obferat.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1 ad 7. Cappadox ſecum, e fano Aeſculapii exiens — 1. Qui a deo aliquo auxilium, aut per ſomnium certe petebant conſilium, incubare ſolebant eius in fano aliquo. Sic Latinus Fauno in luco Albuneae incubuit, Deum de nuptiis filiae conſulturus. Virg. Aen. 7. v. 81. 88 ſqq. Aegrotum quidem Cappadocem Aeſculapii in fano incubuiſſe, ſupra 1. 1. 62 ſq. dictum eſt — 3. *vt qui* vid. infra ſc. 2. v. 11. 12. — 4. *laborem*, obpoſitum valetudini, adparet eſſe morbum, qui et Graecis *πόνος* dicitur — 5. *quaſi zona* etc. lien intumuit — 6. *geminos* etc. vtrimque, a dextra et a laeua venter mihi distenditur, ac ſi geminos eo feram — V. 8 ad 13. Palinurus Phaedromo, intus manenti, e domo egrediens clamat — 10. *non* nondum — 12. *tormento ferreo* catena ferrea. Sic apud Apuleium *tormentum ſtuppeum* eſt funis, et apud Caeſarem eſt: *praeſectis crinibus tormenta efficere.* Paraſitus, niſi argenti cauſa morandum ei eſſet, nulla ſe re pateretur retineri — 13. *eſum* vſitatius quam Priſciani *eſtum* Men. 3. 1. 11. qui *eſum* neque vocantur neque vocant Stich. 1. 3. 28. nulli negare ſoleo, ſi qui *eſum* me vocat — ad *praeſepim ſuam* ad menſam regis ſui — 14. *quoiam* pro *cuiam* quod idem eſt ac *cuius* — 16. ventre *conlatitio* turgido — oculis *herbeis* felineis, cuiusmodi fere Planeſii oculos 1. 3. 25. eſſe dicebat — 19. *ſcelerum caput* lenones quidem ignominioſas eiusmodi adpellationes, adſueti, parum curabant — 20. *viuo* quidem — 21. lien *necat* miſerrimum me facit — *renes dolent* ex renibus doleo — 22. *pulmones* lobi pulmonis *distrahuntur* aegre funguntur miniſterio ſuo — 23. *radices cordis pereunt* cor adnexum eſt pulmonibus, qui ſi distrahuntur, illud quaſi radicitus perit — *hirae* Feſtus inteſtinum explicat, quod vocant ieiunum, Nonius pro aliis etiam inteſtinis

Digitized by Google

docet ſumi — 24. Pal. quaſi medicus, lamentis aegroti auditis, dicturum ſe ſimilat, qui ille morbus ſit, quo laboret, ridicule vero dicit, eo ipſo eum dolore adfici, quo ipſe ſe adfici erat queſtus: cruciatur iecur, ergo concludo morbum tuum eſſe hepatarium — 25. Capp. igitur; facile eſt, miſerum inridere — 25 ad 28. locus obſcurior, ad quem explicandum, quae viris doctis in mentem venerunt, omnia excerpere, operae non eſt pretium. Dicere Pal. videtur: non diuturniores erunt tui ex inteſtinis dolores, poſt dies enim non ita multos moriere. Hoc vero exprimit ſcurrili, quem ſerui amabant, ioco vſus. *Quin tù aliquot dies perdura* dolores tuos patienter feras *dum inteſtina exputeſcunt tibi* dum, quidquid in inteſtinis tuis ſani ſupereſt, in putredinem abit, *nunc* interea *ſi id feceris* patienter dolores pertuleris *dum ſalſura ſat bona eſt* dum muria ſatis condita erunt inteſtina tua, i. e. dum nihil ſani in inteſtinis tuis ſupererit, *venire poteris inteſtinis vilior* viliori pretio, inteſtinis de pondere corporis tui detractis, ſeu, ſine inteſtinis eris, ab iis non amplius poteris cruciari — 29. Non reſpondet ad haec Cappadox, ſed queritur *lien dierectus, eſt* distentus, vt, qui in crucem acti ſunt. vid. Capt. 3. 4, 103. — 31. *coniecturam* coniectores vocantur ſomniorum interpretes — 33. *hic homo eſt δεινοτατος* ego ſum, *ſolus qui ſciat* qui prae ceteris ſcientiam teneam — *diuinitus ſcire* diuinare, ſomnia interpretari.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *quin depromuntur* Palinurus igitur Phaedromi fuit atrienſis — *paraſito* Curculioni — 4. *ad me refers* vt interpretationem ſomnii tui faciam (oneirocriten igitur me eſſe concedis, te ipſo peritiorem) — 6. *narra* refer — 7. *operam vt det* dummodo auſcultet, et, quam veriſſime poteſt, interpretetur — 9. *tametſi non noui* ambigue dictum. Capp. intelligit *non noui te*, eſſe vero etiam poteſt *non noui artem* ſomniorum interpretandorum, *dabo* tibi tamen eam operam, vt auſcultem — 10. *viſus ſum viderier*, pro quo verbo poſuere quidam *tuerier*, ſed licet mallem legi *videre*, tamen nihil muto. Si poſt *viderier* deleatur comma, ponaturque poſt *ſum*, iungo *viſus ſum* mihi, pro: viſum eſt mihi *videri Aeſculapium ſedere* etc. — 13. *ſcilicet* manifeſtum eſt; ſequente adcuſatiuo cum infinitiuo. Sic Rud. 2. 3. 64. nunc *eam ſcilicet abiuiſſe* peſſum in

Digitized by Google

altum. Ter. Heaut. 5. 1. 19. continuo *iniecisse* verba tibi *Dromonem scilicet* — 14. *illi* dii — 16. *incubare Iovi* in templo Iovis — 17. *qui tibi auxilium* etc. explicant: qui peieranti tibi indulsit tamen, et auxiliator fuit, alios fraudanti. Malim tamen ironice: cuius, per eam saepe iurando, numen tibi sanctissimum esse declarasti — 18. 19. iuraui quidem per Iovem, sed leno sum, quem peieraſſe nemo nescit, quare eius in templo incubandi locus mihi non potest praeberi — Carpendus Plautus non est, qui Cappadocem Epidauri in Peloponneso viuentem de Capitolio loqui facit. Grandiora enim Iovis templa et extra Italiam capitolia dici coepta esse, Gruterus pluribus probauit — 24. Palinurus postquam, quae opus erant, depromserat, regrediens e domo Curculionem conspicit, e Caria redeuntem, quare Phaedromum laetus euocat.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1 ad 19. Aeque quum verbis quidem horribiles, tum vero reapse vanae atque ridiculae, ac hoc loco Curculionis, in Capt. 4. 2. 10 sqq. Ergasili quoque sunt comminationes. Imitatus hanc rationem Terentius est Adelph. 3. 2. *nunc illud est* a versu praecipue 13 *nihil est, quod malim;* in eo tamen differunt, vt Ergasilus et Curculio laetum, Terentii autem Geta tristem adportet nuntium; sed Phorm. 5. 7. *o fortuna* seruus etiam rem adfert laetissimam — 6. *strategus* qui exercitui praeest, praetor. *tyrannus* rerum potitus, potens — *agoranomus* v. Capt. 4. 2. 44. — 7. *demarchus* tribunus plebis — *comarchus* magister vici — 8. *semitam*, prope aedes peditibus relinquendam, distinguit a *via*, qua in media platea vehuntur plaustra. *De semita* se, non secedentem, quemque praecipitem minatur in viam esse daturum — 9 ad 16. vulgus philosophorum graecorum maledico videtur dente carpere — *capite operto*, tecto, togae seu pallii lacinia capiti iniecta incedebant modo aegri mollioresque homines, et h. l. nihil agentes — 10. *qui incedunt subfarcinati* sub pallio onerati — *sportulis* quae reliquiis de mensa dinitum refertae sunt — 11. *constant* obuius alter alteri subsistunt — *conferunt sermones inter se* confabulantur — *drapetae* fugitiui, per coenae tempus patrono erant dediti, nunc dimissi in libertatem se restitutos esse gaudent, vt serui fugitiui solent — 12. *obstant, obsistunt* iter facientibus, seu *incedunt* simul *cum suis sententiis* de aliqua re disputantes —

Digitized by Google

13. in quouis *thermopolio* caupona, vbi calida venduntur, videre licet hosce philosophastros — 14. *vbi quid subripuerunt* pauxillum pecuniae comparserunt, seu, quouis modo conraserunt — *calidum* vinum, aqua mistum, *bibunt*, id quod non in vsu solum, sed in deliciis erat. Mil. 3. 2. 19. vnde Trin. 4. 3. 7. *thermopotare gutturem* proluere guttur potione calida — 16. *polenta* hordeo frixo, et in farinam molito, vescebantur, qui tenuiter viuebant, vt philosophi, Stoici in primis. Curculio igitur, *exciam ex istis* pugnos in ventrem ingerendo *crepitum* ventris *polentarium*, qui polentam oleat — 17. 18. ferui *scurrarum* oppidanorum elegantiorum, qui seruos alebant magis luxus causa, quam vtilitatis e labore eorum capiendae. Horum igitur seruis satis temporis ad lusum subpetebat — *datatim ludere* est pila ludere. *datores* dicebantur, qui pilas dabant, *factores* qui eas feriebant. Ludentium autem plures esse poterant factiones seu partes. Lambinus tamen Gronoviusque adludi volunt ad turpem verborum significationem. Ennius apud Isidorum de muliere dicit: *quasi in choro pila ludens datatim dat se, et communem facit*; Pomponius autem: *quum datatim in lecto tecum lusi*; hoc vero loco de lusu pilae sermo est, in via publica, medio quidem die — *subdam sub solum*, soleam calceamentorum, vt Bacch. 2. 3. 98. qui soccis habeat auro subpactum solum, h. l. omnes pedibus proteram — 21. *vitare* cum dativo *infortunio*. sic Caes. 2. 2. 35. *huic verbo vitato* — 20. *Recte hic monstrat* seruorum vitia *si imperare posset* vellem modo, ea esse eum auctoritate, vt mutare posset — *mos* seruorum — 21. *seruitium* vulgus seruorum *profecto* etc. non ferendi sunt — 22. *genium meum* qui me alit. Sic Capt. 4. 2. 99. Men. 1. 2. 29. — 26. *Opportunitas*, Εὐκαιρία, dea, cuius beneficio euenit aliquid eo ipso tempore, quo exoptatissimum nobis est vtilissimumque. Sic Pseud. 2. 3. 3. *ipsa mihi Opportunitas non potuit obportunius aduenire* — *spes meae* v. 28. argentum, in Caria mutuo sumtum, quo Planesium redimam, sed v. 29. spes cibariae, prandium paratum. vid. supr. 7. 2. 2. Curc. animo se linqui similat — 31. *retine me obsecro* ne collabar. Sic apud Ter. Heaut. 2. 3. 23. Antiphila, Clinia repente viso, animo se sentiens linqui, Bacchidi clamat: *ah! retine me, obsecro!* — 33. *cum aqua* qua adspergatur. Sic apud Plautum saepe — 34. aqua *frustulenta* frustis carnium efferta — 35. *Vae capiti tuo* intelligere

Digitized by Google

incipit, eum non nisi prandium desiderare — 35. 36. 37. Phaedr. intelligit *facite ventum*, commate post *ventum*; non vero Curc. vult, ventulum sibi fieri, sed *facite, ventum vt gaudeam*, commate post *facite*, vt gaudeam, me venisse, i. e. date mihi prandium — 39. *os amarum* quia ieiunus sum — *dentes plenos* Meursius vult *blennos* stupidos; intelligit forsan: qui diu non exerciti mandendi artem dedidicerunt. Salmasius *plenos* explicat: prae longa edendi inertia situ obductos, crassiores itaque obtusosque — *lippire* est oculorum stillantium, seu pituita obductorum; iocatur igitur, fauces saliua concretiore exsiccari — 40. *laxis lactibus*. Sunt autem *lactes* intestina tenuiora, canales abducentes in intestina alia, quae stomachus coxit. Hae lactes vacuitate laxantur, saturitate distenduntur — 41. Si dicis *aliquid*, incertum relinquis, quid? et quantum sit? — *malo, certum* nominari, quid sit, vt, lautumne satisque multum sit, sciam — 43. quod v. 23. proprie dixerat *mihi hoc homine conuento opus est* id hic iocose *dentibus meis opus est illis* eduliis conuentis — 44. vid. Capt. Act. 4. *perna* sc. 2. v. 70. *sumen* sc. 3. v. 4. *glandium* sc. 4. v. 7. — *abdomen* suis — 47. *ita me amabit* etc. per Planesium, amicam suam, iurat — 49. *inuenire possim* Lamb. intelligit: argentum; sed Douza, quod questus Phaedr. erat *perdidisti me*, Curculionem dicere vult: inuenire possim *te*, i. e. seruare, vt perditus non sis. Sic et v. 56. PH. *perdis me* — CV. *seruo te* — 52. *scires* est: iussit me certiorem facere te; ideoque post *scires* ponendum est colon; *velle* cupere quidem *gratiam tuam* gratificari tibi, *noluit* nolle vero *frustrari* promittere, quod praestare nequeat — 53. *vt decet* etc. conf. Ter. Andr. 4. 1. 5 sq. *id est genus hominum pessimum, in denegando modo quibus pudor paululum adest, post, vbi iam tempus est, promissa perfici, tum, coacti, necessario se aperiunt, et timent, et tamen res cogit, denegare!* — 60. *quid veniam* in *Cariam* — 61. *animi causa* sine certo negotio, animi relaxandi causa — 71. *religio fuit* quid enim parasito exoptatius est, quam spes coenatica? — 73. *non moror diem* licet coenae tempus nondum adsit, mox tamen coenare cupio, *neque nocti noceri*, quod, cras profecturus, nocti quietem debeo — 77. *inuocat Planesium* vid. Capt. 1. 1. 5. — 78. *iacit voltorios quatuor* qui iactus plerumque vocatur *Canis*, omnium infeliciissimus, quando quatuor tali pari situ in dorsum subsilirent. Quia, qui

Digitized by Google

Canem fecit, quod posuit, perdidit, hos talos Curc. *vulturios* vocat, *rapaces* — 79. Ingeniose quidem Tan. Faber pro *Herculem* coniicit *Ferculam*, quasi ferculorum deam, quam recte posset nutricem suam adpellare; alii *Herculeam;* alii, post *nutricem* puncto posito, *Hercule*, quam adfirmationem cum *iacto basilicum* iungunt; alii aliter. Equidem nihil mutandum censeo, sed Curculionem, quum inuocaret *Herculem*, digitum intendisse in militem, hoc quidem die *nutritorem* suum, quod vero amicae inuocari solebant, non amici, pro *nutritorem* dixisse *nutricem*, et, quo magis videretur absonum, *Herculem* dici nutri*cem*, eo magis scurram speraſſe, fore, quod vellet vt cachinno benignus hospes suus concuteretur. sed vide Trinum. 2. 4. 111. — 80. *iacto basilicum* iactum, *Venerem*, qui iactus talos omnes diuersa ostendebat figura, quem, quod feliciſſimus putabatur omnium, *basilicum* seu regium vocat — 81. *caput deponit* ebrius obdormit, natantia lumina soluuntur (Virg. Aen. 5. 856.) — 83. *quo saturi solent* secedere me, alui exonerandae causa — 84. *protinam se dare* propere abire. Cas. 5. 3. 16. *hoc dabo protinam, et fugiam.* Bacch. 3. 1. 7. *me continuo contuli protinam in pedes* — 87. *obtrudamus* deuoremus. Stich. 4. 2. 13. obstrusi — 88. *stabilimenta* Hor. 2. Sat. 3. v. 153. 4. *deficient* inopem *venae te, ni* cibus atque *ingens adcedat stomacho fultura* ruenti — 90. *hic* Palinurus.

IN ACTVM III.

A versu 1 ad 13 Lyco, solus in scena, secum loquitur — 1. *beatus* diues *videor* aliis — *subduxi ratiunculam* h. l. contuli inter se summam aeris mei, et, quod contraxi, alieni. Omnino est *computare* Capt. 1. 2. 89. — 5. *quum belle recogito* quid faciendum mihi sit mecum reputo. *velle* pro *belle* vitiose ab aliquo scriptum videtur, nec τὸ *velle* sc. meum, pro: quid velim, positum a Plauto arbitror — 6. *me instabunt* alii legunt *mi* pro *mihi* — *ad Praetorem subferam* patiar me trahi, in ius vocari? deliberantis verba sunt, quare signum interrogandi posui — 8. *poscat* argentum — 9. *poscat clarius* clamore magno et multum flagitet — *pugnis rem soluant* vt pro argento reddendo pugnos ingerant — 10. 11. Charisius vult *mature* significare quum *tarde* tum *cito*, et explicat locum: qui *tarde* quaesiuit pecuniam, nec *cito* pepercit, *cito* esuriet. Alii: qui *mature* quo primo tempore potuit quaes.

Digitized by Google

pec., nisi *mature* mox eam parsit, *mature* mox esuriet. Forsan: qui, licet *mature* tempore constituto, pecuniam poscat sibi debitam, nisi pecuniam *mature* aliunde *comparsit* aliam, *mature* mox esuriet: spes pecuniae debitae, statuto tempore adcipiendae, ita eum fallet, vt, nisi aliunde paratam habeat, inopia mox prematur — 12. 13. *puerum vsurarium* explicant *catamitum*, (Men. 1. 2. 35. Ganymedem, exoletum) quod eodem sensu *vsurarium* dici putant, quo in Amph. *vsurariam vxorem*. Nihil aliud vero h. l. quam queritur, sibi ne ad necessarias quidem res pecuniam subpetere. *Cupio aliquem emere puerum* seruum, qui in negotiis mihi adsit *qui* vero *vsurarius nunc mihi quaeratur* alienus seruus mercede conducendus est, nam *vsus* (opus) *est pecunia*, parcendum est pecuniae, quae in seruum emendum foret impendenda, — 14. Curculio ex aedibus Phaedromi cum Palinuro prodit, cui a versu 14 ad 21 loquitur, Lycone interea Aesculapium salutante. Sunt quidem, qui v. 14. 15. Phaedromo dici putent a Curculione discedente, sed non discedit ab eo, cui haec dicit, Curculio, quod eidem v. 20 adhuc dicit *sequere me: similabo quasi non nouerim*. Ipse autem Phaedromus, si cum Curc. prodiisset, quae eius erat stultitia, omnem sine dubio rem disturbasset. — *Nil tu monueris me saturum* quod satur sum satis consilia subpetunt, Act. 2. sc. 3. v. 89. — 18. *reliquias* promiserat Phaed. sc. sup. v. 42. quas quum comesse non potuisset, earum tamen reliquiarum reliquiis, in ventre suo recondendis, cellam se reliquisse iocatur — 19. *operto capite* vid. Amph. 5. 1. 42. — 20. *sequere me* e longinquo, ne sentiat Lyco, nos esse notos inter nos. Cuicumque, qui in scena erat, licet esset mutus, tamen, vt iam dixi, erat agendum, i. e. ita se debebat gerere, vt spectatores oblectaret. Apud veteres quidem hac re consulebatur iis, qui vltima spectarent linea, nec, quae dicerentur, possent intelligere; omnino vero, et apud nos, eum ego histrionem, qui, ore mutus, corpore loqui nescit, haud magni pretii esse arbitror. — 23. Plin. 11. 37. qui altero oculo orbi nascerentur, *Coclites* vocabantur. Cyclopas fabula depingit coclites, et gentem Sarmaticam Arimaspórum. Apud Romanos vero erat cognomen, licet non vnoculorum, et Horatius Cocles omnibus notus est. — 24. *hoc* vulnus, quo alter mihi oculus effossus est, *ictum est mihi catapulta* in bello, apud *Sicyonem* nobilem Peloponnesi vrbem, inter Corinthum et Argolidis fines sitam — 26. *aula*

Digitized by Google

quaſſa vid. Capt. 1. 1. 21. — 27. *ſuperſtitioſus*, hariolus, qui praeterita et futura ſcit, quae humanitus ſcire non poſſet. Amph. 1. 1. 167. — 29. pro *intus* Gruterus coniicit *incuſſum*, Gronovius *virtutis*, Acidalius *ictus*, Pareus *vlcus*, Salmaſius *inuſtum*. Vulgo explicant *in ore meo*. Quid probandum prae ceteris videatur, difficile eſt dictu; facile autem eſt coniecturarum numerum augere. quid? ſi *intus* deprauatum eſſe dicam ex *intuitus?* — 30. *incomitiare* Feſtus dicit ſignificare tale conuicium, pro quo neceſſe ſit in comitium, hoc eſt, in conuentum venire. Vox eſt comice ficta: ne quid iniurioſe in me dicas. Curculio finxit eam forſan ex *comis* negante *in* praefixo: ne dicas, quod *non come* ſit — 31. Lyco autem deriuat a *comitium*, et aeque comica licentia fingit verbum *inforare*, a *forum* — 32. *cuiatis* nominatiuus, minus vſitatus eſt nomin. *cuias*. Sic et Men. 2. 2. 66: vnde es? vnde venis? a quo miſſus? — 40. *dum ſcribo* eius nomen *expleui totas ceras* tabellas ceratas quatuor. Explicant: dum ei per ſyngraphan ob adceptam pecuniam caueo. ſed mercatores, quae in negotiis ſcribunt, paucis complecti ſolent; Lyco perſtringere mihi videtur longitudinem nominis, quaſi plures tabellas expleat — 43. *Summanus* deus aliquis, de quo Ovid. ipſe Faſt. 6. 731: *quisquis is eſt*. Bacch. 4. 8. 54. inter medios alios deos nominatus ſcribitur *Submanus*. Plutonem quidam eſſe putant, qui omnes homines auidiſſime rapere, et quemcumque ſoleat *ὑποχείριον ποιεῖν*, vt omnes tandem *ſub manu* eius ſint, quare verbum *ſubmanare*, inde fictum, idem ſit, quod rapere — 45. pro *obdormiui* Lambinus et Scaliger volunt *obdormiuit* ſc. herus meus. Nolui vero ita edere, quod *obdormiui* iocoſe dictum puto pro *obdormiuiſſe me ſimilaui* — 54. *diſſicit* pro *diſſecat* — 56. *profecto* (quidam *perfectum*) ſine mora ac fruſtratione — 61. *hamum vorat* vt piſcis; fraudem, qua capitur, non ſentit. Truc. 1. 1. 21. de amatore dicitur — 62. *tecum oro*, te. vid. Caſ. 2. 5. 16. — 68. *nudius quartus* nunc dies eſt quartus — 69. ſtatuam *dare* ponere, dedicare — *auream* auratam, inauratam. Addit quidem *ſolidam ex auro*, ſed Lyco non miratur, quod iactanter modo additum ſcit — 72 ad 78. veras fictasque regiones nationesque promiſcue nominat, exigua Lyconis ſcientia fretus geographica — 74. *Perediae* ab edendo, *Perbibeſiae* nomen a bibendo edax bibaxque homo fingit — 75. *Centauromachiam* Theſſaliam, Centaurorum patriam, videtur

Digitized by Google

significare, Epidauro propiorem quidem, quam vt de rebus ibi gestis multa conari deberet mentiri, sed certus est, Lyconem non Thessaliam cogitaturum esse, sed remotissimam regionem aliquam sibi ignotam — *Classiam Vnomammiam* exercitum Amazonum, quae alteram mammam exussisse paruulis dicuntur. *Classem* ponit pro *exercitum*, et pro Classem *Classiam*, vt Classia et Vnomammia duae videantur esse regiones diuersae — 76. *Conterebromiam* Libyae partem vini feracem, a *Bromius*, quod Bacchi cognomen est, pro *uvis* positi, et a *contero* pro *calco* uvas — 80. *concluſi* omnes isti populi — 82. *te esse ab illo* missum, eius esse libertum — *nam ita nugas blatis* herum tuum scio magnum esse nugatorem, quare non mirum est, et te adsueuisse nugis proferendis. *blatire nugas* legitur et Amph. 2. 1. 79. et *blatis* confingis, Epid. 3. 1. 13. — 84. *te absoluam* argentum dabo lenoni, vt is tibi det virginem. supra v. 66. — 88. *iuratus sum* Lambinus putat: me virginem Phaedromo traditurum. Sed 4. 4. 10. leno dicit: quod fui iuratus, feci; et v. 25. ego illam reddidi, qui argentum *a te* adtulit. Iuratus ergo est Therapontigono.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

De *Choragio* vid. Capt. Prol. 61. — De *Choro* Hor. Art. poet. v. 193 sq. Auctoris partes chorus officiumque virile defendat, et v. 202 sqq. tibia; non, vt nunc orichalco vincta, tubaeque aemula, sed tenuis simplexque, foramine pauco adspirare, et adesse choris erat vtilis, v. 282 sqq. sed in vitium libertas excidit, dignam lege regi. Lex est adcepta, chorusque turpiter obticuit, sublato iure nocendi etc. Inter actum igitur et actum vnus olim prodibat, mox ciuium vitia recensens, mox tibia canens simplici; posteaquam vero censor ille iussus obticuit, concentus ille musicus plenior suauiorque redditus est. — De Chorago vide Pers. 1. 3. 77 sqq. *To.* Tuam gnatam ornatam adduce lepide, in peregrinum modum. *SA.* Πόθεν ornamenta? *To.* Abs Chorago sumito, dare debet; praebenda aediles locarunt. Item Trin. 4. 2. 16. ipse ornamenta a Chorago haec sumsit suo periculo. — In Curculione loquitur Choragus, qui v. 3. 4. ornamenta praebuit, inter tertium et quartum actum, et a versu 5 ciuium vitia recenset, sed quae dicit, quasi actus quarti pars, scena eius inscripta sunt prima.

Digitized by Google

1. *nugatorem lepidum* qui nugando fallere callet — 2. *Halophanta* vox comice ficta, ad formam *Sycophanta*, quae vox hominem significat, qui fucum alicui facit, vt hic Curculio Lyconi et Cappadoci. *Halòphantae* autem vocem Canterus, recte opinor, significare dicit: indutum habitu nautico seu marino, quandoquidem Curc. e Caria modo per mare Epidaurum adpulerat — 3. ornamenta autem nautica Choragus praebuerat Phaedromi periculo, Phaedromo damnum praestante — 6 ad 8. commonstrare, *quo in loco* vrbis alicuius non nisi vitiosi et improbi reperiantur homines, ea quidem libertas in vitium excidisse putanda est, et digna, quae lege coerceatur — 9. *Comitium* locus ad forum romanum, curiae proximus, vbi non comitia solum magistratuum creandorum habebantur, sed iudicia etiam exercebantur. Ibi ad puteal Libonis, quod ara fuisse videtur ad laeuam curiae, solebat iurari, et Poen. 3. 2. 7. *comitiales homines* dicuntur, qui religionem iuris iurandi parum colebant, qui quotidie in foro operam et fidem exponebant venalem, perhibendisque testimoniis dabant operam — 10. *Cloacina* seu *Cluacina* cognomen Veneris, quod alii a *luere* purgare deriuant, alii a *cluere* nominari, in quo inest celebritatis sensus. Hoc in loco Plautus ipse multum versatus esse dicitur — 11. *diuites, damnosos maritos*, qui, neglectis vxoribus, scorta venantur, sub *basilica*, vnde *subbasilicani* dicti, otiosi — 12. *scorta exoleta* mares libidini venales, *quique* etc. qui mercede pacta prostituere se solent — 13. *symbolarum conlatores* qui quaerunt, quibuscum de symbolis edant — 15. *propter Canalem*. Festus: *Canalicolae* forenses homines pauperes dicti, quod circa canalem fori consisterent — *ostentatores meri* qui, quales se esse ostentant, non sunt, quorum ostentatio inanis est — 16. *Lacum* intellige *Curtium*, qui licet Plauti aetate exsiccatus fuerit, at nomen tamen loco haesit — 19. *sub Veteribus* tabernis — 20. *credas male* vnde frustra repetas — 21. *sese venditant* lenones, scorta, vnde Horat.: *Tusci turba impia vici* — 22. *in Velabro* vid. Capt. 3. 1. 29. — 23. Gronov. expl. *vel qui ipsi vortant* mutent merces, manuscularii negotiatores, *vel praebeant* merces institoribus, quibus exerceant negociationem sub aliis (subuorsent) quas merces mutent dominorum vice. Turnebus vero explicat: vel qui ipsi fallant, vel qui alios fallendos praebeant. Ductum putat *vertere* a piscibus, qui, dum assantur, vertuntur.

Digitized by Google

Lambinus *vertere* positum putat pro *euertere*. Forsan notat Plautus nobiliores quosdam, qui, quum ipsos puderet mercaturae minutae, lucrum tamen per alios inde petebant: non omnes, qui negotiantur, vortunt merces *suas*, nonnullis merces praebentur ab aliis, qui subuorsantur, obculte per eos negotiantur — 24. *Leucad. Oppiae* intelligere Plautus putatur domum libertae Oppiorum, Leucadiae vocatae, in foro habitantis, ad quam damnosi mariti (v. 11) deuertere solebant.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. *tu* Planesium — *non queo* etc. ridicule dicit *pone* a tergo sibi non esse oculos — 2. lenoni Curc. dicit: *aiebat* Therapontigonus — quidquid *haec* Planesium — vestem *suam esse* suo aere emtam — 4. 5. *hanc liberali causa manu adsereret*, euinceret, ingenuam esse, et iniuria aliqua seruam factam — 7. *et commemini esse* etc. hoc promissum a lenone esse, si Curculio a milite audiuisset, non tacuisset supra, quum Phaedromo, quae cum milite egerat, narraret omnia. Nunc vero, vt primum audiuit, callide adripit, quasi pro milite sollicitus — 8. *memini* me promisisse, *et mancipio tibi dabo* eam, vt tua adcipientis fiat, dominiumque in te transferatur, meo, si quis manu eam adserat, periculo — 9. *lingua* Asin. 2. 2. 26 sq. serui vocatur *patrona*, quae pro illo peieret, h. l. lenonis *vna serua*, qua abiuret sibi credita — 12. *nec vobis*, quando emitis mancipium *auctor vllus est*, an is, a quo emitis, verus rei, quam emitis, dominus sit, id parum curatis; *nec vosmet* auctores *estis illi*, cui venditis, vt metuendum ei non sit, ne alienum vendideritis, quod mox a vero domino repetatur — 13. 19. *meo animo* ex mea sententia — 14. *pedes* pediculi — 19. *luscus* i. q. Act. 3. v. 22. vnoculus, cocles — 20. *vos* trapezitas *eodem* pretio *pono et paro* non meliores lenonibus esse iudico — *parissimi* eiusdem farinae estis — *iibus* pro *iis*, sed Mil. 1. 1. 74. Rud. Prol. 73. Truc. 1. 2. 14. est *ibus* — 23. *rogitationes* leges tribunitias, plebiscita — 24. *rogatas* confirmatas — *rimam* effugium, vt inpune habeatis maleficia — 25. Vt aquam feruentem metuunt, mox, vbi refrixit, omnes facile tangunt, sic vos a legibus cauetis, recens latis, mox vero vim earum eluditis. — 26. pro *au!* cum Meursio lego *haud*, quod in codice aliquo reperit, et post prius *male* atque post *meditate* commata pono, verbaque lenoni

Digitized by Google

tribuo. Vt Lyco v. 19. de lenonibus dicta adprobauit, sic Cappadox nunc vicissim de trapezitis adiecta: *Tu, haud male,* non inmerentibus, sed *meditate*, adv. re adcurate perpensa, *male dicax* maledicus *es* trapezitis — 28. *maledictum* inmerenti quidem dictum, *benedictum* est i. e. maledictum esse desinit; 27. merenti vero dictum maledictum est? 29. nec eget, vt alter, aeque merens, alteri recte dictum esse consentiat, tu vero et leno et trapezita aeque merentes estis, *neutrum moror mancipem* — 32. *eduxi* Terent. quoque *educere* plerumque ponit pro *educare* — 33. *malum* ambigue dictum, v. Amph. 2. 2. 91. — 34. Planesium amat Phaedromum; *plorat* igitur, quod se militi venditam esse putat — *bene vendidi ego te* Planesium quasi consolaturus videri vult dixisse: hero vendita es, qui nihil apud se tibi desieri patietur, quin benigne praebeatur; ipse vero gaudet, *se bene* i. e. magno cum lucro *eam vendidisse*, vt a versu 41. vberius exponit — 35. *fac sis bonae frugi* ita te geras suadeo, vt exspectationi noui heri satis facias — sequere istum *bella belle* inridens. Sic Asin. 3. 3. 86. *i sane bella belle* — 39. *decem minas* pro auro et veste v. 2. 3. 65.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

1. Pro *iratus sum* tumidius miles *incedo iratus iracundia* et ne hoc quidem satis ei est: 2. *eapse* ea ipsa iracundia, qua *condidici* consueui vrbes exscindere vi captas — 3. *propere properas dare* sine vlla mora reddis — 4. *deposiui* deposui — *propera* confestim para te *vitam ponere* mortem mea manu pati — 5. 6. perridicule Lyco militis tela retorquet in ipsum: *non mediocri* etc. *eopse illo quo* etc. — 7. *facias ferocem* superbe respondeas. Most. 4. 2. 9. *ferocem facis* est superbis — *aut subplicare censeas* neque ita te geras, ac si precario argentum abs te petam — 9. *quum credebam* quum tuae fidei committebam pecuniam, *credidi* fore putaui, praeuidi. — 10. Vix maior potest insolentia cogitari, quam haec Lyconis est: si diffisus es fidei meae *cur nunc a me igitur repetis pecuniam?* — 13. *tabulas* vid. 2. 3. 90. et act. 3. v. 59 sqq. — 14. *somnias* dicis — 16. *latronum* militum. Varro 6. 3. desinat vocem a *latus:* qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum. vid. Mil. 4. 1. 3. *qui latrones, quos conduxi, ad Seleucum ducerent, qui eius regnum tutarentur.* et Poen. 3. 3. 50. Mallem tamen pro *latronum*

Digitized by Google

lectionem reperiri *patronum*. Namque apud Ter. in Adelph. Dram. Secund. sc. 5. postquam Syrus manu a Micione missus est, Demea dicit: siquidem porro, Micio huic aliquid paululum prae manu dederis, vnde vtatur, reddet tibi cito, et addit: Micionem eo *suum patroni officium esse facturum*. Hoc igitur beneficium qui libertis negabant, eos nostro loco Lyco *libertos deferere* dicit — 20. *quis* vt *queis* pro: quibus — inridet Lyco militem, qui rem publicam et priuatam gessisse volebat videri — 21. *tibi res soluta est* argentum a te adceptum solui, *recte* sicuti ipse praescripseras — *bellator* ironice *vale* — 22. TH. *quid valeam? LY. aegrota* igitur! — 23. *me feciſſe regibus, vt* i. q. me feciſſe, vt reges — 24. *vmbraticus* opponitur regibus: homo ex infima plebis faece. Truc. 2. 7. 49. dicitur *vmbraticola*.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1. Hic versus *cui dii sunt propitii, ei non sunt irati* similis quidem videtur Capt. Prol. v. 1. 2. *hi stant, non sedent* sed non locari lenonem adparet, si, quod res postulat, explices: *cui dii* in re aliqua, quam impetrare, ad salutem eius maxime interest, *sunt propitii*, ei deos non iratos esse palam fit. Leno 2. 1. 2 sqq. et 2. 3. 10 sqq. Aesculapium sibi iratum esse, erat questus, quod idem et alios deos facere, coquus ei persuaserat, nunc vero, quum Planesium, decem minis emtam, triginta minis vendidit, et decem praeterea minas pro auro et veste Lyconi extorsit, nunc, tanto se beneficio diuino adfectum putat, vt eos sibi non posse iratos esse confidat — 3. priusquam *trapezita exsulatum abierit* aere alieno obpressus foro cedat. Aeque iocose de iuuene est Merc. Prol. 43. res eius *exsulatum* ad meretricem abibat — 4. *comedim* comedam — *iusseram saluere te* domi tuae fui, te quaesiui — 6. *hodie apud me numquam dilinges salem* ne tenuiter quidem apud me victitabis, nedum vt coena tibi detur aduentitia — 7. *bene vocas!* iron. — Stich. 3. 2. 18. *vocata est opera* alio iam ad coenam vocatus sum. Ita etiam nostro loco explicant *verum vocata res est;* huic autem explicationi non conuenit, quod sequitur: *vt male sit tibi*. Verbum *voco* miles retinet, et in mente habere videtur: *res* negotium nostrum *vocata est* in eum locum *vt male sit tibi* — 8. *meum mercimonium* Planesium. Et Merc. 3. 1. 2. serua emta dicitur *mercimonium* — 9. *ne facias testes*,

Digitized by Google

teſtes facere poſſes, *fuiſſe* eam apud me, non vero, eam adhuc apud me *eſſe* — 12. *vapulare te iubebo* dicebant eodem ſenſu, quo *abi in malam rem.* Serua quum herae, Papiriae, incogitans dixiſſet: *vapula Papiria* in prouerbium hoc abiit — 13. *tu auferere hinc a me* ita mulcari te iubebo, vt abire nequeas, ſed auferendus ſis. Conf. Amph. 1. 1. 201. *ſuperbum te faciam* quod v. 202. explicat *auferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumſero* — 17. *pugnae proeliares obtritae iacent* res a me bello geſtae ita ſpernuntur, vt iſtiusmodi homuncio me non metuat? — 20. *Iam ego* etc. in tam minuta ego te fruſta concidam, quae ipſae poſſint formicae in diuerſa trudere ſeu auehere — 21. *volſella* forcipis genus, quo pilos radicitus exſtirpabant, a *vello* — 22. *amaſſint* amauerint — *axiciam* Turnebus vult eſſe forficem ad capillos ſecandos, quaſi *exſiciam* ab *exſecare.* Lambinus legit: *excutia* et interpretatur: paruas ſcopas, quibus puluis e veſtibus *excutitur* — *linteum exterſum* rectius forſan Palmerius *exterſui* linteum ad extergendum comparatum — 29. ſenſus: miles egregie deceptus eſt. *Centuriare* eſt, militem cohorti, centuriae, manipulo adſcribere, *manipulus* autem *expunctus* eſt exauctoratus, dimiſſus. Scholiaſtes Perſii *expungam* explicat: tractum a militibus, qui *expuncti* dicuntur, dum foras a militia emittuntur. — 30. *in tritico* etc. iocoſe. *Curculiones* ſunt vermiculi, atro colore, qui in granariis frumenta adrodunt; differunt a *tineis granellis*, quae albae ſunt — 33. *mihi eſſe os oblitum*, alias *ſublitum* me deceptum eſſe. vid. Aul. 4. 6. 2. Capt. 3. 4. 123.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *Antiquom poetam* operae pretium non fecerunt, qui, quis ille poeta fuerit, multis diſputauere — 2. *mulieres duas peiores eſſe, quam vnam* Plerique cum Boxhorn. explicant: omnis mulier mala eſt, duae igitur vna peiores, quippe malum malo additum eſt. Iam id, quod ponunt, falſum eſt iniuriumque; quis enim in vtroque ſexu bonos neget cum malis hominibus reperiri miſtos? quod ſi vero concedamus: omnem mulierem eſſe malam, quid relinqueretur acuminis in ſententia a Plauto laudata? duos v. c. colaphos peiores eſſe, quam vnum, id quidem omnes ſciunt pueri. Sententia diſſuadet connubium vnius viri cum mulieribus duabus, licet vtraque bona ſit, vni tamen viro iunctae peiores erunt quauis muliere mala. Apud Ter. igitur Phorm. 4. 6. 27. Chremes filiae ſuae metuens

Digitized by Google

exclamat: duasne is vxores habet? — 7. *manum abripuit mordicus* momordit manum meam, vt prae dolore annulum mitterem — 8. *Caniculam* Planesium, cane mordaciorem.

IN ACTVS V. SCENAM II.

2. *Magna res est* graui de causa eum non amittendum esse censeo — Phaedr. quasi puella dixisset: magna res *tua* est, ludit in ambiguitate vocis *res:* nulla est mihi, nullae sunt opes meae, quas habui (magna ex parte certe, erant enim adhuc plures serui, et tantum, vt alere posset parasitum) absumsi! — Acidalius *celeriter* iungendum putat cum *tene;* alii legunt *teneo* sc. Curculionem — 4. 5. Planesium vno tenore dicit: *pater istum meus gestitauit, et mater ei* patri *vtendum dederat.* Quae Curculio bis interloquitur, eius, quam mentiri putat, inridendae causa dicit, primum: *at mea matertera,* matris soror, gestitauit, magis adhuc ridiculum est, quam si dixisset *mater mea;* deinde: *pater tuus rursum tibi* annulum dedit, iure igitur annulum repetis: mater dedit eum patri, pater tibi, ergo tuus est. — 6. *nugas garris* profers — *propter eas viuo facilius* nugarum tractatio propria est parasitorum prouincia, quibus victum quaerunt — 7. *quid nunc?* quid exinde poteris probare, si matris patrisque tui hunc annulum fuisse credamus? — *parentesne* etc. hoc ipso annulo potero forsan parentes inuestigare meos, quod tu prohibes, annulum mihi denegando, aut, vnde habeas, tacendo — 10. *tibi* Phaedromo; quum enim narraret rem, Planesium adhuc erat in potestate lenonis — 13. *tribus bolis* talorum iactibus. Rud. 2. 3. 30. — *in chlamydem* vt ponas chlamydem, quam et ipsam felici iactu auferam, vt nuper annulum — 14. *boletis* et *bulbis* dicit per paronomasiam seu agnominationem, quod hae voces habent syllabas et literas cum voce *bolus* communes; dicit autem, auersari se bolum, iactum, aeque, ac *boletum* speciem fungi, et *bulbum* de quo Celsus 2. 18. *omnes bulbi, in quibus cepam quoque et allium numero* — 15. *tricas* nugas — 21. *quadruplicem* Lamb. actione furti manifesti, qua persequimur quadrupli poenam — 23. *in ius* metonymice: in locum iudiciorum, ad praetorem — *licet te antestari? τὸ te* in nonnullis codd. deest. — Apud veteres qui aduersarium in ius pertrahere volebat, aliquem de praesentibus *antestabatur* antea, i. e. testem faciebat 4. 4. 9. eius adtingens auriculam, et interrogans: *licet ne antestari?* Illo autem

Digitized by Google

respondente *licet*, tum iniecta manu aduersarium in ius rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat, serui non poterant testes capi. cf. Pers. 4. 9. 10. — miles ipse: *non licet;* quia neminem liberum adesse putabat — 24. *intestatus viuito?* contra quem testes capere non liceat? *intestatum* quidam explicant: rei Venereae ineptum — 25. *at ego* liber sum, *quem licet te* antestari — 26. *hem, tibi* verberantis est — 27. *o ciues! ciues!* Curculio quiritat, ob vim sibi a milite factam — *quid clamas* qui annulum mihi subripuisti, et nunc testem te obfers contra me, num iniuria te adfectum putas? *istum tactio* vid. Aul. 3. 2. 9. — 28. verba: *ego illum tibi dedam?* militi tribuo: egone patiar, vt tu huncce testem contra me capias? cui Phaedr. *tace* aliam nunc rem ex te quaeram — 31. *quem hic te eluſit* talis tecum ludendo lucratus est — *per tua genua* prouoluta ad genua tua, quare miles v. 36. *surge!* — 33. *quderatis chlamydem et machaeram* se praedam eum ab hostibus fecisse gloriatur — 34. *fastidit* spernit Phaedromum rogantem, et Planesium flexis genibus obsecrantem, *gloriosus* vt magnificum se faciat — pulcra vero puella, subplex et lacrumans, mitiorem facit militem *mitte istum* Phaedromum, ab eo a me redi, *ego* cet. — 35. *nihil est, quidquid ille dicit:* quid aliud putatis militem dicturum, quam praedam esse hunc annulum ex hoste a se caeso? — 37. repetit puella, laetissima exspectatione plena: *Periphanes?* hoc enim et sui patris nomen esse scit — 40. *Pietatem* inuocat, vt deam: *serua* me, a me semper maxime *seruata*, culta — 45. *me* quadrimam fere aut sexennem. Si enim rapta esset minor, minus, quae sciebat, scire potuisset, si maior, prius sine dubio parentes inuestigasset — *Dionysia* Bacchi sacra — 47. *ventus turbo*, qui repentinis flatibus omnia turbat Trin. 4. 1. 16. turbines venti. — *spectacula ruunt* aulaea et cetera instrumenta scenica — 51. vulgo: *meministine hanc* quam lectionem qui defendunt, non inepte quidem dicunt, admirantis esse verba, non interrogantis. Sed non mirum est, quod commune videmus omnibus esse paruulis, vt, quae res vehementius sensus eorum feriant, earum per omnem vitam imaginem animo inpressam retineant viuidissimam. Planesium, quae patris, matris, nutricis nomen adhuc sciebat, quid? quod annulum patris adnouerat, quid mirum erat, rei non esse oblitam, quae tanto inpetu perciuerat eam, fortunamque eius immane quantum inmutauerat? Recte, opinor, emendauit Gulielmus *memini isthanc turbam fieri,*

Digitized by Google

quae recordatio magni erat momenti, ad eum de veracitate Planesii conuincendum — 60. *coena sororia* ob repertam agnitamque sororem — 65. *verum hercle dico* vulgo militi tribuunt, rectius vero quidam Curculioni, qui ridicule adseuerat, serio se dotem constituere dictam — 67. *repromisit* stipulanti mihi — 76. *thesaurum meum* miles lenonem dicit, a quo triginta minas suas erat repetiturus. Sic Bacch. 4. 3. 25. *tuam copiam* eccum, *Chrysalum* video. — Eccum regit et lenonem et thesaurum — *incedit* tardo gradu mouet se, vt solent meditabundi. Palmerius pro *incedit* vult *incudem*, quem verberibus habebo vt incudem, donec numos procudam. Boxhorn. vero: eccum lenonem, *incidi in* thesaurum meum.

IN ACTVS V. SCENAM III.

1. ad 8. Obscurus sane locus, at interpretum facibus obscurior adhuc redditus, vt, quid super eo dicam, vix reperiam. Hoc quidem certum videtur, lenonem, quod tribus prioribus dixit versibus, quinque sequentibus exemplo suo ire comprobatum. Exemplum vero hoc est: decem minas, quas Therapontigonus Lyconi tradiderat, pro auro et veste Planesii lenoni soluendas, hic, haud quidem sine summa difficultate, at extorsit tamen ab argentario. His praemissis vt textus sit adcommodatior, v. 2. pro vulgari *et bene, et male*, cum Lambino ponendum putaui *nec bene, nec male*, et v. 3. pro *Non male* recepi *Num male* quod Pareus ex vett. edd. reuocauit.

1. *qui aiunt* vniuerse — *nugas praedicant* non satis adcurate loquuntur — 2. nam *nec bene* iis credi dico, quia aegre saepe numero, quae credideris, recuperabis — 3. si vero *male creditur* iis, *qui*, quod creditum est, *numquam reddunt sed omne* debitum *prorsus perit* — 2. hoc quidem sensu *nec male* iis creditur, extorqueri tamen interdum debitum potest, *id adeo hodie ego expertus sum* — 4. *velut* exempli causa *decem minas* pro auro et vestibus Planesii, *dum* Lyco *soluit omnis mensas* omnium aliorum argentariorum *transiit* ad decem istas minas conrogandas — 5. *postquam nihil fit* quum non daretur ei pecunia mutua — *clamore* quo citius pudore coactus me absolueret *hominem posco* argentum mihi soluendum — *apud Praetorem* explicat Lambin. per cessionem bonorum. Metuit forsan leno longinquitatem iudiciorum, inpensas faciendas, incertumque litis exitum — 7. pro *compulerunt* Salmasius mauult *contulerunt*, et de erano, seu stipe conlatitia multa

Digitized by Google

docte disserit, sed v. 5. *nihil fiebat*, et soluit tandem *domo*, quod Gruterus recte, opinor, explicat *de arca*, de pecunia domi suae repolita, quod vt faceret *compulerunt* eum amici, qui fidem eius prorsus concidere nolebant — 8. *domum properare* ad pecuniam adceptam in tuto conlocandam — 10. *tibi* Therap. — 11. *tecum* Phaedr. — *aut* plura dicturum Therap. interpellat — *pilum catapultarium* quod catapulta eiicitur — 12. *catapulta* ipsa pro pilo vt Act. 3. v. 28. — 13. 14. homines *delicati catellos*, vt melitaeos, secum patiebantur cubare, sed ferreum quoque vinculum quoddam vocabatur *catellus* — 14. *robusto carcere* in arcas ex robore factas includebantur serui, poenae causa — 17. pro *intestatum* Nannius mauult *inantestatum* quod in cod. quodam legitur, *inattestatum* — *abripi* ad poenam trahi — 19. quasi *condemnatum* at codd. quidam et edd. vet. rectius forsan legunt *indemnatum* adhuc a praetore — 21. *Aesculapio huic* cuius fanum hic prope vides — *ei gratiam habe quom pudica es* quod rectam corporis valetudinem lenoni non restituit v. 2. 2. 10 sqq. — 22. *quoquo posset mitteret* non est: vendidisset te, nam vendiderat; nec esse potest: mitteret aliis quaestuariam, id enim corpus lenonis adfectum non impediebat; sed, *si-valuisset*, iam pridem ipse pudicitiam tuam inminuisset, curam tui pudice habendae quouis gentium mitteret — 27. *qui* qua ratione, sed Phaedr. inridens respondet *lingua* — 33. *quid? negas?* et 34. *me ipso praesente, et Lycone trapezita* et v. 35. *non taceo* cum Pareo tribuo Curculioni, adfirmanti, quod 4. 2. 4 sq. audierat — 33. *CA. Non taces?* contemtim rogat: talem vero homuncionem, qualis tu es, testem reiicio — 35. post *non* signum pono interrogandi. Verba: *non? ego te flocci facio! ne me territes* Leno dicit Curculioni. — Versus, qui vulgo sunt 40. 41. 42. 43. Acidalius alio ponendos suadet ordine, qui mihi videtur verissimus, idemque *tu me sequere* recte tribuit Cappadoci — 42. *in neruo* compedibus, seu carcere ipso *iacebis*. — 45. *ad praetorem* vt iure iurando adfirmaret, se nihil militi debere — 46. *ne tu me nescias* minantis est: ne opinere, nullas mihi vires esse tui perdendi. Vult forsan, militem aut potentes metuere homines, qui interdum lenonum vtuntur opera, aut magicas artes, et quae eiusmodi sunt — 47. ridens vero miles: *itane vero?* et, pugnos suos minaciter ponderans, vitae suae metuentem ad soluendum argentum adigit.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI CASINAM.

IN PROLOGVM.

De auctore Prologi vide Argumentum — *Fides* dea, maximi facere dicitur, qui ipsam maximi faciant, vt Curc. 5. 2. 4. Pietas dea seruare iubetur eam, a qua ipsa sit seruata — 5. 6. Pindarus quidem aliter videtur iudicare αἶνει παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων nec vero omnis fabula vetus abhorrens et incondita est, nec omnis noua excellens — 8. *ante* sc. nouas fabulas, i. e. magis quam nouas — 10. *quam noui numi* asses bello punico primo sex partibus prodiudebantur leuiores, quam antea, et bello punico secundo, quo tempore Plautus scripsit, iterum dimidio leuiores, quam primo — 13. *antiquam*, iam ante aliquot annos primum editam — 14. *in senioribus* centuriis, qui nunc estis. Inde enim a Seruio Tullio centurias fuisse constat alias *seniorum*, alias *iuniorum* — 17. *vicit omnes fabulas* prae ceteris placuit — 18. *flos poetarum fuit* plures Roma habuit poetas nobilissimos — 19. *abierunt in communem locum*, Orcum, mortui sunt. Artemid. L. 1. c. 83. κοινὸς ὁ τόπος καλεῖται ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος. Hor. 2. carm. 3. v. 15. *omnes eodem cogimur.* — 20. *absentes* mortui *praesentibus* viuis *prosunt* scriptis suis — 22. *nostrum Gregem* histriones hanc fabulam acturos — 23. *curam atque* ob *aes alienum* — 24. *flagitatorem suum* creditorem inportunum. Most. 3. 2. 81. *flagitator adstat vsque ad ostium* — 25. *Ludi sunt* spectaculorum publicorum tempus est, quo *ludus datus est argentariis* feriandum est argentariis a negotiis suis — 26. Alcyone, certior facta, Ceyca coniugem naufragio periisse, in fluctus se praecipitatura mutatur in auem, quae Alcyone seu Alcedo vocatur, cui quum Ceyx esset redditus, et ipse eiusdem speciei auis factus, Ovid. Metam. 11. v. 744 sq. *fiunt parentes, perque dies placidos hiberno tempore septem incubat Alcyone pendentibus aequore nidis. Tum via tuta maris, ventos custodit et arcet Aeolus egresſu* etc. Illi dies vocabantur *Alcyonei* de quibus Poen. 1. 2. 142 sq. *peristi nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare*

Digitized by Google

est olim, quum ibi alcedo pullos educit suos. Nostro loco hi dies vocantur *Alcedonia* sc. tempora, forumque per ludos tam tranquillum esse dicitur (negotiis vacuum), quam isto tempore mare. — 27. *ratione vtuntur* hoc per otium rationes suas subducunt, computant, quibus ipsi debeant, et qui ipsis. Seu: hac ratione vtuntur, vt, quod ludis non licet iis poscere alios, *secundum ludos* ludis peractis credant, nec sibi reddendum esse aliis, quae poscantur — 29. *vacuae aures* quibus flagitator non est molestus — 31. 32. κληρούμενοι fortientes — 34. *latranti nomine* vid. Argumentum — 37. *cubare* interdum dicitur pro *aegrotare*, vt graecum κεῖσθαι, non vero omnis in lecto cubans aegrotus est — 49. *efflictim* vehementer. Merc. 2. 3. 107. efflictim perit eius amore — 53. *eii* anatique pro *ei* — 54. *excubias foris* quacum cubitans ab vxore non deprehendatur — 55. *armigerum* seruum Chalinum vid. 2. 3. 39. — 57. *intra praesepes suas* domi suae, in potestate sua. Rud. 4. 3. 39. *intra praesepes meas* domum meam — 63. *scienti eius* amoris filii — 64 ad 66. iocose excusat, quod filius hac in fabula non prodit in scenam — 68. seruorum e iure romano ciuili non erant iustae nuptiae, nec, vt Varro dicit, mulieres eorum *vxores* vocabantur, sed *coniunctae* — 72. *in nostra terra* in Italia, inter Apulos — 73. 74. quod de nuptiis seruilibus hos apud populos curatis dicit, comice confictum esse putandum est — 75. 76. qui vult, deponat pignus, quod et ego faciam, ea lege vt pro pignere victi ematur vrna mulsi — post versum 77 exspectans quasi, vt quis pignus deponat, paullisper tacet, itemque v. 78. post *nunc* — 83. *in hac quidem Comoedia* quamdiu fabulae haec agetur — 84. *mox* etc. Statius de puellis in scenam Romae productis: huc intrant *faciles emi puellae*. Prostibula enim, per ludos in scenam producta, perditorum deinde hominum exponebantur libidini — 86. *ibit nuptum* ad explendam cuiuscumque amatoris voluptatem *non manebit auspices* auspices pronubi παράνυμφοι in nuptiis probarum, vt, quod conuentum erat, rite fieret, curabant.

IN ACTVM I.

1. Intellige: quam odiosum est mihi *non mihi licere — rem* amorem — 3. *sequi* consectari, παρατηρεῖσθαι — 7. *sutelae* vt Capt. 3. 5. 34. dolosae actiones. Amph. 1. 1. 211. *consuti* doli — 10. pro *reptas* Lambinus mauult *reflas* et pro *hic* ponit *non*, in neutro quidem omni codicum

Digitized by Google

auctoritate deſtitutus. Vulgarem autem lectionem magis Plautinam, et poſt *villice* interrogandi, poſt *pretii* autem exclamandi ſignum ponendum eſſe puto: *Villice* tu, cuius curae villa eſt mandata, *quid in vrbe reptas?* quo verbo illud *reſtas* (diutius, quam opus eſt, moraris) continetur non modo, ſed ſenectutis ſimul exprobratio ineſt. *hic* in vrbe *magni pretii* villicus es! ironice; quam parum tibi villa curae ſit, turpiter prodis — 15. *dierectus* vid. Capt. 3. 4. 103. — 18. *quod* id, cuius cauſa *veni in vrbem* et quidem *huc* has in aedes — nonnulli codd. habent *niſi inpetrauero* quam apoſiopeſin eſſe dicunt neſcio quam, verius dicerent, ei, quod Olympionem cogitaſſe oportet, repugnare. Malunt igitur quidam *ſi inpetrauero*, quod *ſi* interdum ponitur pro ſimul atque: veriſſime autem Gruterus reſtituit *vbi*. Inuenit enim in Cod. Pal. pr. vocem duabus expreſſam literis, inequitante ſcilicet *i* characteri *n*, in quem *u*, vt ſaepe, degeneraſſe putat, *u* vero et *i*, ita conlocatis, exprimere ſcribae ſolebant *vbi* — 24. pro *potior*, quod in codd. eſt, vulgata lectio poſt Ald. eſt *potitor*, ſed *tu eius potior* eſt: tu eius compos *fias* — 25. *te in laqueum induas* ſuspendio licet moriare — 30. *lucebis facem* δαδουχήσις. Sic Curc. 1. 1. 9. *luces cereum*. Seruus, cuius id muneris erat, δαδοῦχος — 31. *inprobus* vilis, abiectus. Muretus ſuſpicatur: ominoſum fuiſſe habitum, creditumque, qui nouae nuptae facem luxiſſent, eos poſtea nihili fore. Id ſi ex aliis Veterum locis ſuſpicatus eſt clariōribus, et hoc loco adfirmari poteſt, quare verſus 30 et 31, commate modo poſt *facem* poſito, diſiunxi, et comma inter *poſtilla* et *vt* deleui, vt ſenſus eſſet: *vt poſtero tempore*. Sed 4. 2. 17. Olympio ipſe ſibi δαδοῦχος fuiſſe videtur — 32. *poſt id locorum* deinde — 33. pro *ſemita* Meurſius ſcribit vna *ſemina* ἀρχαικῶς pro *hemina*, vas ad hauriendum perquam exiguum, dimidius fere ſextarius, quorum 48 demum amphoram complent. Aquarii officium quam moleſtum ſeruis viſum ſit, ex Amph. 2. 2. 41 ſq. patet, Olympio autem Chalino id inſuper quam moleſtiſſimum minatur redditurum — 37. *poſtilena* lorum incuruum ſub caudis iumentorum — 38. *aceruum* Turnebus explicat: niſi, vt mures de aceruo ederis. Salmaſius legi vult: niſi *acer boum* ederis, paleam nempe, vt boues. Veteres autem pro *acus* dixiſſe *acer*, e genitiuo *aceris* patere putat. Alii *acus eruum* pro *erui*, alii *aceratum* acere miſtum. Quod vero homines non magis vt boues acere, quam vt lumbrici terra

Digitized by Google

veſci poſſunt viuique ſeruari, Olympionem adparet hyperbolice de cibo loqui, qui eſſe poſſit viliſſimus — 39. *quod poſtules* intelligi volunt: non eſt, quod poſt. Senſus: ſi cibum poſtules meliorem, magis eſculentum — 40. *numquam edepol!* fruſtra poſtulabis. *edepol* enim a *ieiunium* diſiungendum eſt, quod cum emphali iteratur — 40. 41. *ieiunium, ieiunium eſt* ſi, quem cibum dedero, ſpreueris, ieiunus per me maneas — *aeque* perpetuum *atque* donec — *reddibo* pro *reddam* — 43. *condigne* eodem modo Aul. 3. 4. 6. condigne perdidit me. Capt. 1. 2. 22. condigne moratus eſt. Bacch. 3. 2. 8. condigne fecit technam. Men. 5. 5. 8. condigne fecit. Poen. 2. 17. condigne aiebat. Hoc vero Caſinae loco iunctum eſt cum ablatiuo *te*, quare explico: itidem, vt te dignum eſt — 44. *in feneſtram* anguſtum aliquem carcerem — *mea mellilla* qui mihi melle dulcior es — 49. *meus feſtus dies* o ſuauiſſime rerum. Sic apud Ter. Eun. 3. 5. 12. Chaerea Antiphonem blande putatur adloqui: *o feſtus dies hominis! amice ſalue!* ſed poſt *hominis* ponendum ibi puto ſignum exclamandi, et Chaeream, priusquam adloquitur Antiphonem: *amice* erumpere gaudium ſuum: *o feſtus dies hominis!* vt in Andria Pamphilus exclamat: *o fauſtum et felicem hunc diem!*

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *obſignate* ancillis dicit, annulum tradens, quem ſtatim ad ſe referri iubet — 5. *St!* ſequente *tace*, abeſſe quidem poſſet, nec vero quae inuenitur lectio *Sta*, praeferenda videtur, quid eſſet enim *Sta atque abi!* coniectura autem *iſta tace* haud quidem inconueniens eſſet, quoad ſenſum, literam vero *i* excidiſſe volunt, quod vltima praecedentis verbi litera *i* eſt. Eadem Cleoſtrata vero et ſc. ſq. v. 36. dicit *St! tace.* — 12. ad *Acheruntis pabulum* citari ſolet Hor. 2. od. 3. v. 24. *victima Orci*, minus apte opinor. Horatius enim vitam omnium neceſſitati miſeratur deberi, Cleoſtrata autem maritum iudicat dignum, qui in Orcum detrudatur — 13. *flagitii perſequentem* vlciſcar, angam maritum, qui perſequitur flagitia. *Perſequens* autem adiectiue poſitum eſt cum genitiuo, vt amans flagitii. Acidalius vero diuinat *flagitii praeſepe*, quod anteceſſit *pabulum* et ſequitur *ſtabulum* — 15. *ipſa*, ea vicina, ad quam volui transire — 16. *non per tempus* non opportune.

Digitized by Google

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *comites* ancillae — 2. *ecquis* etc. negligentiores viſas increpat — *hic ero* monſtrat Cleoſtratae domum — 4. *calvitur* decipit *manus*, vt deſidant, obdormiſco — 11. *idem mihi eſt diuidiae* moleſtiae, dolori. Sic et Bacch. 4. 6. 1. res eſt magnae diuidiae mihi. Merc. 3. 4. 34. tibi iſtuc dividiae eſt. Stich. 1. 1. 19. hae res mihi diuidiae et ſenio ſunt. Stich. 3. 1. 40. in diuidiam veniam. Cod. vero et edd. ante Lambinum habent *diuiduae* mens mea doloris tui ſocia eſt — 16. *ius* hoc, quale ſit, ipſa v. 22 ſqq. explicat — 20. 21. *nam viri* etc. ſaepe viri per contumaciam mulierum ius ſuum non obtinent — 25. *nos ſumus* ſolae non modo, ſed altera quoque, quae alterius fidei mandat, fido certa eſt recondi pectore — 26. mulierem probam nihil peculii habere decet, quod, quale et vnde ſit, maritus neſciat — 27. *quae* mulier *habet* peculium clam viro *partum, ei haud commodi* minus recte partum *eſt* — 28. ſeu virum defraudauit, ſeu ſtupro adquiſiuit — 33. *deliquum eſt* deeſt, quando tibi quidem non denegetur, quod herae debetur — 35. *vitare* cum datiuo, vt Curc. 2. 3. 19. h. l. *huic verbo vitato abs tuo marito* vitato altercationem cum viro, ſi quam amare eum ſentias v. 31. 32. — 38. 39. ad *amabo* vsque loquitur Cleoſtrata, et ab *inpetras* ad *vale* Murrhina — 40. *igitur* pro *tum* apud Plautum ſaepe obcurrit. Amph. 1. 1, 55. ſeſe *igitur* expugnaſſere. Mil. 3. 1. 177. quando habeo, *igitur* rationem dabo. Additur et *tum*. Moſt. 1. 2. 51. *igitur tum* cernitur. Saepe additur *demum* Amph. 1. 3. 16. *igitur demum* faciam. Moſt. 2. 1. 33. miſerum eſt, *igitur demum* fodere puteum, vbi ſitias. Rud. 4. 2. 25. vbi liber ero, *igitur demum* inſtruam agrum. Additur inſuper *tunc* Merc. 3. 2. 9. *demum igitur* quum ſenex ſis, *tunc* in otium te conloces. Iungitur etiam *deinde* Stich. 1. 2. 29. id agam *igitur deinde*, vt animus meus erit.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. *amor anteuenit* praeſtat, cum datiuo, vt Trin. 4. 2. 66. *temperi* tempeſtiue *huic hodie anteueni*, ſic hic *nitidis* hominibus elegantibus *omnibus rebus et nitoribus* quibuscumque ornamentis et vnguentis niteant, i. e. qui amat, elegantiae ſtudioſior eſt, quam qui ornatur ſibi — 2. *potis* eſt — *quod plus ſalis habeat* quod ingenioſiorem aliquem reddat, ad excogitanda ea, quibus placeat, *plus*

Digitized by Google

leporis venuſtatis — 3 ſq. *cocos* etc. amicae quidem non inuenuſte diceret, praeſentiam eius epulis vel adparatiſſimis condimentum demum eſſe dulciſſimum, at amanti tamen ignoſcendum eſt, ſi, quae fieri nequeant, cum aliqua certe amoris ſui teſtificatione nugetur — 9. *magis initio* magis quam vmquam antea. Sed Gulielm. legi vult *magis niteo — antideo* anteeo — 10. *myropolas* vnguentarios *ſollicito* quaerendo vnguenta, quae prae ceteris emam. Ter. Heaut. 3. 1. 52. omnes habui *ſollicitos* variis miniſteriis distractos, obcupatos — 12. incautius loquutus vxorem tandem videt adſtare, et, quam modo doluerat *viuere*, et adhuc *malam rem* vocat, blande tamen v. 13. adpellat — 17. *non potes inpetrare* vt te non amem — quod mulier dixerat *enecas*, ambigue reſpondet *vera dicas velim*, quod vult ab ea intelligi *ne tuum mei amorem diſſimiles*, ipſe vero putat: *vellem me enecare te* quem ſenſum mulier capiens dicit *credo ego iſtuc tibi* exoptatam tibi eſſe mortem meam — 22. *culex* feminine *cana*, ignominioſe dictum. Culicem nemo neſcit eſſe moleſtiſſimum, canities vero ſenectutem amatori exprobrat. Turpe ſenilis amor! — 25. *commentatus eſt* Lambinus mutatum cupit *commentus eſt* mendacium. Ita certe illud, ironice dictum, eſt explicandum — 26. *omnia, quae tu vis* adſentientis eſſe putatur, et eſſe poteſt, hoc vero loco verba mihi potius eſſe videntur: litigii taedio non refellentis — id ipſum vero, quod, quae criminata erat, aegre ferebat ſperni, magis adhuc incendit eam: *vbi in luſtra iacuiſti?* pro *in luſtris*. Exempla, non quidem imitanda, at rara tamen non ſunt, vbi *in*, vt hic, pro ablatiuo cum adcuſatiuo, et viciſſim pro adcuſatiuo cum ablatiuo ponitur. Cicero ipſe habet: eſſe *in* poteſtatem, et Varro: ciues redigere ex vrbe *in agris* — 28. *ignauiorem* in rebus domeſticis familiaribusque tuendis — 29. vnde *is* i. e. veniſti iam — tu, homo *nihili* — *vbi luſtratus es* quo iam e luſtro prorepſiſti — 30. pallium *rugat* rugis prodit, quam indecore te geſſeris — *infelicitent* Gruterus mavult *infelicent*. Aliis certe locis Merc. 2. 3. 99. eſt: iſtunc dii *infelicent* et Poen. 2. v. 1. di illum *infelicent* omnes — 32. Grutero adridet: iam ſatis vxor *es* pro vulgari *eſt*. Apud Ter. quidem Heaut. 5. 3. 4. Chremes nomen ſexus facit nomen ignominiae *pergin mulier eſſe?* hoc vero Caſinae loco ſi Plautus id voluiſſet, dicendum erat: iam ſatis vxor *fuiſti*. Quid velit Stalin. ſequentia ſat clare dicunt —

Digitized by Google

tinnis Poen. Prol. v. 33. matronae *cancra voce* ſua *tinnire* temperent — 33. ne exhaurias hoc vno die omnem tuam maledicendi copiam, vt cras tibi, quae in me maledicta figas, ſuperſint! — Poſt *litiges* virum puto indignantem ſe repente auertiſſe, quum vero vxor non amplius putaret inſtigandum taceretque, tempus ſeni videtur eſſe, periculum faciendi, poſſitne iam inpetrare ab ea, quod cupiebat — 34. commata poſt *animum* et poſt *vt* ponenda, poſt *potius* vero delendum eſt. Iungenda enim *potius vt id facias*, quare non erat, cur Pareus poſt *facias* ſuum *potius* intruderet — 39. *armiger*, quem v. 44. *ſcutigerulum* vocat, Horatio *ſtipator*, *ſatelles* eſt, Graecis σωματοφύλαξ, δορυφόρος, ὁπλοφόρος. Dicebantur et *Statores* a ſtando, *adparitores* ab adparendo. — 44. *ſcutigerulum* vocat per contemtum, qui Trin. 3. 2. 95. vocatur *cacula militaris* (a κακὸς inbellis), δοῦλος στρατιώτου, calo, lixa — 49. *frigiuttire* eſt fringillarum aliorumque auium minorum, deinde h. l. vultu, geſtu prodere, quod voce non poſſis audeasve proferre — 53. *inpetraſſere* me inpetraturum eſſe.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

1. *Qui* vtinam, cohaeret cum iis, quae Stal. ſcenae prioris v. vlt. abeunte vxore dixerat, et additurus quaedam de eo eſt, conſpecto vero Chalino prodeunte reticet ea, et inprecatur: vtinam *illum dii omnes deaeque perdant!* — 3. *porrectiore* hilariori *fronte*. Sic Ter. Adelph. 5. 7. 53. da te hodie mihi, *exporge frontem*. Horat. 1. ep. 18. v. 94. deme ſupercilio nubem — 4. quod vult dicere: ſtultus eſſem, ſi tibi eſſem triſtis, cuius in poteſtate ſum! id ſententiae veſtitum induit. Ita enim, qui, quod ſe eſſe aut feciſſe non facile negare poſſunt, cauſam, cur id eſſe aut feciſſe non debeat proferendo, negatum ire ſolent — 5. *intelligo* Chal. ironice dicit, pro: id quidem adhuc non intellexi — 7. *niſi tu factis adiuuas* ſi te cupis manu emitti, faciendum tibi eſt, quod ego cupio — 11. *coelibem* non omnino, ſed tantum Caſina villico permiſſa, *liberum* ea lege, vt manu te mittam — 14. Dicturus, ipſius libertatis munus ſordere ſibi prae Caſinae nuptiis, facit, quod ſolent, qui nimio nolunt pretio emere, reprehendit, quod emere nequit: *liber meo periculo viuam* ipſi mihi victus erit quaerendus, *nunc* ſeruus tuus *viuo tuo* periculo, a te quidem alendus ſum.

Digitized by Google

Liber viuo pereoue mihi, *ſeruus* tibi — 17. *ſitella* vas, in quod, aqua repletum, ſortes coniiciebantur ligneae, inſcriptae ſortientium nominibus, notisue aliis. Cuius ſors exibat prior, is quidem vicerat — 18. *tragula* teli genus. *decidero*, a me alio verſus flectam; machinabor aliquid, quo tela vxoris retundam, aut a me auertam. Epid. 5. 2. 25. tragulam in te iniicere adornat. Pſeud. 1. 4. 14. volui iniicere tragulam in ſenem: dolo eum adgrediar — 27. *ſpecula* incerta quidem, at aliqua tamen ſpes — 28. *decolaſſet* decolauerit. vid. Capt. 3. 1. 37. — *gladium faciam culcitam* explicat verſus ſequens, *in gladium incumbam.*

IN ACTVS II. SCENAM V.

1 ad 3. Olympio Cleoſtratae, quae intus manet, exiens clamat: ne atrociſſimos quidem cruciatus minitando adiges me, vt Caſinam Chalino concedam — 2. *pro pane rubido* ſicut panis coquitur, donec fiat *rubidus* — 3. *iſtam operam* pro *id, quod* poſtulas; niſi malis cum quibusdam *quod* poſitum eſſe pro *quam* — Eadem Cleoſtrata Olympioni inclamaſſe videtur, quae Stalino ſc. 4. v. 11 ſqq. Chalino. Herum vero, adparet, Olympioni iam libertatem promiſiſſe — 8. *libella* aſſe. Capt. 5. 1. 27. — 12. *cum cane* muliere litigioſa. vid. Argumentum — 16. ſi is *mecum oraret* pro *me*. Sic Aſin. 3. 3. 72. hanc iube *orare mecum*. Curc. 3. v. 62. *tecum oro*. Bacch. 3. 2. 90. hoc *tecum oro*. ib. 3. 6. 25. *tecum orarem*. Ter. Hec. 4. 4. 64. *oraui tecum* — 17. *in fermento tota eſt* ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι dicebantur, qui iracundia turgebant. Merc. 5. 2. 2. vxor tota in fermento iacet — *turget mihi* vehementer irata mihi eſt. Moſt. 3. 2. 10. tota *turget mihi* vxor — 19. *ſi quidem tu frugi bonae es* Budaeo videtur iocus obſcoenus: vxor tua media dirupta erit, ſi tu virilis maritus es — 20. *odiоſa eſt* amatio tua facit, vt in multorum ego odia incurram — 24. *caue ſloccifeceris* me Iove tibi propitio, *minutos deos* vxorem filiamque, *ne ſlocci* quidem *feceris*, prorſus non metuas — 25. *ita rem natam intelligo* aliter haec lis nequit dirimi — 26. *verſis* infeſtis *armis*, abiectis armis luſoriis, rixis nempe et fallaciis, debellandum eſt — 28. *bene dice* εὐφήμει bene velim ominere — *deos ſperabimus* confidamus diis — 29. *emiſſim* emerim — *titiuilitium* vox obſcurae originis: ſenſus docet, ſignificare rem minimi pretii — 43. exit foras *intus* e domo. Sic infra 5. 1. 1. *eximus intus*. Moſt. 3. 1. 144.

Digitized by Google

euocā aliquem *intus*. Epid. 3. 2. 44. abs te ſum egreſſu *intus*. Amph. 2. 2. 138. intus proferto foras: Ciſt. 3. v. 8 intus prodeat etc.

IN ACTVS II. SCENAM VI.

2. *ardentem* mortuam *in* rogo — ante *portam Metiam* dictam etiam *Esquilinam* mortui comburi ſolebant, e de maleficis ſubplicia ſumi — 3. *credo ecaſtor* maritum me cupere mortuam — Chalinus vero conrigit *haud credo* quaſi dubii quid hac in re eſſet, *ſed certo ſcio* explora tum habeo — 4. audiuit haec Stalino, nec vera eſſe negat, iocatur potius, Chalinum eſſe hariolum — 7. Ius ferat Stalino ſc. 4. v. 17. Chalinum quoque redire (*tecum* adferto), et in ſortitione vtique oportebat eum adeſſe. Si igitur dicit *te vno adeſt plus, quam ego volo* non vult: tu abeſſe poſſes, ſed: te inuitus video — 8. Chalinus eum recte intelligit: *ſtimulus ego nunc ſum tibi* praeſentia mea vrit te — 9. *corculum adſudaſſit iam ex metu* auxie tas animi ſudorem mihi exprimit. Acidalius mavult *cor culum adſultat ſic.* v. Capt. 3. 4. 103 ſqq. Chalinus mihi autem verba inridens videtur dixiſſe, quare Stalino: *maſti gia!* — et ic. Cleoſtrata: *tace! comprime* linguam, et caue *iſtunc* Stalinonem magis incendere — ſed adripit Chalin. vocem *comprime* ſenſu obſcoeno *immo iſtunc* Olym pionem comprimam, *qui didicit dare* muliebria pati. v. not. ad Curc. 2. 3. 18. — 12 ad 21. antequam Stal. rem ad ſortem reuocat, et incerta fortunae audet experiri, periculum denuo faciendum putat, vxoris, vt villicę Caſinam det, exorandae — 13 ad 17. cupidiſſimus ipſe Caſinae v. 13. *mihi* dicit pro *huic*, quod quum vxorem ob ſenderet v. 14. *tibi?* conrigere vult, ſed v. 15. in eundem incidit errorem: pro *mihi* dixi *huic:* iterum ab vxore mo nitus v. 17. conrigit tandem *huic*, ſed pro *non* hercle mihi dicit *immo* hercle mihi, quod *immo* et negantis eſſe poteſt e adfirmantis — 20. *mea mulſa* quae mulſo mihi es dulcior — 22. Poſt *tum ego ſortes vtrimque* reperitur in Cod. Pal. ſexto ſtatim: *Cl. iam quis vetat?* Ceteri omnes *iam* iungunt cum antecedentibus Stalinonis verbis. Poſt *iam* in omni bus codd. deeſt verbum. Quidam ſubplent *mittam*, quod locum habere nequit, quia ſortes aequandae erant v. 35 antequam coniicerentur, et poſtea a ſortientibus ipſis coniiciendae erant, et v. 34. coniectae ſunt. Alii ſubplent *ponam* in medio, alii *do*, alii *damam* i. e. dabo, et hoc feci

Digitized by Google

certe Stal. posuit sortes et sortientibus dedit — 24. *postremo* hic versus in vno Camerarii codice reperitur, licet a manu secunda adscriptus, quare in edd. ante Camerarium deest — 25. *tene* adcipe *sortem tibi* Olympioni Stalino dicit — 26. inscripta erat ea sors nota, quae *μονάδα* significat — *isti* Olymp. *prius quam mihi* sors data *est* — 28. *sub aqua* vase aqua repleto sortes debebant esse e ponderosa aliqua materia, quae non supernatarent, sed fundum peterent, nec a sortiente possent conspici — 29. *mene censes esse te* tam fraudulentum hominem, qualis tu es — 32. sortes e populi abietisve ligno non peterent fundum, querceae buxeaeve fuisse putantur — 34. *amabo*, rectius forsan *ambo* — 35. *vxor aequa* sortes, vt magnitudine, pondere pares sint. Cic. or. pro C. Cornelio: dum sitella defertur, dum *aequantur* sortes, dum sortitio fit. Idem de Divin. L. 1. oracula, non ea, quae *aequatis sortibus* dicuntur — 36. *deuotabit* sortes diris precationibus obligabit, deuotas exsecratasque reddet — 37. *Canis*. Festus: *catulus*, genus quoddam vinculi, interdum appellatur *canis*. Qui collo insertam gestabant *furcam*, eorum manus *cane* post tergum erant reuinctae — 38. *pedibus pendens* serui verberantur pendentes — 39. *emungare* positum videtur, vt verbum deponens: vt emungas oculos ex capite per nasum — 42. *suspices* pro suspicere — 43. Olymp., diffisus Cleostratae, dixerat hero: *perdis me*, vnde Chal. inridens: *lucrum facit* herus si me quidem perdit — 46. 47. *sicut Herculeis* Apollodorus bibliothecae L. 2. et Pausanias in Messenaicis dissentiunt quidem in Heraclidarum sortitione narranda, at vterque tamen alterius partis sortem in aqua sitella delicuisse tradit. Apollodorus vt narrat, sortiti sunt Temenos, Aristodemi filii Procles et Eurysthenes pro vno, et Cresphontes, ea lege, vt, quae prima sors exiret, Argos daret, altera Lacedaemonem, tertia Messenen. Priores quum pupillos in situlam iniecissent, Cresphontes, Messenae obtinendae cupidissimus, sortem e molli terra ingessit, quae mox deliquescebat, ita vt, prioribus sua quoque urbe potitis, tertiam sortem educi non esset opus, et Messene, tertia sorti destinata, Cresphonti cederet. Pausanias vero narrat, sortitos esse Aristodemi filios et Cresphontem, ea lege, vt quae sors prior exiret, Messenen daret, altera Lacedaemonem: Temenum vero, Cresphonti mentem, tesseras coniecisse in vrnam, Aristodemi filio-

Digitized by Google

rum e luto fole indurato, Cresphontis e terra igni cocta: quare quum prior in aqua delicuiſſet, Cresphontem eſſe Meſſena potitum. — 49. hic *literatus* Lamb. explicat: cuius tergum virgarum veſtigiis, velut literis, conciſum eſt atque conſcriptum; Lipſio autem verius, ni fallor, eſt: ſtigmatias, cuius fronti nota ſeu litera aliqua conſpicitur inuſta. E verſu 45. adparere certe videtur, Chalinum aliquando aufugiſſe — 52. *praecide os illi* colaphum ei infringe. ſc. 8. v. 60. eſt *batue ei os — age, ecquid ſit?* cur ceſſas ferire? — *obiexis* obieceris, ne adtigeris eum — 53. ſatis ridicule Olymp. quaerit *compreſſan'* manu, pugno, *an porrecta* palma feriri eum velit? — *hem tibi* ferit. — 54. *quid tibi iſtunc tactio eſt?* quo iure hunc tangis? ſic et v. 56. *quid tibi tactio hunc fuit?* vid. ad Aul. 3. 2. 9. — 57. Imperium *exhibet* exercet. Bacch. 3. 3. 44. eſt *inhibere* imperium — reprehendit Stalino vxorem, quae ſibi ſumat, ius mariti violare — 58. excuſat mulier ius ſortientium aequum — *cur omen mihi vituperat* ſi cum Lambino explicarem; cur meo omini obſcaeuat, et vitium facit, conſeruum pulſando? haec verba tribuenda putarem Cleoſtratae. Sed Turnebum ſequor: cur malis et triſtibus verbis male mihi ominatur? nam ſequ. verbis *malo* etc. Stalino non vxori reſpondet, ſed Chalinum monet — 59. *malo tibi cauendum cenſeo* pro: *a malo* ſeu *malum*. Sic Bacch. 1. 2. 39. *caue malo!* — 61. *ſorti* vſitatius dixiſſet ſortire — Simon Vlric. Piſtoris pro *praebe tu* legi vult *prae metu* et iungit *vbi ſim neſcio.* quem ego ſequutus verba Olympioni tribui. Lamb. intelligit: praebe tu *animum;* animum vero aduertere Stalino modo iuſſerat. Alii ſubaudiunt *ſitellam;* haec vero, in medio poſita, a neutro tangenda erat mouendaque. Dixerat autem ſenex: *vos* Olympio et Chaline, *aduortite* nunc, vxore mea ſortiente, *animum.* Vterque aeque erat cupidus, vterque igitur in ipſo rei discrimine aeque pauidus, quod neuter diffitetur, ruſticus Olymp. ſimpliciter, *prae metu, vbi ſim, neſcio!* ingenioſior vero Chalinus ingenioſius — 62. *Lienoſis* dicunt familiarem eſſe *παλμὸν τῆς καρδίας*, lienis morbo enim cor tentari, et tumore eius praecordia obcupari — *ſalit* palpitat — 63. *teneo ſortem* ſub aqua alteram ſortem prehendi — *effer* profer eam *foras* ex aqua, vt videamus, cuius ſit — 64. *iamne mortuus* in ſumma anxietate ſua Chalinus tamen videtur iocari. *Efferre foras* idem eſt, quod *ſepelire.*

Digitized by Google

Moſt. 4. 3. 9. vnum vidi *mortuum efferri foras.* Niſi forte eodem ſenſu, quo ſcena ſequenti quaerit: *iamne mortuus*, i. e. ſorte victus ſum? — 67 ſq. praeter opinionem ſe morigeram oſtendit Cleoſtrata, ſed latet anguis in herba! In hunc enim euentum conſilia iam cepit cum Murrhina, 5. 1. 8. ſenis villicique ludificandorum; nec ſuis partibus Chalinus deerit.

IN ACTVS II. SCENAM VII.

1. *Operam ludere* eſt: fruſtra eam in aliqua re conſumere. Sic Pſeud. 1. 3. 135. in pertuſum ingerimus dicta dolium, *operam ludimus!* Ter. Phorm. 3. 1. 18. in iis *opera luditur* fruſtra conlocatur. Se dicit ſuspendio operam luſurum, quia mortuus iam ſit v. 4. — 2. et reſtim *ſumtifecerim* fruſtra ſumtum fecerim in reſtim emendam — 4. *ſic mortuus* ipſe ſtatim τὸ *ſic* explicat *ſorti ſum victus.* Sunt et apud noſtrates ludi, in quibus *victus* vocatur *mortuus* — 12. *fores mihi beneuolentes* εἰρωνικῶς, aedium heri mei, qui me odit aeque, atque angues. *atque a me* e domo mea *prodeunt* herus atque villicus. Negat Gulielm. ſeruum *a me* dicere potuiſſe pro *a domo mea*, ſed dicendum ei fuiſſe *a nobis.* Legi igitur vult et interpungi: *audio aperiri fores. Mihi beneuolentes atque amici prodeunt.* Sed et Stich. 5. 1. 7. ſeruus dicit: cadum hinc *a me* transferam — 13. *hic ex inſidiis* in latebris absconditus *hisce inſidias dabo.* ſic Mil. 2. 3. 32. illi inſidias *dabo* ſtruam, i. e. ſermonem eorum captabo.

IN ACTVS II. SCENAM VIII.

Ol. et *St.* ſoli ſibi viſi: *Ch.* autem e latebris ſermonem eorum ſublegit, et ſecum nonnulla loquitur. 1. *Sine modo rus veniat* minatur Chalino, quem abeſſe putat — cum *furca* vid. quidem ſc. 6. v. 37. Sed hunc ad locum recte Turnebus eiusdem Feſti locum citat huncce: *Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant — tamquam carbonarium.* Vid. Ter. Adelph. 5. 7. 63. (aliis 5. 3. 63. Duc. 5. 1. 63.) *tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt.* Minatur ſcilicet Olympio, ſe ruri Chalinum ita eſſe opere ruſtico exerciturum, vt in vrbem cum ſarcina ſua redux, colore aduſto carbonario ſimilis ſit — 7. *receſſim* retro Amph. 5. 1. 60. — *nepa* plerumque ſcorpio, h. l. cancer — 10. *candidatus* Olymp. dicitur, ſeu quod ſponſus erat

Digitized by Google

4. 1. 9. cum corona candide vestitus, seu, quod Lipsius mavult, quod libertorum more vestem mutauerat 3. 6. 12. — *cedit* pro incedit — 11. *stimulorum loculi* ita stimulis fodi solitus, vt totum eius corpus stimulorum loculis seu vestigiis videatur compunctum. Sic Aul. 1. 1. 6. serua vocatur *stimulorum seges* — *protollo* cesso, differo *mortem mihi* consciscere — 12. donec te interfecero — 22. vt *vesica* apud Iuuenalem pro cunno ponitur, sic hic *effodere mari vesicam* turpissimam indicat libidinem — 23. Turpe quid conaturum senem Olympio abigit — 24. *conturbabunt* inplicabunt *pedes* futurum adhuc dicit, quod Stalinonem putat conari — 25. non pueros solum, sed *barbatos* natu grandiores — 26. huius turpitudinis merces fuit, quod Olympionem fecit villicum — 27. 28. Idem si paterer, atriensem me facere voluerat, quod proprie esset, praeficere me omni familiae, rebusque domesticis. Sed Chalinum vix credo fuisse eum, qui talem adspernaretur mercedem. Seu gloriatus est, vt inuidi solent, se maiori, quam Olympionem, pretio a Stalinone ad stuprum esse sollicitatum, seu iocatur, se, qui sub ianua, in *atrio* muliebria esset passus, idcirco futurum fuisse *atriensem* — 32. *attate* i. q. *at at!* admirantis est, qui inopinati quid adcidere sentit — *clam* abest a multis codd. Alii habent *contra* meam vxorem — 33. *denum in rectam redii semitam* tandem, quae res agatur, comperi — 34. *habeo viros* in scelere suo eos deprehendi — 38. ea lege cras ego te manu mittam — 40. *vno in saltu* vna in re — 43. *concreduo* i. q. concredo. Aul. 3, 6. 48. — 49. id rus, quo Casinam abducere similabis, haec erit vicini domus — 50. 51. hac vna vero nocte, qua ego cum Casina voluptatem capiam — 57 sq. Senex putatur cibos nominare, quae ad Veneris sacra bene obeunda conducant. Molles carnes, pisces, et testacea omnia inter ἀφροδισιαστικα vires dicuntur habere maximas. Marina enim omnia salaciora esse, ob Venerem mari ortam. — 57. *Sepiola, sepia* piscis marinus, cuius atro suco olim pro atramento ad scribendum vtebantur — *lepas*, genus conchae marinae; petris tam firmiter adhaerere dicitur, vt vix diuelli possit — 57. 58. Rusticus Olympio, cui frugibus nihil videtur suauius, quaerit *lolligiunculas hordeias? lolligo* idem fere piscis est, qui sepia; dicit igitur: quodsi eius non sit copia, nonne substitui iubes cibum aliquem hordeaceum? — inridens Chalinus: *triticeias, si sapias* sua-

Digitized by Google

vior quippe e tritico pararetur cibus, quam ex hordeo — 59. ad iocum rustici Stalino ita respondet, vt emi iubeat *soleas*. Solea enim et piscis quidam vocatur, et calceamenti genus. *Sculponeas* Chalinus secum, quae erant seruorum rusticorum calcei, eodemque vocabulo Fulgentius caestus significari dicit, plumbo ligatos. His igitur Chalinus Stalinoni *os batui*, contundi cupit — 61. 62. *linguloca* est genus piscis, est vero etiam mulier loquax — 64. Post *consulere quid emam* vnus codex habet *oportet*. Gruterus Plautum scripsisse putat: *consulere, quid emam, aequum est, τὸ aequum est* putat excidisse negligentia librarii, ob sequens *aequum* — 67. pro *malo*, quod Codd. et edd. vet. habent, lectio vulgaris est *volo*, Dousam vero sequutus posui *vola!* — 68. Conf. Asin. 5. 1. 36. *non edepol conduci possum vita vxoris amma*, et Hor. 1. ep. 18. v. 18. *vt non acriter elatrem, pretium aetas altera sordet* — 73. *nostra lis est* vicimus — 74. *victi* sorte *vicimus* consilio — 77. 78. *Quidquid* cuicumque quid Stalinoni et Olympioni *paratum est, vt* iis *paratum ne sit, sitque paratum ei* mihi Chalino, vt putabat, vt vero euentus docebat, Euthynico, *quod* cui *paratum non erat*.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *Mihi* in re, quae mirum in modum cordi mihi est — 2. *specimen specitur δεῖγμα δείκνυται*, nunc spectabitur, quali animo in me sis. Varro: *spectare* dictum a *specio* antiquo — *certamen cernitur* idem dicit. Lucret. 4. 965. Nautae cum ventis contractum *cernere bellum*. Virg. Aen. 12. 709. Inter se coisse viros, et *cernere bello κρίνειν τὸν ἀγῶνα*. Conf. Bacch. 3. 2. 15 sqq. Nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc *certamen cernitur*, sisne, nec ne, vt esse oportet, malus? bonus? — 3. viam Camerarii lectionem *curam exime* veram esse duco. Duae sunt res, in quibus Stalino veri amici imaginem adnoscere vult, altera *vt* Alcesimus *curam eximeret*, de qua v. 7. altera *ne castiget* senis, cui vxor sit, libidinem — *pone ad compendium* omitte. Capt. 5. 2. 12. iam fieri dictis compendium volo. Poen. 1. 2. 138. curam hanc facere compendii potes — 7. *fac vacent aedes* vid. 2. 8. 41 sq. — 8. *scitus es* in me iuuando, sic enim aedes tuae vacabunt, sed *nimium scite* hoc facis, tuis qui simul rationibus consulis, omnemque familiam mihi mittes alendam — 9. *Colax* Menandri fabula, quam Naeuius, Plauti aetate

Digitized by Google

aliquanto ſuperior, fecit latinam — *Sutrium* Etruriae oppidum, colonia romana. Feſtus narrat: Camillum gallico tumultu edixiſſe, legiones Sutrii vt praeſto eſſent ſuo quisque cum cibo. Quare verba *quaſi eant Sutrium* in prouerbium abiiſſe, de iis vſurpari coepta, qui, dum aliis officia praeſtent, cum cibo venerint ſuo — 11. *meminero* cibo cum ſuo quiqui meorum venient — nullum *ſcitum* intellige *plebiſcitum*. Pſeud. 2. 4. 58. Pſeudolo roganti: *ecquid is homo* (Simia) *ſcitus eſt?* Charinus reſpondet: *plebiſcitum non eſt ſcitius* — 13. *fac habeant linguam tuae aedes* explicat Stalino ipſe: *quum veniam, vocent* fores tuae non pultandae mihi ſint, ſed, vbi adcedam, vltro mihi aperiantur — 14. *caedundus* etc. a nonnullis in obſcoenum ſenſum detorquetur, quod potius iocoſe dictum puto — *nimias delicias facis* i. q. Moſt. 4. 3. 32. nimium delicatus es. *Delicias facere* Poen. 1. 2. 83. eſt: indulgere ſibi, et Men. 2. 3. 30. inridere — 15. *niſi ſim doctus dicax nimis* Codd. et edd. multum variant. Quod Alceſimus dixerat *nimis delicias facis*, Gulielm. Stalinonem putat excuſare ſe: non mirum eſſe, amantem nimis eſſe dicacem. Si cum aliis pro *nimis* legas *mimus*, ſenſus fere eſt: *quid refert* probat tibi, *me amare, niſi dicax ſim* de amore meo, quales poetae mimos eſſe *docent*, qui amantis perſonam ſuſtinent — 16. *caue ne inquiſitioni mihi ſis* ne a me, quando venero, quaerendus ſis. Eodem ſenſu Capt. 2. 2. 3. ne tibi quaeſtioni eſſemus. Ciſt. 2. 3. 49. ne in quaeſtione mihi ſit. Pſeud. 2. 2. 68. ne in quaeſtione ſis.

IN ACTVS III. SCENAM II.

5. *veruecibus*. ſic Merc. 3. 3. 6. ſenex ad Venerem ineptus vocatur veruex — 6. *ſenati* pro *ſenatus* apud Plautum Salluſtiumque ſaepe obuium — *ſenati columen* ironice, vt Epid. 2. 2. 5. ſenati qui columen cluent. Sic ap. Ter. Phorm. 2. 3. 57. columen familiae! — 8. pro *modius* cum Salmaſio lego *modio*, ἀλώνητα δουλάρια mancipia, quae a barbaris, Thracibus praecipue, ſale mercatoribus diuendebantur. Euſtathius intelligit ἐωνα. vili emta. Senſus: Alceſimus, modio ſalis emtus, non eſſet vilis, ſed hoc iam exiguo pretio percarus, i. e. homo viliſſimus et nequiſſimus eſt. Qui *modius* defendunt, τὸ *qui* poſitum putant antique pro *cui*, cui modius ſalis venit i. e. inpenſus eſt — 18. *conuenibo* antique pro *con-*

Digitized by Google

veniam — *iube* vxorem tuam meis verbis iube valere — 20. *hirci edentuli*, carentes dentibus, vetuli. Most. 1. 3. 118. vetulae, edentulae. Poen. 3. 3. 87. vinum edentulum, pro: vetustum — 22. *catillare* per alienas domos ligurire, vt catuli alienas per domos ossa conquirunt — 26. *si quid eius esset* si quid suboleret vicinae meae *esset mecum postulatio* hoc ea me crimine argueret — 27. Quod, sicuti nauis ventum, ita vxor domi ornata (v. 10.), si arcessatur, exspectat, eam subducam in puluinarium, dicendo, a Cleostrata eius operam non deliderari. *Puluinarium* h. l. nauale sc. stabulum, νεωσοῖκοι, de quibus Suidas: οἰκήματα παρὰ τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμενα, εἰς ὑποδοχὴν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν — 29. *meum virum veniat velim* pro *meus vir* v. Amph. 4. 1. 1. — 32. *tristem* seuerum. v. Ter. Heaut. 5. 3. 21. ipse egreditur, quam *seuerus! rem* quum videas, *censeas* frugi esse censeas.

IN ACTVS III. SCENAM III.

3. pro *quo* die quidam *qui*, quod et ipsum auferendi casus est. Minus recte alii *cui* — *in mundo* domi, ad manum. v. Epid. 5. 1. 12. Pers. 1. 1. 46. — 7. ne *nequidquam* inpune, ne sine malo suo molestus mihi fuerit — 10. *exanimatus* cui animus non adsit, quod Ter. Heaut. 1. 1. 23. exprimit: cui tantum non sit a re sua otii, aliena vt curet, eaque, nihil quae ad eum adtineant — 19. *se subflauit vxori suae* scrupulum ei iniecit. Non dubitat Cleostrata, quin Alcest. illud *quasi catillatum* 3. 2. 22. vxori suae dixerit — 22. *meretricium* pro *meretricum* vt Bacch. 1. 1. 6.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

2. *larua* hic trisyllabum. *Larua* autem positum putant per adpositionem, *amator larua* i. e. qui laruatus, insanus est — 3. *commodum* cum maxime, in eo eram, vt ad te irem — 8. *satin* etc. nonne, quod tu mihi dees, occasio praetermittenda est, Casina potiundi? — 9. Stomachosius inuehitur Alcest. in Stal. *quin tu suspendis te?* maximone infortunio, eoque a me mactatus es? — 12 sq. Alcest. *quin ea ipsa negauit* Stalino obponit *quin ea ipsa me adlegauit*, et sic porro irati vtrique serram inter se ducunt, alter τῷ *quin* alterius aliud *quin* obponens, Alcesimo tamen amatorem superante — 15. *quin bene est* te perdi — 16. *quin etiam diu morabor* saepius *quin* repetam — *cupere alicui* est fauere, hoc vero loco contrarium, et in mente Alcesimus habet v. 17. *aegre facere*

Digitized by Google

et id quidem *libens*, quod vero bis inferit *quin*, alieno quidem loco est, vt, qui vocula aliqua obfensi sibi videntur, irati facere solent. — 18. Interpungendum est: numquam tibi hodie *quin* erit plus, quam mihi, i. e. plura ego inueniam, quae tibi vitio vertam, quam mihi — 19. Coronidem denique Alcesimus suis *quin quin* inponit — 22. *cumque hac* mea vxore *cumque istac* tua. Vtrumque *que* a codd. nonnullis abest, et recentis putatur additamenti, genuinum vero Plauti esse puto, quod et commotiori eius animo conuenire videtur, et *τὸ cumquac* cumquistac cumquam comice contra mulieres coaxat — 23. sedatiori tandem animo Alcesi. addit: *abi, et aliud cura!* securus modo abi, *ego* etc. — 26. iunge: *qua aui* i. e. quo omine.

IN ACTVS III. SCENAM V.

Pardalisca apud Ter. imitatur Pythias Eun. 5. 4. a versu 21. *pro fidem Deum* etc. — 4. pro *factis* Scioppius *factu*, Acidalius *facta* legi malunt. Boxhorn. e vestigiis in Mss. deprendisse putat, scriptum fuisse *tanta factis modo mira, verbis modo, intus vidi.* Nihil forsan mutandum est, si iungas: *tanta* tam seu tot *mira veris modis* vere mira *factis modo intus* in iis, quae modo intus facta sunt *vidi* — 5. *integram* Lamb. explicat: a nullo alio susceptam; Boxhorn. vero rectius, opinor: *quae etiamnum flagrat:* ad terrendum enim Stalinonem dicendum erat, audaciam istam nondum esse fractam — 6. 7. eodem consilio de *percita* aliqua loquitur, et de gladio, eius, quae animi inpos esset, in manu — 8. *Nam quid* quidnam — 15. post *timeo* signum exclamandi ponendum est, ne iungatur cum *hoc negotium*, quae verba iungenda sunt cum *quid est?* — 15. 16. *meraclo flore Libyco* meraco vino Mareotico — 16. *obtine aures* meas, vt caput labans erigere queam — 19. *excetra* vipera. Lipsius Plautum scripsisse putat *excetra tu*, vt Pseud. 1. 3. 82. reperitur; Camerarius vero in cod. aliquo pro *excetra* reperit *execrata* — 21. *numero* nimium cito *dicis* quereris de saeuitia mea, quam, nisi mox eloquare, expertura demum es. Sic Men. 2. 2. 13. *numero* huc aduenis ad prandium, nunc opsonatu redeo. Mil. 5. v. 7. *numero* hoc dicis. Merc. 4. 3. 37. *numero* purgitas. Poen. 5. 4. 102. cur *numero* estis mortui? — 29. *interminatur vitam* non puto iungenda. Post *interminatur* signum exclam. pona-

Digitized by Google

tur: ingemiſcens enim tacet paullisper. Poſt denuo loqui orſa *vitam* ſimilat, dolorem praepedire linguam — 33. *muſſitant* ſilentio latent. Sic et Mil. 2. 5. 67. *muſſitare* eſt: ſilere — 37. *deiurauit* ſancte iurauit — 38. 39. *me obcidet?* eodem modo infra v. 58. et ſuperius 2. 6. 13. — 40. *ſciens* vt mihi videris, *de via* lata *in ſemitam* anguſtam *degredere* aberras, mens amore praepedita et dicta linguae praepedit! — 44. 45. *perii* etc. Stalino ſecum, et 46 ſq. *ludo* etc. Pardaliſca ſpectatoribus dicit — 52. *obciſiſſimus* ſuperlatiuus comice confictus, quo ſummum ſenex timorem prodit. Sic Men. 4. 3. 24. *excluſiſſimus* — 58. quod dicturus fuerat *nolebam*, conrigit *ro volebam* ſubiungendo *non* — 63. *effexis* effeceris — ingenuorum tantum erant *ſoleae*, mancipiorum *ſculponeae*, *anuli* illorum tantum *aurei in digito* quos geſtarent, horum *ferrei*. Benigne igitur liberaliterque Stalino Pardaliſcae promittit — 66. *adiutor* Olympio, *pompa* coqui mercede conducti, cum inſtrumento culinario, opſonatu.

IN ACTVS III. SCENAM VI.

1. *fur.* de furacitate coquorum mercede conductorum multa ſunt in Aulularia — *ſub ſignis* inter adiutores, quos tecum adducis — *ſentes* v. 2. quod tangunt, aut rapiunt, aut ſcindunt — 4. *eia* h. l. ridentis eſſe videtur — *ceſſo ire* ſtatim ibo — *magnifice* 4. 1. 9. cum corona, candide veſtitus. cf. 2. 8. 10. — *patriceque amiceque*, vt patres filiis, amici amicis aduorſum ire ſolent. Alii pro *patrice* malunt *patricie* patriciorum nobiliumque in morem — 5. *bone vir* ironice ſaepe vſurpatur, h. l. a Stalinone amice forſan, aut certe iocoſe adhibetur. Olympio autem, quod reſpondet *fateor* ſc. me bonum virum eſſe, hoc forte in mente habet, quod paſſurus erat, Stalinonem vſuram corporis vxoris ſuae capere — 6. *excuratus* intelligit Lambinus *exornatus*, vt Aul. 3. 6. 4. Megadorus Euclionem volebat nitidiorem eſſe in nuptiis filiae. Alii rectius, opinor, ſenem volunt reſpicere opſonium, quod Olymp. adferebat *lepide opſonatus* — 7. *Aka hodie!* mirum non eſt, me excuratum hodie incedere. Douſae autem Olympio deprecari videtur inpudicas Stalinonis adtrectationes, immundasque oſculationes, quod ſequentia comprobant — *Fi! fi!* recepi e coniectura Gruteri, a Pareo iam receptum. Alii *ei! ei!* quod Gulielmo videtur imperatiuus ab *eo* — *foetet* Aſin. 5. 2.

Digitized by Google

44 et 78. an foetet anima vxoris tuae? — 9. *πράγματα μοὶ παρέχεις* odiosa mihi est amatio tua — 15. *nequam* ex vna iam scena hac adparet, Stalinonem fuisse hominem vnum omnium nequissimum — 16. *recreas me* morigerus mihi es? — Versuum 17. 18. 19. voces primae *intro ego, coenare*, v. 20. prima syllaba *Sa* et vltima vox *gladium*, et versus denique 21. prima vox *ancilla* in codd. desunt, et a Camerario sunt additae; versu insuper 20. pro *esse* legebatur *etiam:* quare diuersi characteris notam iis vocibus inprimendam curaui — 18. coena *ebria* lauta, Lamb. opipara, copiosa; Dousa: quae madeat, et percocta sit probe — 19. *barbarico ritu* adparatu persico, sumtuose — 20. *esse* coenare — *ego hic habito* morabor *hic* ante domum, donec coena parata sit: metuebat enim gladium. Pistoris quidem emendat *ego huc haud bito* (eo) nulla vero necessitate cogente — 21. qui gladius *inuitet* quo obcisura nos dicitur — 22. *scio* audio, esse potest — *sine* eam gladium *habere* — *mala merx* malus homo. Sic Cist. 4. 2. 61. mala merx hera haec est. Pseud. 4. 1. 44. illic mala merx est. Pers. 2. 2. 56. merx tu mala es. Truc. 2. 4. 55. o merces malae!

IN ACTVS IV. SCENAM I.

1. *Nemeae* in Argolide, in ludis Herculi ob leonem obcisum sacris — *Olympiae* in Elide, in ludis Iovi consecratis — 10. *laute exornatusque* quam laute fieri potuit exornatus — 11. *illae* Cleostrata et Murrhina — 18. *incoenem* non coenatum — 20. *estrix* auida cibi — *corbitam* nauem onerariam *cibi* plenam *comesse* comedere possunt — Addas iis potricem e Curc. 1. 2. 16. cui vindemia anni non satis est soli.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

Versus 1 ad 8. Stalino clamat vxori, quae intus mansit — 7. *veniamus* in villam *luci* ante tenebras obortas. *luci* vt *tempori* — 8. conuiuium *habuero* habebo, vt v. 2. *coenauero* pro coenabo — 11. *ipsa* hera mea, Cleostrata — 13. *cunctas* pro cunctaris — 16. pro *nullum* Dousa *nullus* i. e. non esurit. Conf. Merc. 4. 4. 4. qui amat, quod amat, si id habet, id habet pro cibo. Non moror Gruterum, qui ex Athenaeo suspicatur, Stalinonem dixisse *myllum* i. e. effigiem pudendorum muliebrium, e sesamo et melle fictam, quae Syracusis, Thesmophoriis perfectis, per

Digitized by Google

ludos et ſpectacula eſſet circumlata — 18. *ſocerum* Olympionem iocoſe dicit. Quidam legi volunt *ſociennus* i. e. ſocius.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

2. *Hymenaeo* deo nuptiarum — *Io!* hilare canentium vox — *io hymen hymenaee! io hymen!* cantus nuptialis initium. *Hymen* autem Donatus ad Ter. Adelph. explicat: membrana, qua eſt munita virginitas, quae primo disrumpitur coitu — 4. *haud ſitio* in Ald. eſt: *nunc haud parum ſitio.* Boxhorn. vult: *auide ſitio.* Gronovius: *an ſitio.* Camerarius et Lambinus explicant: ita vehementer eſurio, vt ſitim nullam ſentiam. At idem iam 3. 6. 6. dixerat: ego eſurio et ſitio. Forſan igitur h. l. *haud ſitio* explicandum eſt ex iis, quae v. 5. 6. dicit: tantum ſentio deſiderium cibi, vt ſitim amoris haud ſentiam. Hoc poteſt eſſe mentitus, at ſaepe tamen ſine Cerere et Baccho friget Venus — 8. *obcentem* ad fores, vt cunctantes moneam. cf. Curc. 1. 2. 57. quid ſi adeam ad fores, atque obcentem? — 11. pro *dirupi* reſtituendum putaui *dirumpi* quod primitus cuſas edd. et codd. habere fatentur plerosque. Deleto autem poſt *Hymenaeum* commate, et poſt *licet* ſemicolo poſito, iunxi *licet dirumpi*, vt cum altero *dirumpi* iungatur *non eſt copia. Hymenaeus* vtrique *dirumpi* iungatur, et eſt prius *carmeu nuptiale*, quod cantando dirumpi licet, poſterius *hymen* ipſe, quem *morbo συνουσιασμῷ* a ſe dirumpi, copiam nondum eſſe dolet. cf. 2. 5. 18 etc. — 12. *tenax* propoſiti h. l. amoris inpotens — 16. *oboluit* forſan ſponſa vnguentis. Obſcoenius alii explicant.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1. *Senſim adtolle pedes ſuper limen* noua nupta nec eius, vnde exibat, nec viri domus, in quam perducebatur, limen pedibus contingebat — 3. *vt potior pollentia ſis* vt viro ſis pollentior. Rud. 3. 2. 4. ne inpiorum potior ſit pollentia — 4. Legebatur *ſuſciperet*, Canterus autem recte emendauit *ſuperetque* — Verſuum 5 ad 8. priores voces. *noctuque, malo, tace, perii iſtae facient* in codd. non ſunt, a Camerario dextre ſubpletae — 7. *quae res* quare non taces — 8. *malae* ancillae peſſime vxori meae praecipiunt — 12. *inperco* i. q. parco. Parcito venerei conflictus inperitae — 13. *abſceſſit* ancilla — 15. *vercu-*

Digitized by Google

lum a *vet* — 16. *meus fructus est prior*, ego eam amplexabor prior — 19. *mea vxorcula* exclamat Olympio prae dolore, nam 20. *institit plantam* pedem mihi pede suo pressit — *iocabo* pro iocabor, et quidem *quasi* iocabor, speciem iocantis praebebo, quo mihi sit mitior — 21. post *nebula haud est mollis* Lambin. infarsit *aeque*, et post *atque huius* alii addiderunt *cutis est*. Cutem eius Stalinonem non credo adtigisse, quae Chalino vix fuisse potest mollis; sed timidus adhuc laudat Casinam, qualem saepe domi suae viderat, non, qualem palpando repererat esse. explico: nebula non est Casina mollior — 22. 23. inmodestior Olymp. mox poenas dat rusticitatis *hei misero mihi!* contrectaturi enim *papillas*, *pectus cubito* vehementer *agit* tundit — 24. 25. laudat igitur Stalenio suam quidem modestiam, villicus vero *vaha!* quo 26 *valentulam* eam miratur, opinione sua validiorem, quippe quae inpudentius adcedentem *paene exposuit* exposuit i. e. deiecit, prostrauit *cubito*. cf. Truc. 3. 1. 14. — 28. Vt Asin. 3. 3. 86. *i sane bella belle*, et Curc. 4. 2. 35. *sequere istum bella belle*, sic hic *bella bellatula*. Dousa autem legi vult *belle* sensim, ne ad inferum limen obfenso pede inpingas *bella tu mea* vt Rud. 2. 5. 6. *mea tu bella* est. Mallem vero ex edd. vet. reponere *bella bellatura* quae Olympioni satis negotii facesses.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *adceptae bene et commode* laute hilareque coenatae. Obsequuta enim in hoc quidem Cleostrata marito suo erat, 4. 2. 1. inbenti: *si sapitis*, *vos tamen coenabitis*, sed ancillas quoque, fraudis suae adiutrices certe, ventres distendere passa (4. 1. 19.) — eximus *intus*, vid. not. ad 2. 5. 43. — 4. *quod reliquum est* vmquam postea — 5. *Chalinum* pro *Chalinus*, *nouus nuptus*, *quid agat*, *cum* more graeco. — perquam iocose Chalinus vocatur *nouus nuptus*, quod Olympio putauerat, eum esse Casinam sibi nuptam — 7. *obtunso ore* pugnis caeso *progrediri* progredi — 12. hoc sequentibusque versibus quater e V. C. interiecti asterisci prodere videntur, aliquid decisse, Pall. vero Codd. lacunas vix adnoscunt nec edd. vet. — 11. 12. *qui* Olympio *praebet illi* Stalinoni *praesidem* superiorem *locum* qui ei principatum nequitiae concedit, quo ipso Stalino est nequior — 12. 13. *hic esto* i. e. istic adstato (Aul. 1. 1. 17.) — 13. *qui* vtervis Olymp. aut Stal. — 14.

Digitized by Google

ſpectato intus in domum meam *quid intus* Stal. et Olymp. *agant* — 15. *pone me* latens, quae verba tribuo adhuc Murrhinae — 16. *et illi* illic, a me tectae — *voſtra foris* in Alceſimi igitur, vacuas adhuc factas, aedes propinquas noua nupta, quae putabatur, erat perducta.

IN ACTVS V. SCENAM II.

Vide Argumentum de iis, quae deeſſe videntur.

2. *tantum* tam valde *ſuperauimus* omnes mortales. If. Pontanus autem explicat *ſuperfuimus*, quae lectio eſt Mſſ. Pal. Maluit igitur Pont. pro *tantum* legi *tanto*. Prior autem lectio, fatentis, ſe peccaſſe, ſequentibus eſt conuenientiſſima. — 3. *pudeo* pro *pudet me* raro obcurrit — *inridiculum* Lamb. disiungi vult *in ridiculum*, quod Caeſar *inridicule* dicat pro *non ridicule*. Sed et Poen. 5. 4. 10. eſt *inridiculo* habitae — 4. me turpiter feciſſe, nouum non eſt, ſed me nunc pudere, turpiter feciſſe, id quidem eſt nouum — 5. *itero* narro — 6. in codd. poſt *intus* ſunt modo literae *tu* quod veteres edd. expleuerunt *tuli*, Camerarius autem *turbaui* (quas turbas dedi Ter. Eun. 4. 3. 11.) — 9. *ſenex abs te decumbeni* mutat Lamb. *ſenex apte decumbam*, quod Pareus adripuit, atque ex reliquiis trium verſuum ſuum nonum ita dedit: *conloco, fulcio, mollio, vt prior, quam ſenex, apte decumbam* — 11. pro *Tardus* Palmerius mauult *Taurus*, quam coniecturam adiuuat Horatii *taurus, ruens in Venerem*. Pareus verſum ſubplet de ſuo: *Tardus eſſe illico coepi, quoniam* metui mihi a ſene — 12. Pareus ſubplet: *reſpecto idemtidem*, adſit *ne ſenex* primus capiat *illecebram ſtupri* — Verſus autem 14 videtur integer — 17. *forem obdo* claudo. Ter. Eun. 3. 5. 55. peſſulum oſtio obdo — 23. *nam debuiſti* Lamb. ſubpleuit: *poſtquam decubuiſti*, Lipſius, Palmerius *quando habuiſti*, Scaliger *qua indehibuiſti* — 26 ad 29. horum verſuum e reliquiis quid extricari poſſit, periculum, cui libet, faciat; cohaerere videntur cum ſequentibus — 34. quos fructus calamitas adtigit, vegrandes ſunt, grandia autem vocabantur τὰ ἐυκύξῃ, grandes fruges ἐυαλδεῖς — 40. *id, qui eſtis* naturam, qua feminae eſtis — 41. *illum ſaltum* naturam muliebrem — 42. *cubitiſſim* cubans — 51. *praefiſcini* non inuideo ſeni eadem gaudia — 54. *adita eſt vobis manus* inanis reddita eſt ſpes veſtra. vid. Aul. 2. 8. 8. — 55. *numnam illa* Caſina; meticuloſus dicit, validiorem ſe expertus.

Digitized by Google

IN ACTVS V. SCENAM III.

Versu 1 ad 15. Stalino, qui praesentes non videt, secum. Versu demum 16 ab Olympione reuocatur, fugam parans.

1. *ardeo flagitio* flagitium me commisisse doleo maximum — 10. *ea* Murrhina *dux vxorem* meam inpulit, fallaciam excogitauit, adiuuit — 16. *protinam* v. Curc. 2. 3. 84.

IN ACTVS V. SCENAM IV.

1. 2. 3. Recte Pistoris hos tres versus Chalino tribuit, habitu muliebri ex aedibus Alcesimi prodeunti, Stalinonemque quaerenti *vbi tu es?* — *mores Massilienses* quo sensu Stalino dicatur *colere*, non reperi a quoquam ita exponi, vt, quibus Massilienses, prae ceteris ciuitatibus opibus adfluentibus, diffamati fuerint vitiis, inde adpareat. Mihi quidem isti *mores* non ab vrbe *Massilia*, sed iocose a *mas* dicti videntur *Massilienses*. Sensus igitur est: qui eos mores colere postulas, vt pro femina *mas* ducatur vxor, quo eodem sensu Chalinus 3. 1. 6. vocabatur *nouus nuptus*. Eiusmodi fere iocum reperies Capt. 1. 2. 57 sq. vbi vide notas — 2. *subicitare* i. q. subigitare — 4. licet ad *scaeuam* audiret latrare *canem*, ei tamen obcurrere mavult, quam vxori rixosae — 6. *quid feciſti scipione* etc. vbi perdidisti scipionem et pallium? — et 11. Pardalisca memorem se ostendit eius, quod Murrhina 3. 1. 13. iusserat — 8. *Casina sum* in codd. deest, debeturque Camerario, et ita, vt, licet Plautinum non sit, Plautini tamen fellis plenum sit — 10. in *Bacchas* incidi, eae me spoliauerunt — 11. *nunc* hoc anni tempore *Bacchae nullae ludunt* non est Bacchanalium tempus — 14. *nam pa.* palam est — 16. *illius* Casinae — 17. pro *obpressisset* Camerarius recte *obpressi* — *istaec dicta*, *quae* eas res, quas me fecisse *dicitis* — 22. *amasso* amauero — *obcepso* obcepero, tentauero — 23. hic versus putatur spurius, quod nihil aliud dicit, quam, quod v. 22. dictum erat: sed qui veniam delicti inpetrare cupiunt, non raro iterant promissum, se posthac tale quid non esse admissuros — 26. *propero* e coniectura Gulielmi, ob eam causam, e qua v. 27. Cleostrata statim veniam dat, vulgari *prospero* praeferendum putaui — 31. *insignite* quod vix vlli vmquam nouae nuptae adcidisse puto.

GREX.

2. 3. Murrhina, quae vicinae ancillam parum adhuc curauerat, et forsan ne viderat quidem, quod Cleostrata

Digitized by Google

eam cubiculariam potius circa se habuisse videtur, quam foris seruitio eius vsa, nunc, quum herum maiorem mi- emque, villicum armigerumque, atque ita omnes s, quibus vlla ostendebatur eius potiundae spes, ar. ore eius captos audisset ardentissimo, mulier non fuisset, si videndae noscendaeque eius facta non esset cupidissima. Vbi autem adolescentulam viderat, vultu adeo modesto atque venusto, vt nihil supra, vbi ante sedecim annos expositam audiuerat, non poterat non filiae suae meminisse, eodem tempore expositae. Chalinus autem Prol. v. 40 ad 44. non expositam infantulam repererat iam relictam, sed mulierem, quae exponebat, vt sibi eam daret, exorauerat; quid, si mulier ista adhuc vixit, Chalinumque agnouit. quid certius erat, quam, Casinam Alcesimi Murrhinaeque esse filiam, et, nisi heredem vnam, at pro re tamen sua dotandam? quid erat igitur, quod inpediret, quo minus Euthynicus eam vxorem duceret? Restitue, Plaute, pontem interruptum Prol. 65. 66. Euthynicus reducendus est.

COMMENTARIVS IN PLAVTI CISTELLARIAM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. *antidhac* antehac — *creui* persuasum mihi habui, iudicaui. *Cerno* enim putatur esse *κρίνω* — 4. *ire habitum* operam dare, vt habeatis. Sic Pers. 1. 2. 11. *ire ereptum.* vid. v. 39. — verba 5. *nisi* ad *arbitror* v. 6. abesse possent, nihil certe aliud dicunt, quam proxime antecedentia — 6. *omnibus relictis rebus* laudat celeritatem et sedulitatem. Epid. 4. 2. 35. — 7. *frequentem* adsiduam — 9. *istoc pretio* prandio — 10. *frequentare tibi* frequentes, saepe praesentes tibi esse — *vtiles habere* operam tibi praestare — 14. vt vobis, quibuscumque in rebus, gratum facere coner — 18. in plerisque codd. legitur *nisi disciplina* mos ministrandi, ad quem tuos adsuefecisti. Cod. autem Pal. sextus habet: *discipula* pocillatrix tua.

Digitized by Google

Cod. denique Bern. Saraceni *nisi displicina*, quae lectio Meursio vnice adridet. et mihi quidem haec perquam comice conficta vox Plauto videtur dignissima: *nisi vnum displicuisset*, nihil apud te fuit, quin placeret. Cuius vocis elegantiam qui non adsequebantur, *disciplinam* aut *discipulam* posuerunt. Reponendam putaui — 21. *infuscabat* vini generosi vim addenda aqua minuebat, colorem vini aqua perdebat. Sic Mil. 2. 6. 46. *infuscare* est turbare, perdere — 24. *hunc ordinem* meretricium — 28. *iunctam* vinctam — 29. *si*, tametsi imitemur inter nos earum coniunctiones — 30. tamen viuimus *cum summa inuidia* matronarum, pessime nos oderunt — 31. volunt nos in clientelam earum nos commendare — 32. *nostra copia* explicant alii: venustate nostra, inlecebris, artibus; Gronovius: per nos ipsas. — 33. *suique* auxilii *omnium rerum* in omnibus rebus *indigere*. ταυτολογία in ore mulierculae non mira potest videri — 35. tam superbe nos tractant, vt *abiisse* ab iis gaudeas, et non nisi *inuite* eas adeas — 36. *palam blandiuntur* nobis praesentibus blandae, *clam* absentibus — 37. *aquam frigidam subfundunt* criminose de nobis loquuntur, amatorum animos a nobis conantur abstrahere. *subdole* et ita nos decipiunt — 38. cum suis viris *solere*, consuescere, rem habere — 39. *suas* maritorum suorum — *eunt depressum* id agunt, vt nos deprimant — 41. *ex patribus conuenticiis* cum multis viris conuenientes, ipsae, e quo eorum conceperimus, nesciae. Camerar. et Gronov. legi malunt *commentitiis* — *superbiae causa* explicandum putarunt: contumeliae causa. Sed ioci tantum causa adiectum a muliere est, quae, quantopere erubescere didicerit, abusus verbi *nubere* v. 45 sq. satis superque ostendit — 47. *lugubre* aduerbialiter: misere! — 49. haud me poenitet, te educasse, et ad quaestum meretricium compulisse — 50. pro *Hecata* cum Dousa edd. quę vett. legendum est *Hecale* aut *Hecala*, vt Plautus pro Circe, Niobe habet Circa, Nioba. Vt vero inter mares *Irus*, sic inter feminas *Hecale* paupertate dicitur obpressa fuisse summa. Ovid. Remed. 747. Apulei. Met. 1. Plin. H. N. 22. 22. Sensus est: in senectute olim non magis, quam in praesenti florente aetatula tua, inopia cruciabere. Prospectum in praesenti inuentute aliquid vult, ne, inmutata forma, viuat deserta. Ter. Heaut. 2. 3. 8 sq. — 53. Ignauis precibus fortuna repugnat. Ovid. — 54. *Inter istaec verba* me cum matre haecce

Digitized by Google

nfabulante — 56. *abhorret* abſolute poſitum: abeſt. — 57. *munda* ornata — 60. *mihi exercitum imperare* dolorem adferre, qui animum *exerceat* meum — 64. *ſtultitiam* doloris tui cauſam *facias ſepelibilem* ex animo ucias — 67. *cordolium* dolor cordis, legitur et Poen. 1. 2. 86. Philenium Aſin. 3. 1. 34. exprimit: hic animus bcupatus eſt, quid faciam! — 71. cf. Amph. 1. 2. 1. — 5. *amor in me peculatum facit*, depeculatur, ſpoliat ne ita, vt, prae amore vnius cuiusquam viri, reliquos nnos omnes nequeam amare — 77. *ſpiſſum* tardum. *Veniet! amanti ſpiſſum verbum eſt* diu ſaepe exſpectandum eſt, donec veniat! — 82. 83. vt *oppidum fortunatum*, opulentum, multis defenſoribus eget, ſic meretrix multis, qui alant locupletentque eam, amatoribus — 91. ro *conſpicillo* ſeu *conſpicilio* legendum puto e Mſſ. ang. *conſpicit*, *illo* e loco *conſequutus eſt* etc. — 94. *inſinuauit* verſu 91. addebatur *ſe* — 96. *vt* quantopere go *illum vorſarem* ſpoliarem! — 98. *adſimilare amare* morem *oportet*. Ter. Heaut. 2. 2. 125. arcte tractandus ſt vir — 99. *melius illi* etc. Ter. Hec. 1. 1. 10 ſq. nemo d meretricem venit, quin ita paret ſeſe, abs ea vt blanditiis ſuis quam minimo pretio ſuam voluptatem exleat — 102. *cognatà* Ter. Phorm. 1. 2. 75 ſq. lex eſt, vt rbae iis, qui ſunt genere proximi, nubant, et, illos dure, eadem lex iubet — 105. *nihil amori iniurium* perrium *eſt*. Solent amatores ineſcare, et deinde fallere, eriuria nihili pendentes — 117. *amiculum ſustolle* ne inedas negligentius — *trahi σύρεσθαι*, defluere — *trahor* nita ad matrem. Alii explicant: amore Alceſimarchi.

IN ACTVS I. SCENAM II.

2. *ſaburrare* onerare, proprie (naues) arena, h. l. ibo — 7. *onuſta* cibo, i. q. v. 2. *ſaburrata* — 8. *flore liberi* vino generoſo — verſ. 7 ad 10. in parentheſi ſuantur poſiti — 11. *ei* adoleſcenti v. 6. — 12. *is* adoſcens *hanc* Silenium — 17. *quod* vtrumcumque, ſeuuer eſſet, ſeu puella — 21. *peperit* vt v. 17. *ſubpoſuit bi* ſe peperiſſe ſimilauit — 23. *quae malum quaerunt bi*, quae vere pariunt, quod non optauerant, quare ſans iis *malum* eſt.

IN ACTVS I. SCENAM III.

Auxilium, deus aliquis, extra argumentum adhibitus θεὸς προσατικὸν — 7. *perputem* exponam — 13. ioca-

Digitized by Google

tur in verbo *peperit*, quod aufugiebat ob puellam compreſſam — 27. *facta morigera eſt viro* cui mors eius euenit exoptata. *Cognatam* quippe non amore, ſed legibus coactus, duxerat — 28. *iuſta* funebria — 31. *et eam* etc. non intelligendum eſt: poſtquam duxerat, cognovit demum, eſſe eamdem; nouerat, quae ea eſſet, quam compreſſerat. Eam ipſam ob cauſam, vxore vix ſepulta, Sicyonem adparet mercatorem properaſſe, vt, quam olim compreſſam amabat adhuc, vxorem quam primum duceret — 39. *ex inſidiis* loco, vnde ſpeculabatur, ab hippodromo 2. 3. 7. — 41. *vt expungatur nomen* e numero debitorum, vt meo Prologi officio plane ſatis faciam. *ne quid debeam* idem ſignificat — 43. *is* adoleſcens, Alceſimarchus — 54. *vt vobis* etc. ſcripta igitur videtur fabula ſub finem belli punici ſecundi.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. inter artes, quae ad excruciandos homines excogitatae ſunt, amorem credo eſſe primum — 2. meopte exemplo compertum hac de re habeo. Caſ. 2. 3. 8. iisdem verbis vtitur, niſi quod pro *ne foris quaeram* habet *magis, quam ex auditis* — 3. *antideo* anteeo *cruciabilitatibus:* prae ceteris hominibus ego mihi miſeriis ex amore ferundis videor natus — 4. *verſor in amoris rota* incertiſſima experior eius eſſe gaudia — 5. *differor* in diuerſum feror — *mens animi* a Plauto aliisque bonis ſcriptoribus ſaepe leguntur iuncta. Bacch. 3, 4. Epid. 4. 1. 4. Ariſtoteles: *ὡς ἐν σώματι ὄψις, οὕτω νοῦς ἐν ψυχῇ* — *nubila* perturbata — 7. *ita mihi omnia ingenia ſunt* hoc plerorumque amantium ſolet eſſe ingenium — *mihi* vt ſaepe *παρέλκει* — 8. *laſſus* cum genitiuo *animi.* Sic et Horat. 2. Carm. 6. v. 7. 8. laſſus maris et viarum militiaeque — 8. 9. 10. criminoſa in amorem verba congerit, vnum id deplorans, quod v. 11. exprimit: *maritimis moribus* amor *mecum experitur* e tranquillo in tempeſtatem repente coniectus horreo! Haec ipſa erat *rota amoris* de qua v. 4. — 12. *niſi quia non eo peſſum* pergit in tropo, a nauigatione depromto: ſaeuiſſimis iactor fluctibus, modo nondum obrutus ſubmerſusque — 16. *Lemniam* putant a Melanide dici inridente, quod Lemnii eo tempore ruſticitatis vitio male audiſſent. vid. Truc. 2. 4. 4. ſed Lemni natam vocat *Lemniam*, vt Silenium 1. 1. 102. *Lemnienſem*, quam alio nomine neſciebant adpellare — 17. *factione* potentia.

Digitized by Google

Aul. 2. 2. 50. — 19. *ius iurandum noſtrum* mea quidem filia non fefellit tibi datum — 21. *di me perdant* iungendum cum verſ. 22. — Melaenis autem malitioſe interfatur *quodcumque* etc. et ego velim, deos te perdere — 26. *abi quaerere* quaeſitum alios, *vbi* apud quos *iurando* iuri iurando *tuo* etc. Nonnulli codd. habent *quaerere* — 27. *teſſera* hoſpitalis, e materia fragili, cuius vtrique hoſpiti erat dimidia pars, quam qui confregerat, alteri hoſpitium putabatur renuntiaſſe. Hoc quidem loco non de hoſpitio ſermo eſt, ſed de fide ab Alceſim. violata — 29. *inter nouam rem* quae nunc inter nos agitur, *verbum vſurpabo vetus* vetere reſpondebo tibi prouerbio — 30. eſt ea formula amicitiam renuntiantium — 31. pro vulgato: pro me *reſponſa* tibi, Scioppius mavult *reſponſas*, Gronovio aliisque non paucis viris doctis adprobantibus. Vt v. 32. roganti: *non remittes?* dicit *ſcis*, tu dicis, ſic hic ad *non remiſſura* dicit *reſponſas*. Permultis Plautus locis eodem modo interrogantes amolitur. Caſ. 5. 4. 13. OL. *times*. ST. *ego* ne? OL. *haud mentire*. Rud. 2. 3. 11. TR. *venit?* AM. *vera praedicas* etc. — 33. *commentor* meditor alias res — 35. MEL. ne roges, quid Melaenis agam? ſed animum potius aduorte, vt ſcias, quid tu, Alceſimarche, agas! — 36. *dii ſuperi* οὐράνιοι, *inferi* ὑποχθόνιοι, *medioxumi* χθόνιοι, Graecorum δεύτερος. *Medioximus* i. q. mediocris. *dii medioximi* cenſebantur diis ſummis et ſui ratione, et loco, et poteſtate minores, hominum vero natura maiores. Pro *Medioximi* Meurſius in cod. vetere legit *medigrumi*, a *grumus* locus editior — 37. 38. 39. Iuuenis inducitur errans; Iuno enim non filia, ſed ſoror et vxor Iouis, Saturnus non patruus ſed pater, Ops non auia ſed mater putabatur Iouis atque Iunonis; Melaenis igitur bis eum conrigit — 41. *tu me delenis* mentem mihi adimis — 46. *dii patellarii* quibus colendis in patellis adponebantur epulae, Lares, Penates — 46 ad 51. oratio amatoris irati nimium quantum perturbata eſt. Iuraturus fuiſſe videtur *per ſauium Silenii* niſi ea remittatur, ſe, ante craſtinam lucem, et eam, et matrem, et ſe ipſum eſſe obtruncaturum — 49. *primo luci* gen. maſcul. vt Aul. 4. 10. 18. *luce claro* — *ambo* pro *ambos* ſaepius obcurrit. h. l. *ambas* dicendum erat, matrem et filiam, ſed et Merc. 2. 1. 7. eſt *ambo* pro *ambae* caprae — 50. *pedatu* inpetu *tertio*, ſc. te filiamque tuam ſi obcidero priores, me ipſum addam inpetu tertio —

Digitized by Google

efflixero obcidero. Asin. 4. 2. 9. — 59. *et illud paueo* amens Alcesimarchus ne quid faciat, *et hoc formido* quid hic adferat, qui cursum huc contendit.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *Anum* lenam, Gymnasii matrem — 2. *miserrimam habui* misere cupienti effugere percontando non destiti instare — .. *sibi moderatrix fuit* linguae sciebat moderari, ne excideret ei, quod prodidisse nollet — *inmemorabilis* quae in memoriam ei volebam reuocare, se prorsus non meminisse similabat — 5. *admoenire* oppidum Pseud. 1. 3. 130. est: machinas admouere oppido capiendo; h. l. dolo eam capere, fallaciis taciturnitatem eius superare — 6. *vt diceret*, quae seruus scena sq. herae narrabit. *dolio vini* nihil fuisset exsculpturus. Veriorem causam, qua anus mota rem prodidit, vide in scena 3 a versu 24.

IN ACTVS II. SCENAM III.

Melaenis ad versum 52 ex obculto sermonem Phanostratae et Lampadisci captat, et, quae interibi loquitur, loquitur secum — 3. (ago) *quod gaudeas* laetum tibi de filia tua adfero nuntium — 7. *hippodromus* curriculum equorum, vbi de pernicitate cursus certatur, citra pugnae simulacrum — 9. *salit* palpitat — 13. *vtinam* tu, Phanostrata, *audire non queas*. — In versibus 14. 15. verba nonnulla adparet intercidisse, quae alii aliter conati sunt explere; historiae autem particula, quae cum verbis simul periit, ab interpretibus, quos scio, neglecta fere videtur. Seruum adparet ad versum vsque 21 verba ad Gymnasium facere, eamdem eam esse putantem, quam, a se expositam, a Lena viderat auferri. Hanc vero quibus in aedibus conuenit? et qua re deceptus expositam istam, quam quaerebat, eam esse, persuadere sibi potuit? Lena quidem a Silenio exorata, vt Gymnasium apud se, abfuturam domo, triduum seruare pateretur 1. 1. 106 sqq., filiam in aedes eius 1. 1. 121. quae Alcesimarchi aedes erant 4. 2. 87. intro abire iusserat, et deinde in via scena 2. apertius ad spectatores v. 26. loquuta, abit v. 29. domum, quod, nude positum, est: domum suam. Silenii vero in aedes non ita multo post reuersam oportet esse, nam claues filiae sciebat traditas 1. 1. 113. vt, quidquid esset libitum, posset promere. Dixerat autem 1. 1. 46. filiam nocte proxima nupturam: quare, ne damno adficeretur 1. 1. 108, ipsa iuit, ad amatorem filiae, quo veniret, certiorem faciendum.

Digitized by Google

Ibi tum Lampadiſcus vidit exeuntem lenam ex aedibus Silenii, quae proximae erant aedibus Phanoſtratae 1. 1. 102. quare indē monſtrari digito poterant *ex aedibus hisce* 2. 3. 4. Agnitam ſeruus anum per vias ſtatim ſectatus habet miſerrimam 2. 2. 1. ita vt, quum aliter effugere non poſſet, Silenii in domum, quamuis inuita ſe reciperet. — Redeo nunc ad ſcenae 3. verſus 14. 15. *Pergo* Lamp. dicit, i. e. ſequor anum eam in domum, *illa* lena filiae paucis dicit, quid rei ſit, Silenium enim, vnde orta eſſet illa, ignorabat 1. 2. 26. — ** *dictis* ſeruus, quum Gymnaſium audiſſet filiam a lena dici, eam putans eſſe, quam a ſe expoſitam illa ſuſtulerat, adloquitur Gymnaſium: ne credas eius *dictis; illaec te anus fortu* *** *ſeras vocat fortuito* inuentam, filiam, ne ſe *deſeras*, *vocat* — 19. *talenta magna*, attica, *magna* vocantur non de pluribus, ſed pretioſioribus minis, quam minae erant talentorum Neapolitanorum, Rheginorum, Siculorum — 20. *ex Tuſco modo* quaeſtu meretricio. Lydorum, qui pars Hetruriae, filias ex meretricio quaeſtu dotem ſibi comparare ſolitas, tradit Herodotus. Forſan vero modo *Tuſcum vicum* Plautus reſpexit, de quo Curc. 4. 1. 21. — 23. *vt ſit* qualis nunc ſit — 24. *illam* Gymnaſium *ſuadela* nobilitatem, diuitias promittendo — 24. 25. hic vnus Gymnaſii amittendae metus veritatem lenae extorſit — 28. *amicae* Melaenidi — 37. de Gymnaſio nunc a Lampadiſco ſecura, Melaenidi quoque Silenium cupit ſeruatam, *obſipat aquam*, adſpergit, vt recreet me, cui animo male eſt. vid. Amph. 5. 1. 6. A *ſipo*, iacio, vnde *diſſipo* — 39. *periiſti* fruſtra conaris me fallere. — *Ne hercle hoc longe deſtiti inſtare.* Sic e codd. tribus Pal. expreſſus ſolet locus dari, quem, quod ceteri libri, ſcripti excuſique, valde variant, omnes cenſent eſſe mendoſum. Prout vulgo interpungitur, Lamp. *deſtitit inſtare*, quem tamen in vrgendo perſeueraſſe res ipſa loquitur. Poſt *periiſti* vero, quod Lenae adhuc dicit, pone punctum, ſeu potius ſignum exclamandi. A *ne hercle* pergit ſeruus herae narrare, et poſt *longe* punctum delendum eſt. *Ne* eſt pro *non* vt ſaepe. Trin. 2. 4. 82. eſt: decedam *non hercle hoc longe*, vbi Lipſius mauult *hoc vngue* i. e. vnguem latum, vt Aul. 1. 1. 18. eſt. Moſt. 2. 1. 46. Delphio ſuadenti: abeamus hinc nos; Tranio reſpondet *non hoc longe* vbi etiam nonnulli malunt *hoc vngue*. Sic hoc loco non quidem pro *longe* pono *vngue*, ſed δεικτικῶς tamen adcipiendum puto. vngue, aut alia

Digitized by Google

qua minima re monstrata, dicit: *ne hercle hoc longe destiti instare vsque adeo, donec* — 41. *monstrare* monstraturam esse — 49. *conuenire* oportere — 46. *fac me consciam* eorum, quae, si venerit, porro expiscatus ex ea fueris — 47. quid *nunc* interea — 49. *ne in quaestione mihi sit* vid. Capt. 2. 2. 3. — 52. *domum* adduci: filiam tuam reducem; sermo a Melaenide interrumpitur — 57. *in diuitias maximas* cum dote summa — 60. Melaenidi quidem aenigma non poterat non videri; lectori vero ex Act. 1. sc. 3. omnia sunt clara, et mox per Lampadionem amplius declarabuntur — 67. *medioxuma* media, qua post Phanostratam compressam Lemni in matrimonio habita, ibique mortua, eamdem Phanostratam vxorem duxit — 70. *confragosum* haec, quae inter se repugnant — 74. *proiici* exponi — 76. *postibi*, postea. Si duae essent voces, dicendum fuisset *post hic* Sicyone. Reperitur etiam *postibi* Poen. Prol. 108. Rud. 3. 1. 8. et 4. 7. 37. — 77. *puellam* a me expositam — 78. *supina sursum in coelum conspicis* mirabunda oculos in coelum vertis — 81. *intellexes* intellexisses — 82. *ingratiis* velim nolim.

IN ACTVM III.

2. *quoiam* cuiam, quorum — 9. ab hoc versu incipiunt nonnulli actus 3. scenam 2. — Interfecturus se Alcesimarchus est, sed pedetentim tamen, id quod tutissimum est — 10. *vtrum hac* etc. dubius est, vtrum a dextra, an a sinistra parte, latus feriat! — 15. *istuc seuerum facere* tam crudeliter in te consulere? interimere te? — 17. *adglutinandum dabo* amorem nostrum nuptiis conglutinabo. Ter. Andr. 5. 4. 10.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

1. *excruciabilem* quae me magis excruciauerit, quam illa lena. Alii: cruciatu digniorem — 2. quantopere volebat ea infitias ire, quae fassa erat antea! — 5. *faciundum est puerile officium* ludam cum crepundiis istis, quatiam ea, et sonitum dabo, vt pueri solent — *conquiniscam* inclinabo me *ad cistulam* tollendam — 16. *non cassa memoro* non inania sunt, quae loquor. *nux cassa* quae putamen habet, nucleo caret.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

3. Hoc me *animi miseram habet.* Mil. 4. 2. 76. *miseram animi* excruciat. Truc. 2. 7. 36. *animo* homo *suo* est *miser.* Epid. 4. 1. 1. *miser ex animo* est — 4. *petulantia*

Digitized by Google

quae vox Acidalio non temere erat suspecta, si genuina est, posita est pro incuria seu negligentia — *quae in tergum meum ne veniat, male formido* Taubmann. explicat: valde metuo, ne petulantia mea causa sit, vt virgae in tergo meo sint *petulantes* — pro *veniat* Acidalius recte forsan *eueniat*, vt Ovid. dicit: *in*que *caput* nostrum dominae *periuria* quaeso *eueniant* — 8. *mi* homines, *mi* spectatores, singularis *mi* pro plurali, vt saepius — post versum 11 paullisper tacuit, exspectans quasi, vt respondeatur — 12. non sum *scitior* certior — *fatigem* me, adclamando iis — 13. qui e malis mulierum fructum capiunt oculis — pro *qui semper malo* alii legunt *super* de *malo* — 14. *noscitabo* vestigare conabor eum, qui cistellam abstulit — 20. *intus* in pectore *paueo* pauore consumor, *foris formido* verbera metuo. Taubmann. Malim tamen explicare *intus* in aedes, ad heram intrare *paueo*, *foris* hic in via *formido* quid me maneat tandem — 21. *illo* intus, sunt homines *miseri* si cistellam audiuerint esse perditam, *ille, qui habet, laetus* est, de re, quae ipsi nulli vsui est, mihi foret vtilissima. Sic vna eademque res alteri potest maximi, alteri nullius momenti esse. Gulielmus pro *illo* ponit *hillo*, ob rem nihilam alii saepe miseri sunt, alii laetantur — 24. *ago secius*, segnius, socordius, mecum fabulando cistellam non reperiam — 26. *astute augura* more augurum omnia loca adtente perlustra — 29. *soccis* vtebantur actores comici — 31. *turbo* ventus in puluere vestigia disturbauit — 33. *concilium fuit* plures congressi sunt — 36. *actam rem* incassum laborem — *meum corium* vna *cum cistella* periit, virgis lacerabor. Epid. 1. 1. 84. corium perdidi — *quaerere* adquirere, tollere — 46. *nostra est* ex qua, quod volumus, scire possumus — 50. *nostram rem fabulatur* suapte sponte narrat, quae nos scire magnopere cupimus — 51. Lambinus *oportet* positum putat pro *necesse est*, quod illud officii sit, hoc necessitatis; sed, licet *necesse est* numquam sit officii, *oportet* tamen saepe numero reperitur esse necessitatis. Poen. 5. 2. 70. seruum te esse oportet et nequam et malum. Cic. pro Rosc. Am. 22. exstent oportet vestigia c. 24. adcedat huc oportet odium etc. — 54. *mihi eibus est* adtente audiui; tam parum, quae dixisti, neglexi, quam famelicus cibum. vid. Aul. 3. 6. 1. — 55. *inter rem agendam istam* quod eamdem rem nos iam agimus, de qua tu fabulabare — 59. *quaedam* explicant: praedatrix cistellae; inscia vero, a virone an a femina

Digitized by Google

ablata sit, per *quaedam* intelligere mihi videtur *cistellam ipsam*, quam v. 60. sibi euolasse queritur; quare, quod non statim aperte loquitur, *callidam* seruus v. 61. putat — 60. qui abstulit *damnum adfert alienum* aliis, moerorem *familiarem* Silenio, eiusque parentibus — 61. *mala merx* vid. Cas. 3. 6. 22. — 63. *inuoluulus*; eruca, seu vermis, qui pampini folio se inplicat — 66. si cistella fuit auis, in caueam inclusam ferri oportuit. Pro *in caueam latam* Palmerius legit *incaueatam* — 67. *mirum, quin* inridet de praeda loquentem, *mirum* scilicet *quin* quod non *grex venalium* seruorum *infuerit vna*. vid. Amph. 2. 2. 118. *mirum, quin* te aduorsus dicat. Most. 2. 2. 62. Trin. 4. 2. 125. — 69. crepundia *vna*, nihil insuit, praeter crepundia — vt Lamp. praeit cum suo *quidam*, sic Halisca ad concinendum cum suo *quaedam* promta statim est — 74. *in nulla opera gratuita est* nemini operam dat, nisi mercede emtus — 75. Haliscae, seruo respondenti, Phanostrata dicit *commoda loquelam tuam* responde mihi, loquere mecum, id quod *tibi nunc proderit* — 82. *cito* quid sibi velit, eo quidem, quo legitur, loco, non video: mallem in codice aliquo legi *scitor* — 86. *hic in proximo* monstrat domum — 88. nae . . . . plura dicturum hera iubet tacere — 90. *adtulit* numerus, conuenit, eoque ipso adtulit, reddidit tibi filiam. — 91. *meam* cistellam — 92. *quaero tertiam* iocatur, intelligit puellam mihi. Famosa forsan tunc temporis puella quaedam Romae erat, cui nomen erat Tertiae — 94. *aequum est tenere* vtrasque nos *per fidem quod creditum est* me scilicet manu ferre cistellam, te, reticere, quae fassa ego iniussu herae sum — 95. *ne bene merenti* mihi de te *sit malo benignitas* in tergum meum vertat — 100. 101. Vtroque seruа prudenter sibi prospicit, nec gratiam herae praereptura, et sua manu cistulam redditura.

IN ACTVM V.

4. *liberorum esse amplius* filiam, quae perdita videbatur, mea opera esse repertam. — 4. 5. Demipho se, quod Lamp. dixerat, alio quidem si diceretur sensu, iocatur valde deprecari. — 8. Hoc quidem, relictis aliis rebus omnibus, agendum puto.

GREX.

4. Histriones seruos, qui in actione deliquissent, vapulasse constat — *postrema in comoedia* peracta ea.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI EPIDICVM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

Prologo fabula caret, cuius vice Theſprio fungitur, *πρόσωπον προτατικὸν* — 1. *prehendit*, Gulielmus *reprehendit*, retrahit. — 2. *Familiaris* conſeruus, eiusdem familiae — *odio es* remoraris me — *nimium familiariter* licentius, quam ignotus auderet — 4. auribus non vtebare, vocem meam non adnoſcens, *certe oculis vteris* viſum adnoſcis — 5. *quod eo* peregre redeuntibus fieri *adſolet* — 6. *coena* aduentitia — pro *ſpondeo* dicendum fuerat *adcipio*, quare rogat Epid. *quid* ſpondes, promittis tu? — 7. *exemplum adeſt* ex ipſo adſpectu, corpulentioris quam antehac, conligere potes, me recte valere — 8. *huic δεικτικῶς* manui. Pſeud. 3. 2. 97. furtifica manus. Perſ. 2. 2. 44. furtifica laeua. Dextra enim agentes aliquid, quo oculos hominum auerterent, ſiniſtra potiſſimum faciebant furta — *gratia* debetur, me valere, et habitiorem eſſe — 10. *rapio palam* redux e bello loquitur, vbi nebulo quisque aperta ſolet vi rapere — 11. *infelicent* vid. Caſ. 2. 3. 30. — 12. *curriculo* currendo *ſequi* — 13. *ſcurra es* Trin. 1. 2. 165. (proprie) vrbani adſidui ciues, (qui clementem vitam vrbanam atque otium ſequuntur. Ter. Ad. 1. 1. 17.) quos *ſcurras* vocant. Moſt. 1. 1. 14. vrbanus ſcurra obponitur homini ruſtico, hoc vero Epidic. loco v. 14: homini militari — 14. *audacter quamuis dicito* hoc quidem audacter dicere potes, quod et verum eſt, et laudi mihi eſſe duco. — 15. *varie* Theſprio intelligit: valui nunc bene, nunc male, vt in bello fieri ſolet — 16. Epid. vero, ſe hoc intelligere ſimulat, vt Pſeud. 1. 2. 12. eſt: ego veſtra latera *loris* faciam vt valde *varia* ſint. Poen. Prol. 26. ne *varientur virgis* et Mil. 2. 2. 61. *varias virgis*. Dicit igitur Epidicus, odiſſe ſe homines, qui virgis lorisque, vt caprae pantheraeque natura, varii ſint ſeu maculoſi, quod, quo ſaepius caeſi, eo peiores ſoleant eſſe — 18. *pugilice atque athletice* valet, firma valetudine et robuſtus eſt, quales pugiles atque athletas eſſe oportet. Sic Bacch. 2. 3. 14.

Digitized by Google

valuit pancratice et athletice, et Aristoteles laudat ἀθλητικῆς ἕξιν — 20. *vidulus*, follis, seu Rud. 4. 3. 47: vas, quo vtebantur peregrinantes ad adseruanda ea, quae secum portarent. Men. 5. 7. 47. recte est obsignatum *in vidulo marsupium* cum viatico. Rud. 4. 4. 86. estne hic *vidulus*, *vbi cistellam tuam inesse* aiebas? — 21. *melina* sc. mantica, quae in tergo portatur, e pelle ouilla, seu e pelle melis — post *te volo* vocem paullisper sustinuisse videtur, vt iungendae hae voces cum antecedentibus essent *te volo deos perdere*, mox vero addit *percontari* — 22. *reddibitur* reddetur. Edd. vero vetustissimae habent *redditur* — 23. *ius dicis* tamquam iudex, quaesiturus reum, admones. — 26. Praetoribus sex fasces a totidem praeferebantur lictoribus. Lex Plaetoria praetorem vrbanum, quam diu ius inter ciues diceret, duos lictores secum habere iubebat. Thesprio autem h. l. vult, dignum Epidicum esse, qui a duobus robustis virgatoribus probe caedatur — 28. *arma ad hostes transfugerunt* explicat v. 29. abiecta relictaue *hostes habent* — 31. *erit illi honori* taxat fauorem Romanorum iniquum erga nonnullos, quorum culpa res erat male gesta. Caium opinor Terentium Varronem in mente habet, cladis Cannensis auctorem temerarium — 32 ad 36. noua sibi Stratippocles arma curabit cudenda. — Dormitasse Camerarius Lambinusque Plautum dicunt, qui iisdem, quae Vulcanus fabricatus esset, Achillis armis, Hectorem, Patroclo obciso, potitum esse somniet. Non ipse poeta loquitur, caculam vero in re, per nebulam tantum audita, errasse, id quidem persona eius non magis indignum est, quam quod in Cistellaria Alcesimarchus Iunonem dicit Iouis esse filiam — 33. *Theti* pro: Thetide. — Non prognatum a Thetide Stratippoclem esse contendit, sed, *sine perdat*, perdat licet arma, alia sibi non minus procurabit ipse, quam Thetis filio suo — 36. *singulis stipendiis* quauis expeditione, quouis militiae suae anno — *exuuias* vniuersam armaturam suam — 43. *animi* libidinis causa, vt ea se oblectet — 47. *vtcumque in alto ventus est, exin velum vertitur* h. l. qui nouo amore peregre captus est, veteris absentis amicae facile obliuiscitur. vid. 1. 2. 30 et 32. Sed Poen. 3. 5. 9. eadem verba significant: qualis est fortuna, talis est hominum animus. — 50. *Th. Quid igitur* rogas? *Ep. Quot minis* eam emerit. *Th. Tot.* Hoc respondens Thesprio digitis indicat numerum quadragenarium. Hoc Epid. intellexit, qui mirans exclamat

Digitized by Google

quadraginta minis? vid. Mil. 2. 2. 49. — 51. a *danista*, feneratore. — 52. Qui pactionem de vsura in singulos dies exercebant, vocabantur ἡμεροδάνεισται. Si per *numum* cum I. F. Gronovio intelligas didrachma, id quidem fenus diarium quinquaginta diebus aequaret totam sortem. Alii numos interpretantur drachmas, quod et ipsum ingens esset fenus, alii sestertios — 54. *interii basilice* penitus — 63. *detegetur* detrahetur *corium de tergo meo.* Nonius habet *degetur* quod et ipsum esset: minuetur, detrahetur — 64. *perduit* perdat — 69. 70. *puppis pereunda est probe* pro: puppi pereundum est. Per *puppim* autem intelligere putatur *tergum*, et perire est *virgis caedi. Pereunda est* eodem modo dixit, quo Trin. 5. 2. 35. *placenda dos* est pro: placere debet. Pereunda est *probe* quandoquidem tergum meum perire necesse est, pereat *probe* i. e. praeclaro aliquo facinore patrato — 76. *absumtus es* periisti — 77. *ruinae in te inpendent* tamquam aedes corruentes minantur te obruere — 78. *montes mali* Most. 2. 1. 5. *mali moeroris montem* conspicatus sum. Merc. 3. 4. 32. *montes mali ardentes* in me iacis — 79. iunge: *neque consilium placet, quomodo ego nunc* — 85. *depoliet* alii *despoliet* pro despoliabit. Sic Most. 4. 1. 11. meum *tergum exsinceratum* fiet — 86. *hoc caput* ego. *caput corruptum est* i. qu. v. 76. *absumtus sum* perii — 88. *men' tu rogas?* secum ipse διαλογίζεται.

IN ACTVS I. SCENAM II.

2. *edictaui* enarraui. Amph. 2. 2. 184. *tute edictas* ipse prodis *facta tua* — 3. *per aetatem ac virtutem stultus* stultior, quam homo aetatis tuae, vbi recte fecit, esse deberet. *Virtutem* enim puto *factum laude dignum*, quod captiuam redemit nobilem — 6. *qui inuident* ipsi mallent virginem istam esse mercati — 7. *at pudicitiae* eius vim non adtulit, quod honesto loco audiuit prognatam, inscius vero, sororem esse suam germanam, licet non vterinam — 8. *meo animo* ex mea sententia — 10. pro: *re iuuat* Mss. *opere iuuat*, quam vocem diuidendam putant *ope, re* — 14. cf. Trin. 2. 4. 38. *nequam illud verbum est: bene vult! nisi qui bene bene facit* — 15. *clamore* eorum, quibus debeo, *defatigor* — *differor* diffamor — 16. *malim furno mersos* exstinctos, nullos mihi esse, quam *foro mersos* aere alieno — 17. *pretio pretioso* grandi — 18. *inrigatum* seu virgis madefactis, seu sanguine suo *plagis* — *pistori* in

Digitized by Google

piſtrinum — 19. *comparaſſit* comparauerit — 21. *ſalua res eſt!* h. l. dolentis verba: egregie quidem! — 22. *ſymbólas* conferebant communi ſumtu coenaturi; hic vero ſcapulis iocatur coenam, verbera parari, ſine ſumtu ſuo, ita, vt adcipiat modo, nihil conferat — 29. *miſſiculabas* crebro mittebas — 30. *tara eſt cordi.* Sic Ter. Eun. 1. 2. 121. neque meo cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria! — 30. 31. quodſi elabſus paulatim fidicinae animus tuus, alioque translatus eſt, *quid retulit*, quod — 33. pro *hominem* cum Palmerio Scioppioque poſui *homini*. Nec auſus eſſet ſeruus herum praeſentem vocare *ingratum hominem*, nec *id quod* deinde facile poſſet explicari. Sed, vt apud Ter. Eun. 3. 1. 5. *vt grata mihi ſint* eſt: gratiam mihi concilient, et Heaut. 2. 2. 21. *quum gratum mihi eſſe potuit* gratiam patris conciliare, et Plaut. Amph. Prol. 48. *gratum eſſe id a vobis ſibi* grato animo id a vobis adcipi, ſic Ter. Heaut. 5. 1. 61. ignoſces, *et id ingratum*, ne gratias quidem filius habebit, et noſtro Epidicus loco vt ſententiam profert: miſerum eſſe, *id quod facis bene, ingratum eſſe homini* i. e. non valere, ad eius, cui feceris, gratiam conciliandam — 35. *deſipiebam mentis* in mente, vt: excruciari *animi* etc. — 36. *mene piacularem* victimam i. e. qui aliena mala ſuscipiam, tuam ſtultitiam tergo luam meo — 37. *ſubcidaneum ſubdas* vt meum tergum tuam culpam ſustinere ſinas — 38. *huic homini* mihi — 39. *minis calidis* quae ſine mora iuueniendae ſunt — 41. *vnde libet* tribuunt Chaeribulo, minus recte, opinor. v. 41. 42. Stratippoclis verba ſunt ad Epidicum ſeruum, *vnde libet* vndecumque petat licet, inuenias modo — ante *ſolem obcaſum*, antequam ſol obcidat. Men. 5. 7. 33. eſt: ad ſolem obcaſum — *elo*, ἔλω, cepero. Quidam *eloco* pro *illico*, alii *eloces* quod Lamb. explicat: ex aliquo loco emas; Acidal.: conducas — 42. *ne inbitas* intres, *tu te in piſtrinum* recta inferas — 44. *noui ego noſtros* virgatores — 48. 49. *aliqua* via, ratione *reperibitur* reperietur, quid de illa fiat *exſoluam* me, *extricabor* i. q. ſc. 1. v. 79. expeditum me ex inpedito faciam. Vendenda quippe fidicina pecuniam inuenturus eſt ad daniſtam abſoluendum — 55. *diem luculente habeamus* i. q. hilarum hunc ſumamus diem. Ter. Ad. 2. 4. 23. — 56. *ſenatum conuocabo in corde conſiliarium* iocoſe: perpendam mecum, quam rationem huius rei expediendae ingrediar. Sic Moſt. 3. 1. 157. ſenatum conſilii in cor conuocabo.

Digitized by Google

cf. Mil. 2. 6. 111. Moſt. 5. 1. 8. — 59. *non dormitandum* ſomniculoſe et negligenter agendum.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. Senes in medio prodeunt conloquio aliquo, et Apoecides forſan intus adhuc dixit *eo ſunt ingenio*, aut tale quid, cui iungeret *Plerique homines*. Pro *homines* quidam Plautum ſcripſiſſe putant *omnes*, quam dictionem I. C. Scaliger putat per emendationem augere: *plerique* immo *omnes:* quod vero ſi eſſet, vox *plerique* prorſus foret otioſa; verius autem *plerisque* vitium aliquod ineſſe poteſt dici, quam *omnibus*, et explicare dictionem mallem: *plerique omnium* i. e. *plerique*, ne dicam *omnes* — 1 ad 5. Carpit Periphanem, quem, quum mulierem honeſtam faceret grauidam, vbi pudendum erat, pudor deſeruerat, nunc vero eamdem, ex qua filia ei nata ſit, vxorem ducere pudeat — 5. pro *filiam* codd. nonnulli et edd. vet. habent *familiam* — 6. inridens Apoecides: *credebam, te vxorem, quam tu extuliſti*, ſepeliuiſti (Anl. 2. 1. 34. erat *foras ferre*) *pudore exſequi* reuereri — 7. *ſacruficas illico orco hoſtias* gratias orco refers, quod te ſuperſtitem vxore odioſa liberauit — 8. *eam viuendo vincere* ei ſuperuiuere — 9. *Hercules ego fui* labores ſustinui, herculeis non minus moleſtos, *dum illa mecum fuit* quamdiu huius vxoris ſub imperio gemui — 9. 10. *Sexta aerumna Herculis* putatur, quod Hippolyten, Amazonum reginam, baltheo ſpoliauit. vid. Men. 1. 3. 17. Notus et verſus: Threiciam *ſexto* ſpoliauit Amazona baltheo. Vulgo Stymphalides aues deletae ſextus numerantur Herculis labor — 11. pulcra dos, *quae non maritata eſt* quae, vxore mortua, penes virum eſt. Hic certe explicatio haec locum habere poteſt.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *auſpicio liquido* claro, certo, ſeu, quod aere ſudo puroque oſtenditur — 2. *aui ſiniſtra* proſpera. Augur, meridiem ſpectans, ad ſiniſtram habebat Orientem, vnde ſiniſtra putabantur fauſta, ortu quidem quam interitu laetiore — 2. 3. ſenis, qui (quo) marſupium *exenterem* tamquam piſcem leporemue, *acutum cultrum* ſatis aſtutiae *habeo* — 5. *exſugebo* ab antiquo *exſugeo*, pro *exſugam*. Hos verſus quinque Epidicus ſecum. Interea ſenes paucula conloquutos eſſe oportet, quae exaudiri non potue-

Digitized by Google

runt, donec, Epidico tacente, Apoecides perrexit: *continuo vt maritus fiat* filius tuus Stratippocles — Hoc consilium Periphane laudante, Apoec. v. 7. causam properandi adfert — haerere *in amorem* pro *in amore* — 10. *palliolum in collum coniice* quo celerius curras. Sic Capt. 4. 1. 11. *vt comici serui solent, coniiciam in collum pallium* — 12. Epid. venit clamitans *dii inmortales* etc. Sic apud Ter. Andr. 4. 5. 5. Dauus: vostram fidem! quid turbae est apud forum etc. — 14. *medicinae* Medicorum Chirurgorumque officinae aut pergulae. Amph. 4. 1. 5. Plauti aetate ingenui Romae artem medicam nondum colebant, quam putabant inliberalem — 21. *recipiam anhelitum* animam — *clementer requiesce* animum recipe — 29. *quantum* meretricum — 31. *qui* quomodo — 32. *retia* quibus animaduerti amatores inretitos teneri — 38. *sed vestita* quid de vestitu eius dicam? — *aurata* non sine multo auro, et animo *ornata* — *vt* verbis depingere nequeo, quam *lepide* eleganter — *concinne* ad augendam venustatem adcommodate — *noue* more elegantium feminarum recentissimo — 39. *regilla inducula* vestis, qua vel regina ornatam se putaret, *mendicula* vestis eleganter simplex — 40. *inpluuiata* forsan, qua tempestate vtantur pluuia. Nonius et Festus nonnulla dixerunt de vestium istarum diuersitate, et recentiores multa e rationibus coniectauere etymologicis, sed incerta ea omnia sunt. Varium et mutabile semper femina, sed nulla tamen in re magis, quam in ornatu suo — 41. *inpluuium induta*, iocus quidem, sed, vt ex addito *vtinam* patet, cum exsecratione coniunctus. Most. 4. 1. 15. est: *malum* quum *inpluit* ceteros, non inpluat mihi. Hoc igitur Epidicus loco in animo habuisse videtur: vtinam inclusa ea teneatur, vbi plurima in eam mala inpluant — 42. *fundis exornatae*, ita ornatae, vt amatoribus earum *fundi* obpignerandi sint vendendiue. Sic apud Ter. Eun. 1. 1. 34. Parmeno de Thaide: egreditur nostri fundi calamitas! — 43. *imperatus est* istis amatoribus — 44. *illis*, meretricibus — 45 ad 51. cf. Aul. Act. 3. Sc. 5. — 46. *tunicae rallae*, rarulae, a raritate texturae, obponitur *spissa* densior — *linteolum caesicium* Nonius explicat: purum et candidum — 47. *indusiatam* Varro ab *intus* derivat, et obponit pallae, qua vtebantur foris. Apud Apuleium et pueri adolescentesque obcurrunt *pulcre indusiati*, qui *variis coloribus indusiati* prodeunt — *patagiata* vestis, a *pata-*

Digitized by Google

gium, de quo Nonius: patagium est aureus clauus, qui pretiosis vestibus inmitti solet; Festus vero: patagium est, quod ad summam tunicam adsui solet, quae et patagiata dicitur — *calthula* vestis, a colore calthae dicta. Virg. Ecl. 2. v. 50. *Mollia luteola pingit vaccinia* (variat ea) *caltha* (tamquam flore diuersi coloris) — *crocotula* vestis, *crocota* Virg. Aen. 9. 614. *vobis picta croco vestis* — 48. *supparum*. Festus: supparus est lineum puellarum vestimentum, quod et subucula adpellatur — *subminia* Lamb. a minio dicta — *rica* Turpil. apud Nonium: interea adspexi virginem *in capite gestantem riculam* indutam ostrinam — *basilicum* ornamentum regium — *exoticum* peregrinum — 49. *Cumatile* coloris marini, a κῦμα — *plumatile* vestimentum clauatum, clauis aureis ornatum — *cerinum* coloris cerini — *melinum* coloris melini, qui Plinio est candidus, ab insula Melo dictus; alii: qui pallorem mali Cydonii imitatur. *gerrae* vid. Trin. 3. 3. 31. — 50. *Laconicum* Hor. Epod. 6. v. 5. 6. qualis fuluus *Lacon*, amica vis pastoribus — 51. *haec vocabula* hae vestes vxoribus amicisue emendae, *subigunt* eo redigunt viros, *vt viri faciant auctiones*, vt vendere cogantur praedia etc. — 53. *solens*, vt facere soleo, vbi cupidus sum sermonis aliorum sublegendi — 55. *nec satis exaudiebam* quaeuis eorum verba, *nec fallebar tamen sermonis* intelligebam. 56. *quae* quas res *loquerentur* — 60. *quisnam is est?* Fabri codex: *quis, tu, is est?* — 63. *rursum* quasi recedere cupiens, *vorsum* sed mox propius accedens, 64. quasi inuitus retruderer. vid. Amph. 1. 1. 60. — *pauxillatim* i. q. paulatim. Rud. 4. 2. 24. — 68. *cedo* dic verum! hoc si ita est *ego obcidi!* — 69. *ab se* ab ea — *ab epistola* sic didicisse se ex epistola Stratippoclis — 70. *expetesso* dari mihi cupio. Hoc verbum obcurrit etiam Mil. 4. 1. 13. Rud. 4. 5. 1. Trin. 2. 4. 4. — 71. *calidi* audacis. Alii legunt *callidi* — 73. *catum* prudens — 80. *mihi istic nec seritur, nec metitur* proverbium: ad me quidem ea res nihil adtinet — 82. *arbitrari* Aul. 4. 1. 21. est: speculari, prospicere, circumspicere. h. l. *arbitretur* passiue positum est. *arbitretur vxor tuo gnato* quaeratur ei vxor — 92. *praestines*. Festus: *praestinare* apud Plautum est emere, emendo tenere. Capt. 4. 2. 68. — 98. *viue* valde, excellenter *sapis*. alii *vt sapis!* alii *hui sapis* — 100. *suspicio* libidinis, vel: te fidicinam idcirco emere, vt filium ab ea prohibeas — 101. *sapit pleno pectore*

Digitized by Google

consilii plenus est — 102. quo certius vtraque ista suspicio abscedat, opus est alius, qui deferat pecuniam; non tu deferas ipse — 106. *hic* Apoecides aptissimus est ad id negotium — 111. pro: *ad* (circiter) *quadraginta eam posse emi minas*, Gronovius ponendum iudicauit *minis*, quod recepi — 112. *nihil captio* v. Aul. 3. 2. 9. — 113. *argentum obcupatum* obponitur *osioso*, quod domi latet. mox argentum cum fenere ad te redibit v. 117.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. *in agro* tota regione attica — 2. *armarium* arca, in qua adseruabatur pecunia. Capt. 4. 4. 10. — 6. *adtondeant* me, tergum meum. *adtondere* est: decerpere. *adtondent virgulta caprae* Virg. Ecl. 10. 7. Parasiti semper a diuitibus abradebant aliquid, mensas eorum adtondebant, quem parasitorum adtondendi morem metuit, ne vlmi in tergo suo exerceant! — 8. *quam ostendam* pro ea, quam vt emeret, persuasi — *aliqua* ratione, alicunde — 14. *damnoso* qui damno adficietur maximo.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *exedor* conficior. Cic. Tusc. 3. 13. aegritudo exest animum, planeque conficit — 3. 4. 5. *per illam copiam* dum argenti copiam Epidici opera exspectas, *copiam* tibi *parare aliam* aliunde *licet* — *sciui equidem* etc. non multum spei ab initio in Epidici opera posui — 6. *illum* Epidicum me fefelliss*e prehendero* — 8. 9. *quid illum ferre vis* mirum non est, te nihil auxilii exspectare ab Epidico, *qui* ipse, *cui* (*tibi* παρέλκει) *diuitiae maximae sunt, numum non habes* te habere dicis 1. 2. 13 et 15. quo mihi, *sodali* tuo opem feras — 10. 11. ridicule, seu turpiter potius haesitat, qui auxilium argentarium, quod ipse negat, aliunde sodalem petere iubet — 12. *muricide*, qui mures quidem obcidit, homo sordide. Salmasius legi vult *murcide*. *Murcus* autem veteribus idem erat, quod ignauus, qui officia sua detrectaret. Murci enim ioculariter adpellabantur, qui pollices sibi praeciderant, ne militiae nomen esset dandum — 13. *blatis* Amph. 2. 1. 79. — 15. *mihi ades* praesens quidem es, sed praesentia tua mihi non plus adiumenti est, quam si non esses.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *Feciſti tu* loquitur ad Periphanem absentem *officium tuum* pecuniam mihi dedisti ad fidicinam emendam,

Digitized by Google

me meum ſerui aſtuti officium *nunc facere oportet* vt herum pecunia interuortam — 2. *per hanc curam quieto tibi licet eſſe* de hoc quidem argento eſto ſecurus, nam *hoc quidem iam periit* bolus tantus mihi non eripietur e faucibus — 3. *ni* (ne) *referas tibi in ſpem* te recúperaturum ſperes *quid* aliquam partem *hinc* huius pecuniae — *hoc* argentum *oppido politum eſt* ſi lectio vera eſt, vix tamen perſuadeo mihi, quod volunt, hanc ſpectionem albi aſperique numi valde ſcenam iuuiſſe. Onus quinquaginta minarum argentearum, i. e. ſeptingentorum et quinquaginta fere noſtrorum vallenſium, pergraue eſt, nec, cuius in collo crumina conlocata ſemel eſt v. 24, ioci cauſa id deiicit reponitque, ſed procedentem Epid. iocatum puto: hem! lectum argentum eſt! Acidalii vero coniectura valde mihi adridet: *hoc hoſtium potitum eſt*, non minus perditum eſt, quam ſi hoſtes potiti eo eſſent — 4. *noſtri* alii ſerui aſtuti — 6. *vt facilem atque inpetrabilem* diem, ſeu potius hoc die herum meum reperi — 7. allegoria, a re militari ducta. Commeatus coloniarum praeſidiis non niſi auſpicato mittebatur, ne interciperetur — 12. *tergum floccifacio* pater tuus vbi fraudem ſenſerit, corium perdidero — 13. tuum patrem faciam *perenticidam*. Quidam a *pera* formatum mallent *pericidam*, ſed Plauto, de etymologia ſecuro, ſatis eſſe ſolet, ſi a vulgo poſſit intelligi, et *perenticida*, quod ad ſonum vocis *parenticida* propius adcedit, magis, quam *pericida*, ei placuit — 15. Epidico non ſatis eſt, quod vulgus ſeruorum magnae ſibi ducit laudi, herum *peratim ductare* perpauxillo argento defraudare, *follitim* vult *ductitare*, maiori pecunia. follis enim peram, magnitudine ſuperabat — 21. *ea* fidicina, quam amaſti, *iam domi eſt pro illa* filia ſua. Codex quidem Camerarii loco *pro illa* habet *pro filia*, ſed a manu ſecunda — *auctorem* cuius periculo et fide res geratur — 23. *quaſi cui emeret caueat* Periphani, praedibus a lenone adceptis — 27. *ademſit* ademerit *orcus*, ſi mortua ſit — 30. *minas quinquaginta* quas hodie a patre tuo adcepi, *nudius tertius* dinumerauerat ei ſeruus minas triginta pro filia 5. 2. 38. Si Apoecides, quaerens, an pecuniam pro fidicina adceperit, in mente haberet hodie emtam, leno iuraturus erat, ſe pecuniam adcepiſſe, in mente autem habens, nudius tertius emtam. Verſu 33. mallem pro *inprudens* in codice aliquo reperiri *inpudens*, non enim et leno deceptus a ſeruo eſſe videtur, ſed

Digitized by Google

potius probe edoctus, nec, si inprudens modo erraſſet, ea in re *ſceleratus* erat dicendus, caputque ſuum *obligaturus* — 35. *Verſutum* Cic. ſenſu malo Fin. 2. 16. vocat eum, qui facile excogitat, quomodo obeulte fallere poſſit. Senſu bono v. c. Capt. 2. 3. 8. *vtroque verſum rectum eſt ingenium meum, ad te atque ad illum, pro rota me vti licet.* Chaeribulus vero nec vituperat, nec laudat, miratur modo celeritatem Epidici in inueniendo, quodcumque vſus videretur requirere — 36. *doloſam* falſam, aliam et ab ea, quae iam domi eſt, et ab ea, quam ſe putat emturum — 37. *docta* a me inſtructa — 38. *parate*, adcurate; nihil praetermiſſum eſt, quod opus eſt, vt pater fallatur. Sic Rud. 1. 3. 9. *parate curaui* — 44. *lubentius* animo magis defaecato.

IN ACTVS III. SCENAM III.

1 ſq. Senecae Nat. Qu. 1. 17. de ſpeculi vtilitate locum et ego hic adiiciendum puto: "Inuenta ſunt ſpecula, vt homo ipſe ſe noſceret. Multa ex hoc conſequuta, primum notitia ſui, deinde et ad quaedam conſilia: formoſus, vt vitaret infamiam; deformis, vt ſciret, redimendum eſſe virtutibus, quidquid corpori deeſſet; inuenis, vt flore aetatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi, et fortia audendi; ſenex, vt indecora canis deponeret, et de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmet ipſos videndi." — 1. *contemplarent* contemplarentur — 3. poſt *ſed* et poſt *cor* pone commata, nec iunge *cor ſapientiae*. Ad *ſapientiae* e verſu 1. repete *cauſa*, et iunge *non oris cauſa* vbi id contempl. *ſed ſapientiae cauſa*, qui cor perſpicere poſſent — 4. *cordis copiam* quidquid in corde boni malive inſit — 7. *vel quaſi* exempli cauſa. vide apologum Stich. 4. 1. 33 ſqq. — 10. *malefacta ſolida* ingentia, niſi Plautus ſcripſit *ſolita* — 12. *fuit conducibile hoc* perſpicere cordis copiam — 13. *cum praeda* puella, quam fidicinam putat, filio praereptam — 19. *ſiris* ſiueris — 22. *mores longe diuertunt* diuerſi ſunt — 25. *tempore*, tempeſtiue, obportune — 26. *quid iam?* cur dicis *tempore?* — 28. *hanc rem* vt ipſe mox ea potiretur — 29. *ſeruus graphicus*, quaſi pictus, quo ſcilicet ſcitior callidiorque ne fingi quidem optarique abs te poſſet. Pſeud. 2. 4. 9. — 30. *non carus eſt auro contra* pretioſior eſt auro. Curc. 1. 3. 45. *auro contra* cedo modeſtum amatorem. Mil. 3. 1. 63. *au-*

Digitized by Google

richalco contra. ibid. 4. 2. 84. *contra auro.* Pseud. 2. 3, 22. *aurichalco contra* non carum fuit — 34. cf. 2. 3. 9 sq. — 40. *bardus*, tardus ingenio. Graeci tardos vocabant *βραδεῖς* — 48. *os sublitum esset* deceptus essem. Aul. 4. 6. 2. Capt. 3. 4. 123. — *albis dentibus* vid. Capt. 3. 1. 26. — 52. *memorandis* si memorarem *pugnis* quae ego factitaui, designaui — 53. *eradicabam hominum aures* obtunderem, tam multa narrarem, vt taedio audientes adficerem — 55. *chlamydem* vestem militarem *quassando*, gressus subcussando *facit vndantem* fluctuantem, crispantem. Virg. Georg. 2. 437. iunat *vndantem buxo* spectare Cytorum (Paphlagoniae montem). Cf. Virg. Cir. v. 144 sq. suspensam gaudens in corpore *ludere* vestem, et *tumidos* agitante *sinus* Aquilone *relaxans.*

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1 ad 3. miles dicit seruo alicui, armigero suo, muto — 1. *praeterbitas* praetereas *vllas aedes.* Poen. 5. 3. 44. *ne praeterbitamus* — 2. *Platenius* additum videtur ad tribum, e qua Periph. esset, indicandam. Petitus vero legendum putat *Kapthenius.* Apud Stephanum enim est Πλώθειαι δῆμος Αἰγηίδος Φυλῆς· ὁ δημότης Πλωθειεὺς καὶ Πλωθεὺς — 5. *commonstrasso* commonstrauero — 6. *belli* in bello. sic et Amph. 2. 2. 16. Capt. Prol. 68. iungitur *domi bellique* — 8. *tranquillum locum* vbi non adsit, qui, ipse belli peritus, possit obloqui — 10. *strenuiori* olim militi — 11. *de illius ore* comparatae cum iis rebus, quas alter narrabit a se gestas *fiunt sordidae* minus reperiuntur glorioſae — 16. *manibus demissis* citato cursu — 19. pro *farcias* Meursium aliosque sequutus posui *farcias.* Centones enim non *farciuntnr* sed *farciuntur. Cui centones farcias* cui glorioſis mendaciis consarcinatisque fabulis tuis admirationem tui iniicias — 33. *tuas possidebit mulier faxo ferias* tradam eam tibi; vt libertam tuam facere possis. Alii: haec mulier tuarum feriarum otiique tui erit particeps. Pro *possidebit* malunt quidam *residebit*, et citant Capt. 3. 1. 8. venter gutturque *residunt* esuriales *ferias* — 34. *eam ex hoc exoneres agro* pro: hunc agrum exoneres ea. Per *hunc agrum* plerique intelligunt Periph. domum, (transferas eam a me ad te) alii totam Atticam. Ipse Plautus explicat 2. 2. 94. aliquo *ex vrbe amoueas* — 35. *esne emta mihi haec* vid. not. ad Capt. 1. 2. 76. — 40. *quas tu mihi tenebras cudis?* fu-

Digitized by Google

mum vendis. Scaliger malebat: *terebras trudis*. Bacch. 5. 2. 82. est quidem *vt terebrat* — 51. Gulielm. *fidicinam* putat esse glossema, pro quo ponit *in eo articulo* temporis, modo, sed contra auctoritatem codd. et edd. vet. Baptista Pius, coniecturae auctor, deceptus videtur voce *articulatim*, quae mox sequitur, qua vsus miles esse posset ad inridendum illud *eo articulo* — 52. *articulatim te concidit* i. q. v. 55. *tibi os est sublitum plane et probe* prorsus te decepit. Amph. Prol. 85. est: ornamenta et corium histrioni *concidere* i. e. summam ei ignominiam iniungere — 53. Neque *τὸ nihil*, nec, quod pro eo posuere quidam *mihi* in plerisque codd. adparet, in Mss. modo Lang. et editione Camerarii illud *nihil* legitur. Forsan miles, eloquutus *nihil* in mente habuit: pro certo adfirmare non possum — 55. *os sublitum est* vid. not. ad Capt. 3. 4. 123. Aul. 4. 6. 2. — milite v. 56. dimisso, Periph. 57. 58. secum loquitur 59. fidicinae — 58. *emungi* dicuntur nares, quare hic additur *mucidum*, vt Mil. 3. 1. 52. senex laudat se minime esse *mucidum*. hoc vero loco *emungere* est: per fallaciam ab aliquo pecuniam auferre, tropo. quo, nauseam creante, politi homines abstineant. Bacch. 5. 1. 15. est: auro emunctum esse, et apud Ter. Phorm. 4. 4. 1. emunxi argento senes — 60. *ehodum* num negare potes? — 66. *Athenis atticis* plures vrbes Stephanus recenset, Athenas dictas, quas vero omnes senex mihi non videtur cogitasse, sed, vt perturbati saepe solent, otiosum adiecisse vocabulum — 74. *meum exenterauit marsupium* id ipsum seruus 2. 2. 2. voluerat — 79. *flagitio cum maiore* non male explicant multi: vehementius flagitanti, sed melius forsan alii: non sine dedecore tuo, vt reddas, cogere — 80. *qui in tantis positus sum sententiis* varie interpretantur; rectissime forsan Camerarius: qui tam sapiens vir habeor; aut Gronov.: cuius in sententiam toties populi psephisma factum est, nomine meo praescripto — 81. *eamne* restituendum putaui. *Eumne* natum erat e cerebro Bapt. Pii. *Eum*, Epidicum seruum, si impune nollet abire, non alterum tantum pecuniae erat perdendum; *eam* vero, causam, pecuniam, non sine impendio ab iis, qui abstulerant, poterat repetere — 83. *depeculatum* ab *eis* — 85. *prae illo* Apoecide, qui sapientissimus vult haberi — 87. *malleus sapientior manubrio*, prouerbium, inridens eos, qui aliis sapientiores sibi videntur, ipsi aeque stolidi.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM I.

1. poſt *miſereſcat* dele comma, poſt *animo* pro puncto pone comma. *Si quid eſt homini miſeriarum* ſi tantum malorum homini poteſt obiici *quod* quo miſer dolore obrutus *miſereſcat ex animo* totum ſuum animum adfici ſentiat cierique, 2. *id ego experior* — 4. *mentem animi* vid. Ciſt. 2. 1. 5. — 5. *hoſtium* ab hoſtibus *eſt potita* paſſiue: capta. Capt. 1. 1. 24. — 6. *quis illaec* eſt mulier? *quis* ſaepius vſurpatur feminine, infra 4. 2. 4. *quis iſtaec* eſt? Aul. 2. 1. 48. *quis ea* eſt? etc. — 7. *quae ipſa ſe miſeratur* ſe miſeram eſſe lamentatur — 9. illi hoſpitio *vſus* opus eſt — *inuenit* hoſpitium! ironice, quod alium neſcit, itur ad me! — 12. *viſitani* vidi hunc hominem, Epiphanem, *antidhac* antea, noſco eum de facie — Periucunda eſt a verſu 13 ad 20. vtriusque in recognoſcendo altero dubitatio: haud quidem reſpondent ſibi, ſed vterque loquitur ſecum, at alternis tamen verſibus, tamquam amoebaeo in carmine, alter alteri ſimile quid videtur ſubiicere: *haeccine eſt illa? hiccine eſt ille?* — 14. *pudicitiam pepulit* Liuius: decus muliebre expugnauit; Apuleius: virginitatem interfecit — 19. *malitia* aſtus; cautio neutra videtur negligenda — 20. pro *aciem conferam* mallem legi *conſeram*, promte reſpondebo — 22. *quod credidiſti, reddo* tu ſalutaſti, ego reſaluto — 23. *ſi ego te noui* ſi tu is es, quem te eſſe puto, *animum induco, vti noueris* certa ſum, te me noſſe — 25. *tuae memoriae interpretari me* ſubgerere me, quae elabſa aut dubia certe memoriae tuae ſunt — Periph. verbis: *commode fabulata es* dicere vult: recte dixiſti, iniurius vtique fui, qui abs te mihi ſubiici poſtularem, *nouerimne ego te! vbi viderim ego te!* mulier vero iſtaec verba alio ſenſu adcipit: *commode* ita vt e re tua eſſe putares *fabulata es* confinxiſti, quae reſponderes; quare Philippa v. 26. *mira memoras* hoc vero qui dicere poſſis, non intelligo — Periph. igitur: *hem!* concedo, me minus apte eſſe loquutum; *iſtuc rectius*, aptius, quod ſcire volo, interrogabo: — 27. vno tenore interrogaturo ei: *meminiſtine in Epidauro virgini* etc. mulier, poſt *meminiſtine* ſtatim, priusquam addidiſſet *quid?* ſatis comice interloquitur *memini id* — audiens vero eius *in Epidauro* interfatur *ah! guttula pectus ardens mihi adſperſiſti!* dicit *pectus ardens* nam v. 1. miſera eſt ex animo! *guttula aquae adſpergi* eſt recreari. ſenſus igitur eſt: quod non obliteratam in animo

Digitized by Google

tuo memoriam sentio eius, quod passa olim abs te sum, bene de te sperare incipio — 30. *obsonisti* eleganter et honeste vocabulum agriculturae transfert in rem voluptatum. Truc. 1. 6. 38. alia dicit: vim magni doloris per voluptatem tuam condidisti in corpus meum — 32. *compotem* plenam — 33. *quid est, quod vultus te turbat tuus?* Meursius in cod. reperit: *quod duoitus*, et conrigit: *quod digitus titubat tuus*, quod eodem modo explicat, vt Capt. 4. 2. 79. Gruterus vero Gronoviusque consentiunt *duoitus* nihil aliud significare, quam *vultus*. Gron. tamen pro *te turbat* scribendum suspicatur *se turbat*. Sed *te turbat* esse potest: te, mentem tuam turbatam esse prodit — 34. *eductam* Lamb. ad Curc. 4. 2. 32. vult, *educare* ad corpus, *educere* ad ingenium pertinere. Sed Cist. 1. 3. 24. est *educauit eam bene et pudice*, et vtrumque verbum, apud comicos, corporis animique curam solet complecti — 35. *hostium est potita* vid. supra v. 5. — 39. *alias res* vid. 3. 4. v. 57. 58. 74. — *inpense* valde *improbus* — 41. Verum nomen verae Periph. filiae erat *Telestis*, quod serius sciebat 5. 1. 30. nec pater ignorabat, qui, quum miles 3. 4. 43. fidicinam, a Stratippocle prius amatam, vocasset Acropolistidem, non monebat, hoc esse filiae suae nomen, sed id fidicinae nomen ipse tribuebat 3. 4. 67. Senex igitur nomen filiae memoria labsus confudisse putandus est cum nomine eo die saepius audito, sibique, ob iacturam factam, memorabili. Mater putasse potest, nomen aliud filiae apud mangonem esse inditum, aut, errore animaduerso, Periphanem conrigere noluisse potest. Non erat igitur, quod Camerarius pro *Acropolistidem* ponendum iudicaret *Telestidem*.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

3. *exanimata exsequitur adspectum tuum* exanimata te adspicit — *quis istaec* v. scen. superior v. 6. — 8. *vestitum atque ornatum inmutabilem* valde mutatum, ab *inmuto*, quo in verbo *in* numquam negat, sed interdum potius auget. *Inmutabile* non modo est, quod mutari *potest*, sed eam ipsam ob causam, quod potest, saepe etiam mutatum *est*, id quod in vestibus quotidie cernitur. cf. Ter. Eun. 4. 4. praecipue v. 16. 17. — 9. Non certius catulum a porcello canis, et sus porcellum dignoscet a catulo, quam ab hac ego filiam meam — pro *alienos* MS. Lang. *alienas* — 14. *fuat* sit — bene et lepide

Digitized by Google

se defendit. Acropolistis — 22. *plaustrum perculi* prouerbium rusticum, deriuatum ab eo, qui plaustrum inaequale tam immodice leuat, vt prorsus euertat. Periph.: euerti ac perturbari rem falsa emtione — 29. *quid si seruo tuo aliter visum est* si sensus est: licet seruus tuus errauerit, post *visum est* ponatur comma; qui vero signum interrogandi ponunt, intelligere videntur: quid, si seruus decipere te voluit? *non poteras nouisse?* nonne tu ipse aliam esse videbas, ac filiam olim noueras? Periphanes quidem vxore viua non tamen ita oblitus Philippae est, vt non dona ei interdum mitteret 5. 1, 33. et semel in itinere ipsam vidisse filiam ex versu 30. adparet. Quo tempore Epidicus eam viderat, decennis forsan iam fuerat, quod adhuc post sex septem annos formam eius statim noscebat, et quod ea meminerat doni paterni, per eum adlati. Si eo ipso tempore et senex eam vidit, recte mater quaerere poterat: *non poteras nouisse?* — 33. *hinc* Athenis etc. Vera inaudiuit Philippa, citius atticus, isque adolescens, Stratippocles, filiam eius emerat. — 34. Rigaltius putat, quod, qui nec patrem nec matrem nossent, a Sole dicerentur procreati, fidicinam a sene Solis filiam vocari, qualis olim, eamdem ob causam, *Circa* (Circe) fit putata. Doctior mihi haec explicatio videtur, quam verior. *Circam* hic, in ore senis, *veneficam* esse, cum plerisque arbitror. *Solis filiam* addit: aeque venefican, ac illam, quam fabula Solis filiam perhibet — 35. *operam dabo quaerendo* vt quaeram Epidicum — 36. *exitiabilem hunc diem* pro: exitiabilis hic dies. vid. Pers. 5, 1, 8.

IN ACTVS V. SCENAM I.

3. *caperat* se, rugis contrahitur, exasperatur. Tractum est verbum, vt Nonio videtur, a caprorum frontibus crispis. Amph. Prol. 52. est *contrahere frontem*. Bacch. in Subpos. Prol. 3. *consulcare frontem*. h. l. *frons caperat se in seueritudinem* tristis, seuera est — 4. 5. si omnes dii deaeque vires suas conferant, salutem malis meis quaerentes, auxilii nihil adferant — 8. *mea commoditas* tu, e quo maximum percepi commoditatem — *quod miser* agere potest, ego ago — 10. *defloccati* calui, a vestibus metaphora depromta est, quae detritae villos amiserunt — 11. pro *secuncias* cum Scaligero posui *sescuncias* sesquiuncias, sesquipollicem crassas. Lamb. vult *secum duas* — 12. Festus: *in mundo esse dicebant antiqui, quum, ali-*

Digitized by Google

quid in promtu esse, volebant intelligi. h. l. ironia est seruilis: quidni ego bonum animum habeam, cui libertas parata est domi! — 13. *me illi* senes *melius* seruabunt in vinculis — 14. *quis haec* quae haec — Telestis ea erat — *grauastellus* alii *grauistellus.* Festus: senior, a *grauitate* sic dictus; Camerarius Plautum putat, adludentem ad pondus *telluris*, ἄχθος ἀρούρης, ita iocatum fuisse in obesum danistam: *grauis tellus* Salmasius contra vocem deriuat a *grauus*, quod idem est ac *rauus:* cui canitie caput inspergitur — 15. 16. ter repetitum *haec?* prodit, primum statim adspectum virginis miraculo fuisse Epidico, in adulta adhuc ea reminiscendo recognoscenti herilem filiam, puellulam olim visam — *contempla* contemplare — 17. *vnguiculis* pedum, *ab vnguiculo ad capillum summum* quanta est, tota. ἐκ ποδὸς ἐς κορυφήν, seu ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε. talos a vertice pulcer ad imos Hor. — 18. vt statura sua signum videtur, in quo, quid efficere posset, summus expertus sit artifex, sic colore verissimo pulcre vides pictam — 19. *ex tuis verbis*, si rubere tibi est pulcrum esse, *meum corium mox erit pulcrum* — 20. pro *quod* corium dicit *quem* me *Apelles* et *Zeuxis*, pictores nobilissimi, Periphanes et Apoecides, *pigmentis vlmeis pingent*, virgis probe caedent — 21. *pedes pulmonei* sunt forsan phthisi laborantis, seu omnino *molles*, ad itineris laborem inepti. Alii explicant: tumidos, vlcerosos — *qui perhibetur* in prouerbio. 28. apud Ter. Phorm. 4. 6. 8. Chremes: nisi parum prospiciunt oculi (vbi pro *nisi* rectius forsan dictum esset *si non*) — 29. *natam a Philippa Thebis, satam* conceptam *Epidauri.* Philippa, Epidauri grauida facta, Thebas migrauerat, ibique pepererat filiam, quae postea ibidem in bello capta est — 33. *auream* iunge cum *lunulam* ornamentum aliquod — 36. *animo liquido* curis soluto — 38. *non habeo vllam occasionem* idem exprimitur Most. 2. 1. 23. quid mihi sit boni, si mentiar — 41. *vt tu aeque scias* hoc scias, ne alii indulgeas amori, quam fraterno — *tacitus taceas* ne conquerare — 48. *aquam calefieri* vt lauet se, peregre aduenienti — 53. adfer domum *auxilium mihi* Stratippoclem et Telestidem, quorum auxilio iram senis mitigabo — 54. *magna res est* filius redux, filia reperta — *minoris facio, quam dudum* minus, quam vnquam, formido — 57. *neque haud* duplex negatio, negatiue, Graecismo — 58. *pedibus sese prouocatum*

Digitized by Google

fugitiuum me fuiſſe perſequendum. fugiens enim ipſe me adcuſarem poenam promeritum.

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *Satin* etc. v. Moſt. 1. 1. 73. Mil. 2. 6. 1. — *decrepitus ὑπέργηρος, ταχυθάνατος*, a lucerna ſeu candela, quae *decrepare* i. e. vltimum exſpirans crepitum edere ſolet — 5. *flemina* Caper in Orthographia explicat: flemina ſunt, vbi abundant crura ſanguine; Feſtus: quum labore viae ſanguis defluit circa talos, et tumorem facit. Pſeud. 4. 7. 92. Poen. 3. 1. 67. quidam legunt *flemina*, plerique vero *femina* ſeu *ſemina* — 9. *ſi* prope *adſtes* alii *abſtes*, ſed, qui igni prope *adſtat*, idem ab eo prope *abſtat* — 10. *duodecim diis plus* etc. cf. 5. 1. 4. *ſi vndecim deos* etc. ſenſus eſt: quod vel ipſis diis adiutoribus fieri poſſe deſperabam, id nunc ſpero, quod Stratipp. et Teleſtis mihi duod. deorum plus ſunt — 13. *ἀπολακτίζω* calcibus repello, h. l. flocci pendo — 19. *vadimonium vltro mihi hic facit* vltro ſiſtit ſe — 21. *te nihil moror mihi precatorem* non deſidero, vt Periph. pro ſalute mea ores — *facile exoras* non in mentem mihi venit, pro te orare — 22. *quid agis* quin mihi manus conligas? *tuon' arbitratu* me agere vis? pro *non conligo!* recte, opinor, Piſtoris *non? conliga!* — 24. hunc verſum Acidalius exturbandum putauit, quod mox ſuo loco rectius legitur. ſed, quod in omnibus ſcriptis editisque libris eſt, delere eum nolui — 25. *tragulam in te iniicere adornat* dolum aliquem in te ſtruit. Pſeud. 1. 4. 14. volui iniicere tragulam. ſed Caſ. 2. 4. 18. trag. decidere: a ſe auertere. propr. *tragula* genus teli, haſtae non abſimile — 28. *mos geratur* conliga id poſcentem — 30. *nihil vero obnoxioſe* explicant: nihil clementer, et cuius nomine tibi obnoxius eſſe debeam; alii: ob nullam vero noxam manus meas conligas, inmerenti mihi metuendum nihil eſt — *facto opere* poſtquam conligauero eas, *arbitraminor* tu Apoec. et tu Epid. ipſe iudicatote, vtrum noxam admiſeris, nec ne — 31. *bene hoc habet* in nulla me noxa eſſe inuenies — 34. *vel da pignus* pignere certa mecum — *ni ea ſit filia* cauet addere *tua* — 35. quam licet Philippa non nouerit, matre tamen aliqua natam eſſe neceſſe eſt. cf. 4. 2. 15. — 36. *enim* initio orationis poſitum apud veteres non inſolens eſt — 40. *tangere* fraudare. Pſeud. 1. 1. 118. tuum tangam patrem. ib. 5. 2. 13. probe tactus Ballio eſt. Poen.

Digitized by Google

Prol. 101. tangere hominem bolo. ib. 5. 5. 7. aere militari tetigero — 42. *recte factum* quo minus amica filii tui a te venderetur — 44. *indigno* Camer. quidem coniectura eſt, at eam Lamb. lectionem in codd. nonnullis reperit atque defendit. Vnice veram putaui, reponendamque pro *benigno*. Quo ſenſu enim patri diceret, filium *neque malum neque benignum eſſe*, non intelligo — 56. Periph. intus rediens filio filiaeque et Philippae clamat, pro Epid. deprecantibus — 57. *cedo tu* etc. Epidico dicit — 59. *ſubplicium das* ſatis facis — 62. *quod pappet* edat. Sic Ter. Adelph. ſcen. vltima v. 23 ſq.: ſiquidem porro, Micio, tu tuum (Patroni) officium facies, atque huic (nouo liberto) aliquid paulum prae manu dederis, vnde vtatur — 63. *oraſſis* orauerís.

GREX.

2. lumbos *ſurgite* ſubrigite.

COMMENTARIVS IN PLAVTI BACCHIDES.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1 ad 4. Comparant inter ſe ſorores, vt alteri, Piſtoclerum delinire conanti, ſubueniat altera; (cui de Mneſiloche altera daret operam v. 70.), vltima deliberationis verba ordiuntur ſcenam.

1. *quid ſi hoc potis eſt* tibi placere poteſt. Alii legunt *potius* melius — *vt taceas, ego loquar* vt in conloquio cum Piſtoclero ego ſuſcipiam partes primas. — *lepide, icet!* vtrumque adſentientis eſt — 2. *vbi me fugiet memoria* vbi ſermo frigebit, verba mihi videbuntur deeſſe — 3. *metuo* ne *in monendo* in refrenanda lingua tua etc. — 4. *ego quoque* ipſa *metuo, ne luſciniolae defuerit cantio* ne luſciniae prius defuerit cantio, quam mihi oratio — 6. *bene* ſeu *recte* reſpondent, qui nec adfirmare, nec, quod quaerebatur, vberius exponere cupiunt. Sic et dicebant *nihil* ſc. eſt, quod ſcire, tua poſſit intereſſe. Hoc

Digitized by Google

ſenſu mulier dixerat *bene* — adoleſcens autem illud *bene* iungit cum *conſuluiſtis*, quare dicit, *haud meretricium eſt* aliis bene conſulere — *meretricium* quidam putant eſſe adiectiuum, *meretricium aliquid*, mos meretricum. Videtur autem, vt Caſ. 3. 3, 22. pro *meretricum* eſſe poſitum — 7. *quid eſſe dicis dignius?* potesne negare, dignas mulieres eſſe, quae miſerae ſint? — 8. *ſibi qui caueat* qui eam tueatur a milite — 9. *vbi emeritum ſibi ſit.* Emeriti proprie milites, qui ſtipendia ſua meruerunt. Sed ſolebant interdum meretrices certam mercedem cum aliquo pacifci, vt per aliquod tempus cum eo eſſent vno. Sic apud Ter. in Hecyra Philotis cum milite biennium fuerat; apud Plautum in Aſin. Diabolus viginti minas numeraturus eſt, Philenium vt ſecum eſſet annum totum. Hoc vero loco Bacchis, *vbi emeritum ſibi ſit* ſtatutum tempus praeterierit, a Cleomacho domum cupit reuehi — 11. 12. Bacchis quippe altera, amica Mneſilochi, eo per biennium abſente, Cleomacho militi dediderat operas, mercenariam ſe libidine eius dediderat; ducenti autem Philippi aurei reddendi erant ei, ſi Athenis abiturum recuſaret ſequi — 12. *faciat lubens* vt a milite discedat — 13. ſed *hoc* tempus, dum venerit — 15. *eadem* opera, te apud nos intus exſpectante — 16. *viſcus merus* quo adglutiner, tamquam auicula capiar — 17. vnum *palumbem* amatorem — *arundo* viſco inlita *alas verberat* perii, prope iam captum me ſentio — 19. *bacchanal tuum* tecum potare — 20. *lectus* quo cubans bibas? — 21. *inlectum* inlecebras tuas — *mala beſtia* minus lepide vocatur, meretrices vero in verbis ſolent eſſe faciles — 22. *huic aetati* mihi iuueni — *latebroſus locus* luſtrum — 26. *ſodali* ſcripſerat ei Mneſilochus Epheſo, vt ſuam ſibi inueniret Bacchidem — 28. *iſtaec* te meam videri amicam — 29. *aculeata* explicat verſ. ſq. quibus animus, bona, fama, facile poſſint vulnerari — 31. *malacifſandus* molliendus *es*, a μαλακίζω — 33. iuuenis adſuefaciendus eſt certaminibus ei profuturis, in luſtris vero *damnis deſudaſcitur* certatur damnis — 34. *diſcus* orbis lapideus plumbeusue, in altum iactandus ita, vt, a quo iactatus ad ſtadium proxime decidiſſet, victor proclamaretur — 35. *turturem* aues videntur intelligendae, pueris delicatis, quibuscum luſitarent, datae. Douſa quidem mollius aliquid vult intelligi, adhuc vero Piſtoclerus nihil ſpurci ambiguiue promſit — 36. *caeſtus*, quaſi chirothecae, quibus pugilum

Digitized by Google

manus ad certamen innectebantur, cruentum plerumque, quale Virg. Aen. 5. describit — *cantharus* poculi genus, quale et 37 *scaphium* — *insigne* crista in galea — *corolla plectilis* e floribus herbisque odoratis — 38. *pallium malacum* mollius, vestimentum adcubitorium — 41. *nimium pretiosa es operaria* cuius operae vereor ne nimia sint mercede conducendae — 45. *scio, quid ago* non temere hoc te rogo — 49. *si apud te veniat de subito prandium* etc. si prandendum praeter exspectationem apud te sit — 47. *conciliabulis* lustris, quae Trin. 2. 2. 33. *conciliabula damni* vocantur — 49. *semper liber* vacuus *est* tibi, *quamvis subito* non exspectatus *venias* — 50. *vbi lepide voles esse tibi* quocumque loco prae ceteris adcubare cupias — 51. *dato, qui bene sit* sumtus tu feras — 55. Nox, amor, et vinum nihil moderabile suadent. Ovid. Am. 1. 6. 59. — 56. inuitum te non vrgebo, vt ad nos intres. *equidem pol nihili facio* mea nihil interest, *nisi causa tua* vt copia tibi sit, Mnesilocho, sodali tuo, inseruiendi, qui scripserat ei 2. 2. 18. vt *suam* Bacchidem inueniret — 57. *ille quidem* miles, *hanc* sororem meam, Mnesilochi amicam, *abducet* tu nisi prohibueris, at *tu nullus adfueris* per me — 58. subcumbit adolescens, persuadet sibi, non insidiari sibi Bacchidem, nec, si insidietur, victum se arte eius iri — 61. *coenam viaticam δεῖπνον ὁδοιπορικὸν*. Diffidentem Pistocleri auxilio metuere se similat, ne soror a milite abducatur — 62. 63. ipsa in sumtum daturam se similat, certa, adolescentem id non passurum — 68. *τὸ bene* ipsa explicat vers. sq.: cum tuo ipsius emolumento maximo — 70. *de Mnesiloche* vt cum eo denuo coniunctae abeundum cum milite non sit — 73. credo *timida* aegra *es*, non recte vales.

IN ACTVS I. SCENAM II.

Hanc scenam Horatius in animo videtur habuisse, quum inberbem iuuenem monitoribus asperum esse scriberet.

2. *hoc ornatu* malaco pallio sc. 1. v. 38. de ornatu et pompa amatorum cf. Curc. 1. 1. 2. — 3. *Lycurgus* vel continentissimus homo, qualis Lycurgus erat, Lacedaemoniorum legislator, et qualis vt tu fieres efficere studui — 4. *hic* Athenis — 5. *aduersa via* contraria, non ad continentiam ducente, sed ad nequitiam. Gulielm. legit *adversa aui* i. e. aui mali ominis — 6. *pompa* seruis, por-

Digitized by Google

tantibus, quae ad coenam Pistoclerus erat opsonatus — 7. *habet* habitat — 9. *cum diis damnosissimis* vox diis suspecta Gronovio est, quod a iuuene v. 11. *deos* dictos Lydus v. 12. deos esse negat — 10. 11. si mali homines sunt, qui bonis hominibus male dicunt, quanto peior tu es, qui diis ipsis non recte dicis — 13. *nimium quam, o Lyde, es barbarus* adludere nonnullis videtur ad prouerbium: *Lydi barbari* quod reperiri putant Curc. 1. 2. 63. Omnes quidem exterae nationes Graecis dicebantur barbarae. Lydum igitur ceteris omnibus nationis suae magis dicit esse barbarum — 14. *Thalem* vsitatius *Thaletem* — 15. *barbaro* italo *Potitio*. Potitii Pinariique multas per aetates antistites fuere sacri, Herculi ab Euandro instituti. Liv. 1. 7. Virg. Aen. 8. 268 sq. Postquam Potitii *stulti* familiare hoc sacerdotium seruis publicis administrandum delegauerant, puberes cum stirpe intra annum dicuntur exstincti. Liv. 9. 29. — 20. *qui si* etc. *mutum esse addecet* adcuratius dixisset *quem addecet esse mutum* magistro monente — 21. ea non amplius est aetas mea, qua, magistro monente, mutum esse conveniat. vid. v. 40. — 28. *o praeligatum pectus* o iuuenem libidinis iam vinculis constrictum! — 31 sqq. licet tibi conuiuio interesse, sed ita, vt hilarem conuiuam te praebeas, paedagogum vero agere non audeas — 35. *an hoc* haec quae video opsonia *opsonatum* coemtum *est, ad eas res* ad coenam meretricibus dandam? — 36. *diis in manu est ἐν γούνασι θεῶν κεῖται.* veretur, ne miles turbas det — 38. *iturus sum domum* qui patri tuo haec referam, quod eum feciſſe ex Act. 3. sc. 3. adparet — 39. *caue malo!* minatur verbera — 41. *barathrum* Virg. mihi tellus ima dehiscat — *vt ego te vsurpem libens* quo me dem praecipitem — 43. *vixisse* mortuum esse, mori malim — 45. non desidero discipulos robustos — 46. *vaciuum virium* senem inualidum — 47. *Hercules Linum* suum in musicis magistrum, ab eo aliquando obiurgatus, cithara in caput inlisa fertur obcidisse — 48. *Phoenix* Achillem, suum olim discipulum, a Paride ad Troiam interfectum esse, patri eius nuntiauit Peleo — 50. *satis historiarum est* satis iam sumus confabulati, tempus nolo longius hoc modo conteri — 51. 52. *compendium feciſti* verecundiae, permutata ea cum *impudentia* id quod *aetati* tuae iuuenili *haud* fuit *optabile* — 58. *Istac tenus libertas* loquendi *tibi data est* nunc suadeo desinas — 60. *fur-*

Digitized by Google

tum malu m tibi valde noxium. Lydum tamen iuuenem sequutum esse intus, ex Act. 3. Sc. 3. patet.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *herilis patria* salutat patriam heri, in qua viuendum alienigenae erat — 3. 4. *qui adcolis* idem est, quod ante *vicine* cuius templum aedibus heri mei proximum est — *venero* vsitatius *veneror*.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1 ad 3. exiens Pistoclerus clamat Bacchidi suae — 1. *quaesere* orare — 2. *abire hinc* non redire huc — 3. *vadatum* Curc. 1. 3. 5. — 6. *compendii verba multa iam faciam tibi* ad nonnulla, quae rogaturus esses, in antecessum respondendo, faciam, vt multis verbis supersedere possis. Capt. 5. 2. 12. Most. 1. 1. 57. etc. — 10. *salutem ab sodali* Mnesilocho *solidam* plurimam, plenissimam — 11. Chrysali verba sunt: *rogabis me, vbi sit? viuit! Pist. Nempe recte valet?* 14. *illa* Bacchis sua — 16. *amica amanti* eadem *est*, quae cuiuis homini *anima*; vt homo, *si abest* anima, sic amans, *si abest* amica, *nullus* mortuus *est*, amans in orcum sibi videtur detrusus — 17. *si adest* amica, amantis *res* familiaris *nulla est* conficitur, *ipse* amans etc. — 18. *super mandatis* vt Bacchidem Mnesilochi inuestigares — 19. *quod* qua de re *ab eo* eius *nuntius adtigisset* ad me venisset. Sic 3. 5. 3. me *tetigit* nuntius — 24. maluissem mori — 23. 24. adludit ad vasa Samia, figlina — 25. *Iamne* iocaris, *vt soles?* — 27. *viciniae* vid. Mil. 2. 2. 2. — 30. *vt* eam desiderare *eum credis?* — *misera amans* Acidalius vault *misere* amans — 31. *scitum istuc?* explico: num tu hoc e certis cognosti indiciis? Alii, omisso signo interrogandi, explicant fere: perplacet. — 33. *Pist. Immo* plura de amore Bacchidis additurus est, sed Chrysalus, repetens *τὸ immo* putat: satis de hoc! voti enim sui 2. . . 5 sqq. compos nunc factus, Nicobulum censet esse adeundum — 35. *actorem* putant intelligendum esse Pistoclerum, qui plura narrando molestus ei esset futurus — 36. 37. ne, quae dixi, in malam partem adcipias: adcidere enim potest, vt res, alioquin iucundissima, aliqua de causa odiosa nobis fiat. Lepidicum verbi causa, quam fabulam meam amo, vt inuitus tamen specto, Pellione (alii Pollione) agente, sic te, plura narrantem, inuitus audirem, quod

Digitized by Google

ad herum meum properandum mihi est. Pellionem, qui Epidici personam male egerat, tangi hic, et deridendum spectatoribus propinari, clarum est, quamquam licentia ea vix probanda est, quod histrio ex persona poetae loquitur. Quis enim servum non explooderet, qui in media aliqua fabula Schilleriana diceret, se Professorem esse lenensem? Symmachus, hunc forte Plauti locum respiciens, L. 10. ep. 2. scribit: non idem honor in pronuntiandis fabulis P. Pellioni, qui Ambiuio fuit — 38. *fortis* pulcra. Sic Mil. 4. 3. 13. ecquid fortis visa est? — 40. *natam* comparatam — 43. *prius* quam iam, sine vlla mora — 46. *ne mihi sit morae, domi est* quod aurum iam domi est, non erit mihi inueniendum demum — 48. *perfidia* ad defraudandum senem.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. *Piraeeum* portum, pro Piraeum oppidum, ad quod portus erat — 5. *extexam* spoliabo auro. *extexere* Lambinus explicat: telam sua textura aut lana nudare — 8. *arietem Phryxi* cuius de vellere aureo, e Colchide ab Argonautis repetito, fabula est notissima — 13. *adspersisti aquam* vid. Epid. 4. 1. 27. et Truc. 2. 4. 15. explicatio statim adiecta legitur: *adspersisti aquam, iam rediit animus* — 14. *pancratice et athletice* vid. Epid. 1. 1. 18. — 17. *cor et cerebrum finditur* eodem sensu, quo Poen. 3. 3. 25. *cerebrum vritur* ira excandesco — 22. *inluxere alterum* pro luxere in alterum: non vixit homo scelestior — 24. ne roges *quid fecit?* roga potius *quid non fecit?* — 29. *Symbolum* tesseram, quae tesserae loco tabellarum et syngraphorum erant, e quibus ius dicebatur — 34. *adulterare* mala fraude agere — 36. *recuperatores* iudices, a praetore in priuatis controuersiis, quacumque de re ageretur, dati, ita dicti, quod per eos suum quisque recuperaret ius — 40. *trina* pugna tertia. Primo se debere negauerat; deinde signum dixit esse adulterinum; nunc tertia pugna: insidias struxit — 41. *Autolycus*, Mercurii e Chione filius, Vlyssis auus maternus, furandi arte infamis, animalium, quae furto abstulerat, colorem mutabat — 44. *Stega* tabulatum nauis, in quo nautae ambulant, στέγη, constratum puppis — 45. *lembum* nauem minorem, h. l. piraticam — 46. sensus est: longum est, narrare, quam exornatus (instructus) ille lembus visus sit, ad terrorem nobis iniiciendum. Sed corruptus videtur versus.

Digitized by Google

Muretus legit: *longum, ſtrigonem, maleficum.* Explic vero *ſtrigones* homines maleficos; (*ſtrigam* maleficam e conſtat) qualibus hominibus quod nauis fuerit inple ipſam putat *ſtrigonem* dictam. Acidalius pro *rigor ſtrigo* mavult *trico*, homo in ſoluendo aere tardus, qu tali ab homine exornata nauis eſſet, vt v. 48. dicit 50. adludit ad verbum *demo* quod in nomine Archi*demi* exaudítur coniunctum cum *Archi* — 57. *ſtatuimus* ſti mus, curſum nauis inhibuimus — 59. *turbare rat* Lamb. nauem ſuam agitare ita, vt non procederet. ea fac eſſe oportet prope portum in ſalo — 70. *quum extemp* quum primum, ſimulac — 71. *quaſſant caput* qui inu aliquid vident, aut moleſte ferunt — 73. *ſacerdos Dian* ſolebant veteres, in rebus dubiis, quae cariſſima iis era in fanis deponere. Caeſar B. C. III.: Epheſi a fano Dian depoſitas antiquitus pecunias Scipio tollebat — 74. *M galobuli.* Meurſius legi vult *Megalobuzi* ſeu *Megaby* quo nomine Strabo L. 14. ſcribit, omnes Dianae Epheſi ſacerdotes fuiſſe adpellatos, eunuchosque fuiſſe, et cuſt diae ſocias habuiſſe virgines. Quaerit vero Meurſi ipſe: qui eſſe potuerit *Theotimus* Megabyzi, Eunuc filius, et vult *Megabyzi filium* idem eſſe ac *Megabyzu* vt *ἰατροῦ παῖς* ſit *ἰατρὸς*. Eam vero ipſam ob cauſa quod Megabyzum quemque neceſſe erat eſſe *ἄτεκνον*, ei qui hic memoratur, Megabyzi pater *Megalobulus* potu eſſe vocatus, vt ipſe *Theotimus*, antequam Megabyz crearetur — 76. Epheſiis ſacerdotem ſeruus dixerat e *cariſſimum*, at ſibi ſenex, ambiguitate vocis vſus, *c riorem* tamen, i. e. damnoſiorem eum fore dicit, 77. *tanto auro* mille ducentis Philippis eum *circumdux rit* fraudauerit — 79. *publicitus* armatis a ciuitate i conſtitutis cuſtodibus — 80. *priuatim* in aedibus priu alicuius viri probi — 90. nihil ſcio, niſi me, quantu auri abſtulerit, neſcire — 98. habet *ſolum* ſoleam calce menti *ſubpactum* (a ſubpingo) *auro*, aureis clauis fixu Trin. 3. 2. 94. *fulmentas* fulcimenta *iubeam ſubpin* ſubiici *ſoccis* calceis — 102. *populo praeſente.* Sic Nep Hann. c. 9. Hannibal Gortynae amphoras, opertas au et argento, deponit in templo Dianae, *praeſentibus* vr *principibus* — 110. *mihi haud, vtrum velim, licet* m non eſt arbitrii; aurum ſi perdidiſſe nolo, velim noli nauigandum eſt — 115. *ille* Mneſilochus *oneratus* aur Allegoria a iumentis depromta; *recte oneratus* cui inp

Digitized by Google

ſtum eſt, quod ferre poſſit, *plus iuſto* i. q. grauius iuſto — 116. *exorſa* paſſiue — 117. *copem*, ab inuſitato *cops*, copioſum facerem — 121. *in malacum modum* luxurioſe — 128. *cruciſalus* in crucem ſaliens — 129. *ſi magis vſus venerit* ſi vtilius fuerit viſum.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *ianuam Orci* aedium Bacchidis — *pandite, aperite*, patrem Piſtocleri adducturus, fore ſperat, vt mox pandantur, ad iuuenem inde extrahendum — 2. *haud aliter duco* quam, hanc eſſe ianuam orci — 5. *quae hominum ſorbent ſanguinem.* Sic Curc. 1. 2. 65. de amica ſua Phaedromus: quae mihi miſero amanti ebibit ſanguinem; et Epid. 2. 2. 5. ego eorum exſugebo ſanguinem — 7. *protinam* Curc. 2. 3. 84. — 8. *concluſa* pectore — 9. *deſidiabula*, loca, vbi iuuenes adſueſcunt deſidiae. Nonius legit: *dispoliabula* vbi ſpoliantur, ſed iam *damna* id dicunt, et ad deſidiam adſuefieri, longe triſtius eſt, quam pecuniae aliquid perdere — 10. 11. *adfectas adpellere* id agere videris, vt patrem cet. ad probrum cet. adpellas, et omnes perdas — 14. *gerulifigulos* vt auctores reprehendamur flagitiorum tuorum, pater, nimium conniuendo, ego minus monendo, et ad animum tutum emendandum negligentior — 16. *demolibor* demoliar — 17. *lutulentus* et Poen. 1. 1. 30. reperitur: lenone iſtoc non lutum eſt lutulentius. Alii malunt: *coenum luculentum* meretricum blanditiae in ſpeciem luculentae ſunt, ſed vitam famamque conlutulant — *eliciat* alii *eiiciat* illud lenius fieret, hoc, vi adhibita.

IN ACTVS III. SCENAM II.

2. *qui eſt amicus ita, vti nomen poſſidet* cuius facta reſpondent nomini, qui id curat eſſe, quod audit — 8. *condigne is* Chryſalus etc. eodem modo Chryſ. bene de me meritus eſt, qui technam fecit, vt etc. — 9. pro vulgata lectione: *ſed eccum video incedere* ingenioſe Muretus conrexit: *ſed aequum, id ei* Chryſalo *reddere*, quem plerique editores ſunt ſequuti — 10. *inpenſius* Piſtoris *inpenſum* explicat: in quod multum, et magna cum iactura inpenditur. vid. Stich. 1. 2. 61. — 11. melius eſt, adceptam iniuriam negligi, quam non referri gratiam bene merito — 12. *inpendioſum* in remunerando condonandoue nimium — 14. *cura ea eſſe opus eſt* vt gratum

Digitized by Google

me praebeam, *quam obuigilato* quam vt in cauendo et diffidendo nimius sim — 15. *specimen spacitur* etc. vid. Cas. 3. 1. 2. — 18. *siris* siueris.

IN ACTVS III. SCENAM III.

Ad versum vsque 46. Lydus videtur sibi cum Philoxeno esse solus, Mnesilocho sermonem eorum ex obculto aliquo loco captante.

1. pro *cor acre* multi posuere *pertacre*. Lambinus retinet *cor*, sed pro *acetum* ponit *aceto*. Ponitur autem *acetum* pro acumine, prudentia, fortitudine. Sic Pseud. 2. 4. 49. *ecquid habet hic homo aceti in pectore?* Qui *acetum* et *cor acre* retinent, explicant: tuumne cor ita acetum resipiat, vt ipsum possit acetum dici. Sensus est: nunc experiar, sitne tibi prudentia et animi fortitudo? — 7. *adsentatio* facilitas, indulgentia — 8. *absque te esset* tu nisi esses, nisi aduersarere mihi — *rectum* integrum obponitur *prauo* — 11. *ciet* criminose nominat. cf. Asin. 2. 4. 69. *percies* — 20. *ante solem exorientem* non est: ante quam sol exoriretur, lex enim erat ἀνολγεσθαι τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, sed vt *ante diem* saepe est *die*, sic *ante solem exorientem* est *sole exoriente*, cum prima luce — 21. Gymnasii praefecto γυμνασιάρχῃ, qui in adolescentes animaduertebat — 22. *id cui obtigerat* vt fero in palaestram veniret, *hoc ad malum* quod praefecto poenae erant pendendae *arcessebatur* adcedebat *malum* aliud — 23. *perhibebantur* vt perhiberentur — *magister* paedagogus — 26. *aetatem extendebant* agebant, nisi malis: corpus firmabant, ad feram aetatem adtingendam — 28. *cincticulo* zona *praecincti*, quod modestae disciplinae documentum erat, *discinctum* vero esse, mores arguebat dissolutos. Sulla de Caesare iuuene dicebat: *male praecinctum* cinctura vtentem fluxiore *puerum caueatis*. — 30. *maculosum* virgis caesum — *nutricis pallium* virgatum — 34. *olim!* en, senex laudator temporis, acti se puero! — 37. *tabula* literaria, in qua scribit — 39. *noster esto*. vide Truc. 5. v. 61. eodem sensu Ter. Adelph. 4. 3. 11. Demea: laudo, Ctesipho, patrissas! abi, virum te iudico! — 40. *prouocatur* obiurgatur — 42. Festus dicit *expreta quasi expertia habita*. Esset igitur sensus: *it* abit a hero *magister* paedagogus *quasi lucerna*, *expretus* expers *vncto linteo* sine ellychnio. Plerisque tamen *expretus* videtur esse *exspretus*, spretus.

Digitized by Google

Salmaſius legi vult *extertus* pro *exterſus*. Alii aliter. Codd. omnes habent *expretus*, edd. autem veteres *expletus* — 44. imperium *inhibere* exercere. Caſ. 2. 6. 57. — 48. *deos propitiores* i. e. amiciorem aliquem *mihi*, *me videre mallem*, *quam illum* Lydum, qui Piſtoclerum, ſodalem meum, tam perciet — 55. *obſequens mori patris* adcommodans ſe ad ea, quae pater probet. Ter. Heaut. 1. 2. 29. hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex huius viuere? — 59. Recte, opinor, Gronovius pro *malum* ponendum iudicauit *malo*, eodem ſenſu, quo 1. 2. 39. Piſtoclerus dicebat *caue malo!* Lydus vero, cui iſtic comminatio diſcipuli videbatur intolerabilis, hic v. 61. ſatius cenſet, iocari quam iraſci: quid caueam malo? profundatur licet! — 66. *illi male dici*, *qui* male *facit* — 61. malum meum *promtare* profundere. Pſeud. 2. 2. 33. *promtas* theſauros Iouis —. 67. *abſorbet* quaſi Charybdis aliqua Hor. 1. od. 27. v. 19. quae bonis atque fortunis euertit — 86. *capitis non perdam* non infortunio mactem, quo digna eſt. Aſin. 1. 2. 6. — 88. Egregie Lydus errat. Non Piſtoclerum Mneſilochus queritur corruptum, ſed Bacchidem ſibi praereptam — 90. *tecum oro* vid. Caſ. 2. 5. 16. — 94. *adfatim* ſatis *eſt*, te, Mneſiloche, id curare.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1. *inmitiorem magis eſſe* perfide magis et malitioſe gerere ſe. Nonnullis in codd. et edd. legitur *amiciorem*, quod εἰρωνικῶς eſſet dictum. Et *inimiciorem* videtur reperiri. Orta haec diuerſitas putatur ex eo, quod primae ſcenarum literae non perſcribebantur, futurae ſcilicet miniatae — 4. *cum malo fecit ſuo*, *meo*. Quidam *meo* putant de margine in textum inrepſiſſe; alii legi volunt *ſummo meo:* ſequentia vero teſtari videntur, iuuenem dixiſſe *ſuo*, et, quaſi conrigentem ſe, addidiſſe *meo* i. e. cum malo vtriusque! — 5. 6. iurat, ſe vehementer eam amare. cf. Amph. 2. 2. 40. — 7 ſqq. fluctuatur iuuenilis animus inter amorem et iram — 9. *iſtanc* forte legendum *iſtunc* Piſtoclerum, puellam donis ab eo rurſus abstrahendo — 14 ſqq. ira vincit amorem — 15. *ramenta* et *ramentum*, pro radimentum, quidquid abraſum alicui rei eſt, *ramenta plumea*, leuiſſima quidem, quae cogitari poteſt *propenſior* ponderoſior, i. e. ditior. Iterat hoc iuuenis v. 22. 23. Rud. 4. 3. 77. numquam hinc ramenta

Digitized by Google

fies fortunatior — 21. *iocum* Douza explicat: neniae — 25. *ſtabile eſt* ſtat ſententia v. 18.

IN ACTVS III. SCENAM V.

1. *rebus aliis anteuortar* nihil mihi erit prius; relictis aliis rebus omnibus, curabo, quae mandas — 3. *ſi a me tetigit nuntius* ad eum peruenit v. 2. 2. 19.

IN ACTVS III. SCENAM VI.

8. de *coena* aduentitia ſaepius iam — *quae* pro: eo, qui coenam daret, bilem mihi mouente — 13. lingua *factioſi* promiſſores magno hiatu, *qui*, rogati, *nihil ſe non facturos* eſſe *pollicentur*. — *ſubleſtum* Nonius explicat *leue*, *friuolum*, Feſtus: *tenue*, *infirmum*. Perſ. 3. 1. 20. fides *ſubleſtior* magis friuola — 15. ob ipſam ignauiam ſuam non adſequuntur, cui inuideri poſſit — 16. *meditate tenes* ita, vt multa videaris ea de re meditatus; ipſe talis es, ergo mores inuidorum ignauorumque noti tibi ſunt — 18. *Nulli* et datiuus eſſe poteſt *nulli homini*, et nominatiuus, qui amicitiam modo ſimilat *amicus eſt nullus* — 20. quem ratus ſum eſſe amicum mihi *atque* i. e. *aeque atque* non minus, quam ipſe amicus mihi ſum — 22. *copias omnes meas*, quam ego ei copiam feci, Bacchidis noſcendae, eam *adcuratum habuit*, in me *inconciliare* abuti, ad me decipiendum. Trin. 1. 2. 99. eſt: *inconciliaſtin* eum, nonne per dolum decepiſti? Perſ. 5. 2. 53. quia non *inconciliauit* non aduerſatus mihi eſt. Moſt. 3. 1. 86. ne *inconciliare* quid nos poſtules, i. e. inimicare, inritare — 25. *tecum orarem* Caſ. 2. 5. 16. — 27. *aliquo pacto* quacumque ratione potero — 35. poſt *mandaſſem tibi* pro ſigno interrogandi pone comma, iungendum enim *niſi obciperes* — 36. non *tu te* ſed *tu* cum te enclitico *tute* — *me ires conſultum* ita antiquos dixiſſe Feſtus docet, pro *mihi* ires conſultum — 38. *vltro* tu prior *me prolectas probris* prouocas, laceſſis. Quidam *proiectas*.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

5. *cum illa* Bacchide *vsque* multum per tempus *iſti* iuiſti, ſimul verſatus, profectus es. tu militis ſeruus cum amica militis Samo iuiſti Athenas ſimul — 6. *quae harum ſunt aedes* pulta aedes, quae harum ſunt. ſeu: *quae harum* aedium *aedes eius ſunt*, *pulta* — 7. *dierecte* in malam rem, ad crucem. vid. Capt. 3. 4. 103. — *propudium* v. Curc. 1. 3. 34.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM II.

3. vires *extentes* experiaris, tam vasto inpete pultes — 5. Parasitus, quoad puellam proditurum exspectauerat, ferox, conspecto inuene repente mitis est: *adolescens, salue!* — 9. Elatia, seu *Elatea* putatur intelligenda esse Phocidis vrbs maxima. In Locride etiam et in Thessalia vrbes eius nominis erant — 11. *duc te ab aedibus* abi propere. v. Amph. 4. 5. 8. ad regem recta *me ducam* — 14. *dentifrangibula* pugni, qui dentes tibi comminuere gestiunt — 15. *cautio est* cauendum mihi est — 16. *nucifrangibula* vocat dentes suos — *excussit* est *excusserit* — 19. *integumentum corporis* est σωματοφύλαξ, custos, stipator corporis, satelles. Sic et vocabatur Graecis *amicorum intimus et indiuisus* — 20. sensus: nequam oportet esse eum, qui te inprobo vtitur amico intimo. Turnebus inserendam putat vocem *scutum:* nequam oportet esse scutum, cui tu integumentum es. Integumenta enim vocantur operimenta scutorum — 21. Minatur parasitus: *subflatus* ira *ille* miles *huc veniet.* Pist. vero se intelligere similat: corpore vi morbi *subflato*, quare: *diruptum velim* venire — 22. *numquid vis* discedentium inferior dicere solebat, h. l. intelligo: quod de auro dicam reddendo.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

Causa omnium Mnesilochi, nouem per versus, querelarum est v. 10. 11.: quod aurum patri reddidit omne, Chrysalique operam perdidit — 1. *petulans* in amore Bacchidis — 1 ad 3. irae tamen, quum a Pistoclero proditum me putaui, inpotens, *incredibilis* magis, quam credibile possit videri, *inpos* fui *animi*, stolide egi, *inamabilis* vt amori satisfacere, aurum puellae dare nequeam, ideoque *inlepidus* ei non iucundus *viuo.* — 4. quod vero solent, qui sua ipsorum culpa miseri sunt, fatum adcusat: *malevolente ingenio natus* sum. — In omnibus fere codd. legitur *quod volo*, ex vno Parisiensi recepit Camerarius *quod nolo*, quem plerique editores sunt sequuti. Si tuearis *id mihi est, quod volo ego esse aliis*, miserrimum se esse conqueritur, quod esse aliis, hostibus suis, inprecatur; si recipias: *id mihi est, quod nolo ego esse aliis*, sensus est: mea iam est Bacchis, quam eripi mihi a quoquam nolebam alio: quacum lectione posteriori magis conuenit v. 5. *credibile hoc est*, me nihilo minus esse miserum? — 15. *me habuisse fidem* credidisse

Digitized by Google

crimini quod Lydus in te conferebat, maledicto Lydi — 19. *hac* si genuinum est, intelligo *δεικτικῶς hac* mea manu minitante. Camerarius *τὸ hac* adiecit, sine dubio in codice aliquo repertum — 21. *nisi* ipse *ames* alteram Bacchidem — *non habeam tibi fidem tantam* vix crederem, te tantum auri daturum mihi aut alicunde inuenturum esse, quanto equidem nunc egeo — 23. *nunc tuarum rerum satagis* vt inuenias, quantum tibi ipsi opus est — 25. *tuam copiam* cuius calliditas auri, quo opus est, copiam tibi faciet.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1 ad 16. Ignarus adhuc Chrysalus, aurum a Mnesilocho patri traditum esse omne, in sinu gaudet ob senem deceptum, herumque iuniorem cura liberatum argentaria, suamque, qua duplex hoc facinus effecerit, calliditatem laudibus ad coelum gratulabundus effert. — 1. *hunc hominem* me — *decet auro expendi* non carus est auro contra. Epid. 3. 3. 30. — 3. *ludificatus* deceptus *est*. Saepius fere Plautus actiuo *ludificor* eiusque passiuo vtitur, quam deponenti *ludificor* — 7. *Parmeno*, *Syrus* nota nomina seruorum comicorum — 8. *nisi* qui non — 9. *multi potens pectus* omnis generis fallaciarum capax — *harpaget* Aul. 2. 2. 24. *mihi harpagatum* subreptum *est*. Pseud. 4. 2. 2. *harpagauit* — 13. *vtcumque res sit* etc. animum habeat fortunae aptum — 15. Herculi consecrabatur decima praedae pars, quare Truc. 2. 7. 11. quinque numos mihi detraxi *partem Herculaneam* quo in loco *numus* est *didrachmum*, decima minae pars — 21. *nimio multo minus* quam *parum*, nihil — 24. *digitulis duobus primoribus* exiguum modo sumi potest, quasi in sacrificando thuris, aut apud nos pulueris sternutatorii — 25. *eiusmodi* iungendum est cum *tempus*, tanta obportunitas — 26. *inmersisti* manum in numos aureos — 29. *cum ramento* ne scobem quidem auri retinui — 33. male *me consuluisse* vid. supra 3. 6. 36. — 42. *conglutina* consue dolos — 46. ne hoc quidem crederet, si orarem, vt mihi nihil crederet — 50. *nequidquam* inpune — 53. *Chrysalo esse nomen* a *χρυσὸς* et *ἁλίσκω* qui aurum capit — 56. *placide* sine festinatione. Obponitur *τῷ propere* Mil. 2. 2. 65. *properé* hoc, non *placide* decet — 61. *capso* capero — *amicis* ad amicas — 62. pro *sed cui* cum Scioppio ponendum putaui *sicut* i. e. qua spe v. 41 sq. iussisti me alteram ad senem facere viam — 64. *stilum* quo exaretur

Digitized by Google

epiſtola, *ceram* ad obſignandum v. 96. *tabellas* ligneas cera inductas, in quibus ſcribatur, *linum* ad obligandas literas exaratas v. 96. — 65. *quid nunc* adhuc es *facturus*, antequam prandeamus? *prandium coctum eſt* prandeamus igitur, antequam ſcribamus — 69. cauſam, cur exquirit: *vbi biclinium vobis ſtratum eſt?* vide ſcena ſeptima, vbi v. 36 ſq. oſtendet patri filium cum Bacchide adcubantem — 73. *euax* eſt hilare adprobantis — 74. hunc verſum explico: hem! *quae imperaſti* adfero! *imperatum bene* bono conſilio *bonis factum eſt illico* ad hominibus bonis ſine mora effectum datur. Vtrique bene cupimus Mneſilocho, neutri igitur cunctandum eſt, ſi prodeſſe ei velimus. Mil. 3. 1. 17. *facile eſt imperium in bonis* — 81. *imperatum in cera eſt* quod iuſſiſti, ſcriptum eſt — 83. *mihi vsque quaque loquitur; nec recte* non finem facit, me vituperandi — 85. *mane* nihil addas *dum ſcribit* donec iſta ſcripſerit — 86. *ad perdundum* aurum, patri tradendum, celerem habet manum — 89. Mneſilochus, antecedentibus vsque ad *dixit* dictatis, obſtupefactus ſeruum adſpexiſſe videtur, rogans quaſi, vt infra v. 97. 98.: haeccine tu me ſcribere audes iubere? cui ſeruus: *plane adſcribito*, ſecurus eſto. cf. v. 71. plane et diſerte ſcribas, quidquid dictauero — 91. *comedim* comedam — *congraecem* Graecorum in morem potando abſumam — 100. *mea fiducia* idem quod ſtatim *meo periculo*. Allegoria a redemtoribus ducta, qui opus aliquod ſuo periculo faciundum conduxerunt.

IN ACTVS IV. SCENAM V.

Rationem ſeruus iniit hancce: ſeni *primum* oſtendere vult filium, cum Bacchide adcubantem, *deinde* perſuadere, eam non meretricem eſſe, vt *via* eſſet ea *publica* Curc. 1. 1. 35. ſed militis vxorem, ideoque militem Mneſilochum eſſe interfecturum, quo metu patrem permouere ſperat, vt pecuniam dinumeret, ad vitam filii redimendam. Sciebat autem, ſe militem amoliri poſſe, auro ſuo reddito Act. 4. ſc. 1. v. 4. et ſc. 2. v. 8. 9. In agendo poſtea, forſan ex compoſito, opportuniſſime ſaltem, miles interuenit ipſe, qua occaſione ſeruus callidiſſime vtitur, ad ſenem decipiendum — 1. *Inſanum magnum μανικὸν ὅσον μέγα*, valde magnum, audaciſſimum facinus — 2. ſeruum de proſpero conatus ſui euentu non dubitare, ex eius confidentia v. 6. 7. adparet. Nec ſeruus, qui v. 2. dicit *hodie*, vere-

Digitized by Google

tur, vt dies hic ſatis ei ſit ad agendum, v. 6. 7. enim ſe *hodie* omnem rem perfecturum eſſe confidit. *Emoliri* v. 2. eſt: non ſine periculo et difficultate efficere — 3. 4. 5. cur vero herum decipiendum *truculentum* ac *ſaeuum* eſſe mavult, quam *tranquillum?* forſan, quod, qui tranquilli ſunt, conſideratius agere ſolent, qui vero perturbato animo ſunt, praecipitantius — 7. *frigi* cicer conſueuiſſe, ex Horatio etiam adparet, ad Piſon. v. 249. *fricti ciceris emtor.*

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

1. *eſt magnae diuitiae mihi* dolori. vid. Caſ. 2, 2. 11. — 2. *ſubterfugiſſe* inpune tuliſſe — 13. *optime eſt!* indignabundi et minitantis eſt — 13. 14. nunc ego dicor a filio tuo *malus, ſacer* exſecrabilis, *ſceleſtus — ſpecta rem modo* et adparebit, vter ſceleſtior ſit, filiusne tuus, qui iuſſit, an ego, cui, pro ſeruitio, obtemperandum erat — 15. *ego verbum faciam* verbum ſunderem, fruſtra me defenderem. Lamb. vult: ego nec verbum faciam. — 16. *actutum* ſcen. 7. v. 37 ſqq. — 18. alterum *vt* abeſſe quidem poterat, non vero cum *id* permutandum eſt, quod repetitum *vt* et in codd. eſt, et pluribus eiusmodi exemplis defendi facile poteſt — 22. 23. ſpectatoribus dicit. ſene legente — 22. *transenna* machina capiendis auibus — 22. 23. vt turdus lumbricum, ſic Nicobulus petit me, ſed mox ipſe pendebit inlaqueatus — *tenus* eſt laqueus, ad captandas aues — 27. *confertur ratis* in nauali pugna, vt in terreſtri *gradus* h. l. concurritur, initium fit pugnae, inter me herumque.

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

2. *muttiuerit* Amph. 1. 3. 21. Mil. 2. 6. 83. — 12. Βελλεροφόντης καθ' ἑαυτοῦ γράμματα prouerbium eſt, de eo, qui literas perfert, ignarus, in perniciem ſuam eſſe ſcriptas, quales in ſacris Vrias. Bellerophon, a quo Stenoboea ſe ad ſtuprum mentiebatur pellectam, a Proeto, marito eius, cum literis ad Iobatem ſocerum miſſus eſt, interfici eum iubentibus — 16. 17. Venalis adſtas in lapide, vnde praeco praedicat et vendit: videns audiensque deluderis — 18. 19. *adoleſcens* filius tuus Mneſilochus, *dum valet* in flore aetatis *moritur*, *quem* quod eum *dii* diligunt. Exprimit hic Plautus notiſſimum illud Menandri ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσι, ἀποθνήσκει νέος — 20 ad 23. *Hunc* Nicobulum dii non diligunt, quod nondum mortuus eſt, in ſua ſenis aetate

Digitized by Google

ad vitae gaudia ineptus, filio mox lugebit ſuperſtes! — 22. *terrae odium ἄχθος ἀρούρης*, quem ſui efferre mallent, quam diutius ferre.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

1. 2. Quae militis verba ſunt, facile ſeruus perſuadere ſeni poterat, *mulierem* intelligendam eſſe *vxorem* — *quae haec factio eſt* quam audax violentumque *factum* hoc eſt? — 3. *per tempus* obportuniſſime *hic venit miles mihi* haec verba niſi ſeruus loqueretur *ſecum*, miles, quem auri quam ſcorti recipiendi v. 34. reperies cupidiorem, certo certius mihi ſubornatus videretur tam adtemperate interueniſſe — 4. *mulierem*, timidum Graeci vocant *γυναικίαν*. Quod viris plerumque infirmiores ſe mulieres eſſe ſentiunt, minus promtas quoque ad pericula ſubeunda eſſe, mirum non eſt — 6. per Bellonam Martemque iuro, me — 7. *exanimalem faxo*, et — 8. *exheredem fecero vitae* vtrumque eſt: interficiam eum. Men. 3. 2. 12. cuius (pallae) heres numquam erit poſt hunc diem i. e. quae non reddatur ei. heres antiquis pro domino. Feſtus. — 10. *vir*, maritus, ergo in adulterio deprehenſus filius tuus eſt. Nec miles verbum hac quidem in ſcena dicit, vnde ſubolere ſeni potuiſſet, ſcortum modo, non vxorem eius Bacchidem eſſe — 27. quam adtemperate miles ducentos Philippos poſcit? — 34. *ingeram* inprecer. *vt tibi mala multa ingeram* dicit quidem militi, at ſenem tamen adſpiciens. Senex igitur milesque alter alteri putat ea verba dicta: ille tacet, miles vero v. 35. *tuo arbitratu* vt lubet — 35. Chryſalus ſecum: *vt ſubblanditur* omnia adcommodate dicit — 37. *rogato* ſtipulator. *ceterum* de aliis rebus *verbum* verborum *ſat eſt*. Non vult enim, excidere militi verbum, vnde cognoſceret ſenex, Bacchidem non vxorem eius eſſe, ſed ſcortum — 43. re transacta inuehitur in militem, quem paſſurum ſciebat, iocis praecipue, vt de veruina, admiſtis — 46. *veruina* dicitur quidem iaculi eſſe genus, ſed hoc certe loco *veru* eſt: armis domeſticis te confodiam — 48. Ter. Eun. 5. 6. 23. egomet, meo indicio miſer, quaſi *ſorex* hodie perii. h. l. *nenia ſoricina* vox, qua emiſſa ſorex deprehenſus confoditur. Senſus: ego te *confoſſiorem faciam* certius confodiam quam ſorex confoditur, qui voce ſua prodidit ſe — 53. *Polluces* nihil amplius quam *Pollux* — 54. *Submanus* vid. Curc. Act. 3. v. 43. — 56. *quod dici ſolet* rem habet —

Digitized by Google

60. *esine* sitne *ibi* — 64. *ille* miles *amotus est* abiit — *sine me* etc. iungendum: here, ego te per deos oro, sine, me ire huc intro ad filium tuum — 71. perstringit forsan fabulam aliquam, in qua Demetrius aliquis in Cliniam quem, ad satietatem spectatorum vsque, fuerat maledicus — Cur vero intrauerit ad Mnesilochum, vide 4. 4. 57. *hoc* vbi erat actum, vt miles absolueretur, nunc *istuc* acturus erat, vt inueniret, quod opus esset ad sumtum — 72. vid. Pers. 1. 1. 11. — 73. *lippus* esse nemo cupit — 74. qui vero lippus est, non abstinet, quin adtingat oculos, ad sordes abstergendas. Sic Chrysalus est seruus, qualem nemo optabit, at nequeo tamen abstinere, quin opera eius vtar — 75. *fors fortuna* gubernatrix eorum, quae prospere eueniunt, quae sine humana cura, maxima sua cura, sola euentus dat exoptatos. vid. Ter. Phorm. 4. 6. 30 et 34. et Act. 5. sc. 7. v. 1. 2. Forti Fortunae Seruius Tullius fanum, secundum Tiberim, extra vrbem dedicauit, et Carvilius Cons. Liv. 10. 46. aliud. De festo eius Ovid. Fast. 6. v. 773 sq.

IN ACTVS IV. SCENAM IX.

1. *Atridas*, Atrei non filios, sed ex Plisthene fratre nepotes, Agamemnonem et Menelaum, nemo nescit — 2. *Pergamum* vsitatius in plur. *Pergama*, eam Troiae partem, in qua arx erat, pro Troia ipsa — 4. *millenum* nauium, pro millenarum, et hoc: mille nauibus, i. e. classe maxima — 5. *non Pelides termento fuit* Achilles nulli detrimento fuit Troiae, *praeut* etc. Achillis in bello troiano opera fuit nulla, si comparetur cum mea opera, in etc. — 8. *lamentari* ioci causa comparare Troiae senisque mei damna — 11. pro *obsignatas* legi mallem, intelligo certe *obligatas*, vt discernantur ab *consignatis* — *has tabellas, quas fero, sunt* pro *hae tabellae* vt apud Virg. *vrbem*, quam statuo, vestra *est*. — 12. Equum troianum Aristophanes in Auibus *iocatur* centum vlnarum fuisse, in eoque alii ter mille, alii verisimilius (si quidem in fabula veri quid simile esse potest) viginti tres heroas latuisse narrant — 13. *Epius* seu *Epeus*, fabricator equi troiani, est Pistoclerus, *qb eo* enim *haec* altera epistola, quam nunc fero, de alteris ducentis Philippeis, *sumta* scripta est — *Sinon*, cuius fraude Troianos, vt, muris dirutis, equum in vrbem pertraherent, permotos esse constat. Virg. Aen. 2. — 14. relictus esse credebatur, latuerat autem *in busto Achil-*

Digitized by Google

lis, alii dicunt Palamedis — 15. *ille habuit ignem* Sinon ſublata face Graecis ſignum dedit — 15. 16. Mneſilocho fax eſt Bacchis, quae ipſum exurit — 18. *meliusque adhuc* haec res nobis ſubceſſit, quam Graecis — 20. Feſtus ait: *exlecebras* eſſe dictas meretrices argentarias, ab eliciendo argento. Men. 2. 3. 26. Nam ita ſunt hic meretrices omnes *elecebrae, argentariae.* Quod autem praecedentia vim magis, quam dolum ſpirant, Gruterus legi malebat *exterebrae*, ab *exterebro*, quod verbum Perſ. 2. 2. 55. legitur — 22. *miles* Bacchidem repetebat, vt Menelaus Helenam — 23. *Alexander* Paris — 29. *Ilio tria fuiſſe fata* res fatales, a quibus conſeruatio vrbis penderet, nempe — 30. *primum: ſignum ab arce ſi periſſet*, Palladium, quod ab Vlyſſe et Diomede ablatum eſt — *ſecundum: Troili*, filiorum Priami natu minimi *mors*, quem Achilles interfecit — 31. *tertium: quum portae Scaeae limen ſuperius ſcinderetur*, quae porta ab ipſis Troianis deſtructa eſt, vt equus durius introduceretur — 32. *noſtro huic Ilio* Nicobulo ſeni — 42. *vrbes verbis qui inermus capit* glorioſi iſtiusmodi milites vocantur Mil. 4. 2. 64. *vrbicapi.* Theophraſtus περὶ λογοποιίας de talibus: ἐισὶ δὲ οἱ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες παρεδειπνήθησαν — 44. *extempulo* extemplo — 47. 48. *qui dispenſentur Ilio capto* quos ſenex deceptus dinumeret — 48. *mulſum* vinum melle miſtum militibus in triumpho dari ſolitum — *qui* quo *triumphent milites* — 50. *filios* Philippos aureos — *lectos ſine probro* legitimos, h. l. non adulterinos numos, omnes lectos — 52. *ſenes coemtionales* mancipia adtrita, nullius pretii, quae nemo emeret, niſi melioribus mancipiis adiecta ſimul emenda, paullisper certe augerent venditoris lucrum. Per contemtum ita vocantur et liberi homines, qui bonae frugi non ſunt, vt a Curio apud Cic. ad Diverſ. 7. 29. et h. l. Nicobulus — 56. *congredere* propius ad me adcede — 61. *ne idem cantent* ne iterum me vinciri iubeant. vid. 4. 7. 10 ſq. — 63. *ſuperum limen* portae ſcaeae. vid. ſupra v. 31. — 73. *cerae haud parſit* epiſtola eſt longa — 77. *nusquam ſentio* non video, filium adieciſſe: ſalutem tibi dico — 87. *pol haud derides* ridiculum profecto non eſt, recte vocas flagitium, quod cum vxore aliena cubuiſti; ducentis Philippis mihi ſtetit, vt te redimerem — 92. ſapienter monet prouerbium graecum: κράτει ὀφθαλμῶν, γαστρὸς, αἰδοίων — 93. atque ab eo ipſo, quem dixi, animo cupido, oculisque indomitis *perſuaſum eſt* mihi, *facere* id, *cuius nunc me facti pudet* —

Digitized by Google

100. rogat veterator, ſcriptum ne ſit, quod ipſe ſcribi iuſſit! — 110. *diuidiae fuant* ne graueris, hos ducentos Philippos mihi dare Caſ. 2. 2. 11. — 114. *Neque ego haud* duae negationes magis hic negant, more Graecorum. Sic Epid. 5. 1. 57. *neque* ille *haud* obiiciet mihi. ibid. 4, 1. 6. *neque* nunc *neſcio* etc. — 122. *ſi* etiamſi *plus* adhuc quam ducenti Philippi *perdundum ſit*, *periiſſe* id auri *ſuauius* tamen *eſt*, *quam* etc. — 123. *dispaleſcere* palam fieri, in vulgus emanare — 130. *proceres Graeciae* h. l. literae, quas adtuli a filio — 134. *turbellas* turbas. Meurſius, vt a *ſuada* eſt *ſuadela*, ſic a *turba* ſcribi vult *turbela* — 141. *moraris* me properantem. — 144. *Curatum eſt* dicit, ſene adhuc audiente, auerſus autem addit, *eſſe te ſenem miſerrimum* — 147. vrbe, cum ſalute noſtra, capta, i. e. auro expugnato, vt ſalui ſimus.

IN ACTVS IV. SCENAM X.

2. *inſcitum* vocat filium, quia, quod peccat, non, vt ipſe olim fecerat, v. 4. *more modeſto*, vt famae conſulat, et non v. 6. *raro* peccat, ne prorſus conrumpatur pereatque — 5. *placitant* placent — 7. *dare* concedere gnato *ludum*, vt amet. Apud Hor. 3. od. 12. v. 1. *amori ludum dare* eſt ipſum amori indulgere — 8. 9. *nolo deſidiae eum dare ludum* non patiar, omnem deditum eſſe amoribus, nihil eum aliud, quam amori indulgere — 9. *quod mandaui.* 3. 3. 90.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. ſqq. cf. Ter. Heaut. 5. 1 ſqq. *ego me non tam aſtutum* etc. — 2. Iſidorum L. 10. ſequuti ita diſtinguunt, vt *ſtultus* ſit, qui inepte et inprudenter agit et loquitur, *ſtolidus* hebes et vecors, *fatuus* qui omnino deſipit. Mihi quidem ſenex, ipſe ſibi iratus, conuicia videtur cumulare, vt in mentem venerant, non curans, diuerſane ſingulorum vis ſit, an plurium eadem. — *bardus* tardus Epid. 3. 3. 40. — *blennus* mucoſus, paedidus, h. l. ſtupidus, a *βλέννα* mucus — *bucco* Iſid. l. l. garrulus, qui ceteros oris loquacitate, non ſenſu, exſuperat — 4. *me hoc aetatis* ſenem, at v. 14. *ludum*, alii *ludos factum* ludificatum eſſe — 5. *quam*, *tam*, quo 90. — *vror* crucior, ob ea *quae* — 6. *omnibus exemplis* modis — 9. *adtondit* vt v. 15. auro emunxit — 12. *reliquum id auri factum* reddendum ei fuiſſe, ſi Bacchis domum reuehi cuperet — 13. *quod peraceſcit* acerbiſſimum mihi eſt — 15. *auro emunctum* ſupra 4. 4. 50. emungam hominem probe. Ter.

Digitized by Google

Phorm. 4. 4. 1. emunxi argento ſenes. Tropi a rebus petiti, nauſeam creantibus, vix in ore plebis ferri poſſunt: Horatius vero qui 1. Sat. 4. v. 7. dicere ſuſtinuerit *homo emunctae naris* pro prudente, intelligente, valde miror — 16. *ſerius non nauci* nihili, nequam. *Naucus* ſeu *naucum* niſi nucis iuglandis medium diſſepimentum, nucleique inuolucrum eſt, aliquid certe eſt nullius pretii abiiciendumque. vid. Moſt. 5. 1. 1. — 20. *vnde agis* venis? Additum legitur *te* Perſ. 4. 3. 13. vnde *agis te.* Ter. Andr. 4. 2. 25. quo hinc *te agis* abis? Virg. Aen. 6. 337. *ſeſe* Palinurus *agebat*, ibat. ibid. 8. 465. *Aeneas ſe agebat matutinus* mane ibat. ibid. 9. 696. *ſe* primus *agebat* etc. — *vnde homo miſer atque infortunatus* venire poteſt, a negotio miſerrimo. Soluerat ducentos Philippos militi — 27. *quid* tibi ex filio *nam? quid nam* t. e. fil.

IN ACTVS V. SCENAM II.

3. *oues* explicat Paſſeratius: ſtolidos; ſed ioculis puellae videntur inlecturae potius, quam bilem ſenibus conviciis moturae — 5. *eunt a pecu palitantes* a grege ſuo aberrantes. Haec omnia mulieres ſuauiter ſubridentes dixiſſe credendae ſunt — 6. *at pol nitent* pingues ſunt hae oues — non *ſordidae* ſcabioſae — non contemnendae — 7. *adtonſae* oues, ſenes a filiis expilati — 8. ſine, *ſuo vsque arbitratu* garrire eas, quae lubeat — 10. *altera* ouis, Nicobulus, *hodie bis detonſa* bis a Chryſalo auro fraudatus — 10. 11. *vetulae ſunt* oues *thymiamae* thymum amantes. Alii legunt *Thymianae.* Alciatus in Lex. Plaut.: *Thymianae* ſignificant *oues pingues*, quod ſunt habiles ad ſacrificandum, a θύω ſacrifico. Hanc ſententiam ſummis extollit laudibus Saubert. de Sacrificiis c. 23. p. 571. — 12. *limus* obliquus, *limi oculi* amatorum ſunt. Mil. 4. 6. 2. adſpicito limis oculis. Ter. Eun. 3. 5. 53. limis ſpecto. Sic hoc loco *limis vt intuentur*, vt Ovid. verbis Amor. 3. 1. 33. explicem: *vt limis adrident ocellis* — 16. *lactem* pro *lac* — 17. *exoluere*, ab exoleſco, exoletae ſunt; tanti non amplius ſunt, quanti fuere — 18. 19. *palantes graſſentur* paullo plenius dictum, pro *palentur*, vt ſaepius verbo *palari* aliquid additur, licet ſignificationem non augeat, vt *vagi palantur* Liv. 5. 44. Sall. Iug. 18. errare atque vſam palantes quaerere. Lucret. 2. 10. — 20. *ſtultae atque haud malae videntur τὸ haud* deeſt quidem in plerisque codd. ſed e verſu 13 erat addendum. *haud malae* explicant *haud malitioſae* a quibus

Digitized by Google

metuendum nobis sit — 21. *hae oues* nos. Non magnopere Nicobulum iratum fuisse oportet, qui in allegoria pergit — 24. perquam lepide deprecatur minas. vid. Pers. 5. 2. 36. et — 25. prudenter dissimilat, se, cur minetur, scire — 26. *nostros agnos* filios — *concluſos* agni infirmi, et curae diligentioris egentes, domi retinebantur clausi. Virg. Ecl. 7. v. 15. depulsos a lacte domi quae clauderet agnos — *mordax canis* Chrysalus v. 48. — 30. *secreto* Capt. 2. 1. 17. *sine arbitris loqui.* Ter. Hec. 1. 2. 59. te solum seducam — 31. pro *vlteriorem* Philoxenum, longius abstantem, Priscianus legit *veteriorem* — 33, *mortem amplexari* senem acherunticum, mortuo quam viuo similiorem — 39. aues *visco tactae* sunt captae — 40. *coxendicem* fodi, vt equo asinoue, serpenti potius, quam eunti — 42. *haud mala* deformis, inuenusta — 43. *pol mala* inproba — 47. *persuastrices* Fortunatianus rhet. 3. dicit: *δυσπρόφορον* est, si quis dicat *persuastrices, praestigiatrices,* atque *inductrices* — 49. *experior tecum vim maiorem* alii intelligunt *vindictam publicam,* alii *violentiam,* quae non iure, sed facto infertur — 62. *vbi lepide* excipiaris — 63. *satis iam vostri est conuiuii!* satiatus iam vestro sum conuiuio! — *me nihil poenitet, vt sim adceptus* non querendum mihi erit, vos inpensis peperciſſe in conuiuium faciendis, quo a vobis adciperer! — 64. *circumduxerunt* fraudauerunt — 67. *isne* ibisne — 69. *sine, sic! τὸ sic* histrio gestu ferientis adiuuisse videtur — 75. *caput prurit.* prurire dicuntur dentes, malae, dorsus, Amph. 1. 1. 139. Mil. 2. 4. 44. Poen. 5. 5. 36. in metu aliquo pugnorum verberumue, qui metus iocose dicitur desiderium eius mali quod metuunt. Stich. 5. 5. 15. autem vsurpatur de desiderio voluptatis, et sic forsan et hoc Bacchidum loco intelligendum est: sentio voluptatis desiderium — 76. *negito* nego — 79. *quid ago* dubitantis esse solet, Nicobulus victus iam est — *libet et metuo* pugnat cum libidine ratio — 80. *obnoxius filio et seruo* si mei flagitii sint conscii — 82. *vt terebrat* blandis dictis animum perforat — 86. *filii exspectant* vestrum aduentum, senex vero iocose explicat: *exspectant, quam mox moriamur.* Sic Most. 1. 3. 76. vtinam meus *nunc mortuus pater ad me nuntietur.* — 87. *addicti* fuerunt, qui, quum non essent soluendo, creditoribus addicebantur, nec servitute eorum liberabantur, nisi debitis quocumque modo persolutis.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI MOSTELLARIAM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

2. *argutias exhibes* loqueris, iocularia fundis, meras nugas agis. Alii: patiens ita tractas, vt ſonum *argutum* referant, crepas, tinnis — 4. *vlciſcar te* qui v. 27. heri rem et filium conrumpis, *ruri* ſi 16 ſqq. herus redux te in piſtrinum, aut ad opus ruſticum ablegauerit — 5. *nidor e culina* odor ex eduliis aſſis coctisque, dicitur h. l. pro eo, qui multum in culina verſatur, delectatus eius nidore, vt ille: naſum nidore ſupinor. Hor. 2. ſat. 7. v. 38. — 6. *quid tibi clamatio eſt* quid clamitas — 8. *abi dierecte* in malam crucem. Capt. 3. 4. 103. — 9. *hem* ſaepe, vt h. l., eſt verberantis — 10. pone ſigna poſt *patiar* interrogandi, poſt *ſenex* exclamandi: num putas te hoc inpune laturum? vlciſcar te, vt ſenex redierit! — 11. *comes* te filii conruptore bona eius comeduntur — 12. *frutex* homo ſtupide. Signate ita ruſticum conuiciatur, multum inter frutices degentem — 14. frutex dictus alterum vocat *ſcurram vrbanum*. de ſcurra v. Epid. 1. 1. 13. — 15. *ſane credo* animum tibi praeſagire, tibi mox rus fore migrandum — *cis* intra *paucas tempeſtates* breue tempus — 18. *augebis ruri numerum* ſeruorum ruſticorum, *genus ferratile* eos ſeruos, qui ferreis annulis compediti laborant — 21. *pergraecamini* graeco more bibite. Bacch. 4. 4. 91. erat *congraecem* — 22. *pollucibiliter* opipare. cf. Curc. 1. 3. 37. — 32. *virtus* Tranionis eſt *nequitia* — *magiſterio tuo* te nequitiae magiſtro — 33. *me curatio* vid. Aul. 3. 2. 9. — 35. *ſcorta ducere* domum — 36. mei tergi *fiducia* periculo — 37. *fue* idem quod Pſeud. 5. 2. 5. *phui.* abhorrentis eſt — 38. *oboluiſti allium* anima tua foetet ob comeſum allium — 39. *germana inluuies*, quantus quantus, nil niſi inluuies et foetor es — 40. *canes*, pro *canis*. lego cum Lambino: *canes, capra, commiſtae*, i. e. ſicut canis et capra foetent, poſt recentem maris commiſtionem — 41. *exotica* peregrina — 42. *neque* quiuis poteſt *ſuperior adcumbere* — 45. *alliato* cibo, qui allio eſt conditus — 50. *bubulcitari*

Digitized by Google

bubulcum esse — 52. *carnificum cribrum* tu, cuius tergum a carnifice ita compungetur stimulis, vt videatur esse cribrum — 53. *patibulatum* patibulum seu furcam ferentem. Cas. 2. 6. 37. — 57. *compendii fac* vid. Bacch. 2. 2. 6. — 59. *erum* vicias, pabulum — 60. *date des* vnde emam pabulum, *si non estis* daturi ipsum — 62. *saginam caedite* mactate boues, oues in saginam datas. — Alii: dapibus saginamini — 67. tu, qui me furciferum vocas, mox furcifer eris re ipsa — 68. *dum interea sic sit* vt lente opiparéque viuam — *istuc actutum sino* non curo, quid futurum sit — 69. Sophocles vocat *βλάβας ποδώκεις* molesta, quae pedibus eunt celeribus — 73. *satin' abiit.* Sic Mil. 2. 6. 1. *satin abiit ille, neque herile negotium plus curat, quam si non seruitute seruiat.* Vtroque loco *satin* admirantis est, tantam inesse alteri officii sui incuriam.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1 ad 17. Hominem recens natum nouarum aedium esse similem, et ipse sibi persuasit, et aliis se persuasurum esse confidit. — 1. *Recordatus* in cogitationem forte incidi *multum et diu cogitaui* diu multumque mecum reputans — 3. *si est quod mihi cor* quantum perspicere animus meus potest. Pers. 4. 4. 71. *habet cor* explicatur: dicit, quod opus est — 12. *vero vincam* certis argumentis palam faciam — 17. *gnaruris rem* gnarus rei — 18. *quum extemplo* simulac, extemplo quam, vt Asin. 2. 4. 36. Bacch. 2. 3. 70. Merc. 2. 2. 24. Rud. 4. 3. 40. Trin. 2. 1. 16. — 19. *examussim* perfecte. Amph. 2. 2. 213. Men. Prol. 50. — 22. *ne* parcunt, antique pro *non*, vt v. 29. *ne*vult pro *non*vult — 30. *perpluunt tigna* perpluuntur. Sic Quintil. quum coenaculum perplueret. Festus: patera perpluit, pro: pertusa est. vid. Trin. 2. 2. 42. — 35. *mantare* i. q. manere, exspectare — 40 ad 47. parentes liberis, quam optime possunt, consulere conantur, vt sit mens sana in corpore sano — 42. *in speciem populo* explicatur v. 47. *vt alii* parentes *sibi esse illorum* liberorum, suos *similes expetant* — 43. *sibi* curae suae *materiae* sumtui *ne* non parcunt — 48. *ad legionem* exercitum, in bellum *dantur* dant *iis adminiculum* custodem, satellitem, vnum e cognatis — 51. *vnum vbi emeritum est stipendium* vbi tempus primae militiae finitum est. cf. Cas. 2. 2. 40. — *igitur tum* tandem custode remoto — 58. *postquam inmigraui in ingenium meum* Ter. Andr. 1. 1. 25. postquam liberius viuendi fuit

Digitized by Google

poteſtas (nec diutius aetas, metus, magiſter prohibebant) — 56. *fabrorum* patris, magiſtri — 57. *ignauia mihi* virtuti meae idem *fuit*, quod ſegeti *tempeſtas* — 58. 59. 60. *ignauia texit* animum meum grandine cupiditatum, et *detexit a me* verecundiam et virtutis modum. cf. 3. 1. 7. — 61. cf. ſupra v. 29. 35. et ſc. 3. v. 8. neglexi damna mentis meae reſarcire, mantaui donec omnia ruerent — 65. *in vſu* indulgens cupiditatibus — 69. *perpetuae* vniuerſae ſimul — 71. *arte gymnaſtica* quibus exercitiis praeparabar ad belli pacisque munia recte facienda — 74. 75. licet parce ac duriter, *victitabam* tamen *volupe*, contentus ea vitae ratione, cui a puero eram adſuetus, ſuauiora non deſiderabam.

IN ACTVS I. SCENAM III.

Ad verſum vsque 134 mulieres videntur ſibi eſſe ſolae, Philolaches autem ſermonem earum obcultus captat, et, quae multa loquitur, loquitur ſecum. Scapha per maiorem certe conloquii partem Syrae Terentianae Hec. 1. 1. admodum ſimilis eſt; Philematium autem Philotis potius eſt eiusdem Hecyrae, quam Heaut. 2. 3. 8 ſqq. Bacchis.

1. *frigida.* Wouwerius ad Petronium: tres aedes ſeu cellae erant in balneis. Prima *Caldaria τὸ λακωνικὸν*, Dioni *πυριατήριον*, Senecae *ſudatorium*, nam ſicco calore ſudorem in eo eliciebant; ſecunda *media* ſeu *tepidaria*; tertia *frigida* — 2. *nec unde* qua alia lauatione. Quidam pro *vnde* legunt *cum* aut *qua* — *defaecare* abluere, abstergere. — 3. Scapha adſentari vult: frigida melius purgata es, quam ante calida tepidaue lauatione; hoc perobſcure exprimit: *horno* hoc anno, quo libera es facta, *omnibus rebus* exoptatus eſt *euentus*, *velut meſſis* huius anni *magna fuit.* Omnia hoc anno ex ſententia ſubcedunt, ergo et lauatio tua! — 4. non mirum eſt, puellam, quid anus velit, non intelligere — 5. ipſa anus mentem ſuam explicare neſcit. — 6 ſqq. *Haec* Philematium *eſt tempeſtas* etc. vid. ſcen. ſuperior. v. 57 ſqq. veſtis *fartum*, quod veſtem farcit, corpus quidem eſt, h. l. vero de moribus loquitur, et puellam totam, animumque in primis intelligit — 16. *contempla* contemplare — *vt haec* veſtis — 17. *virtute* beneficio *formae;* quod formoſa es — *iſtaec me.* indignatur iuuenis, Scapham, adiurantem, *ita Philolaches tuus te amet*, non adieciſſe *ita tu ames Philolachetem* — 30. poſt *ſtultam* comma ponendum eſt: miror te, quae ſtulta non

Digitized by Google

es, ſtulte tamen facere — 31. *exſpectes vnum* v. 11. vni velis Philolacheti placere, vnum eum ames, deſideres — 33. *meretricium* vid. Bacch. 1. 1. 6. — inſeruire *vnum* pro *vni* v. 59. — 42. *rem vides* ego tibi exempli ſatis ſum! — 46. *ſtimulatrici*, quae Philematio perſuadere conatur, vt pluribus morem gerat amatoribus. Pro *ſtimulatrici* Sciop-pius mauult *ſimulatrici* — 48. *ſuo* aere — 50. *mihi nihil eſſe* me ad egeſtatis terminos eſſe redactum (Aſin. 1. 2. 13.) *huius cauſa* — 55. *enicaſſo* enicauero. ſic et v. 66. — 56. *vitilena* ex *vitium* et *lena* eſt: lena peſſima — 59. *illum inſeruies* vt ſupra 33. — 61. *angina* inflammatio faucium, ſynanche — 64. *id* vt me liberaret, *extudi* ab eo inpetraui — 67. *ſi tibi ſat adceptum* compertum *eſt*, ſi tibi extra omnem videtur aleam eſſe poſitum — *victum ſempiternum* Capt. 4. 1. 13. aeternum cibum — 68. 69. *in vita* explicant: quam diu viues. Ingenioſa vero non magis, quam, quod caput rei eſt, aptiſſima videtur ad explicanda verba *capiundos crines*, coniectura Gronovii, pro *vita* legendum eſſe *vitta*. *Capere crines* eſſe *nubere*, *matronam fieri* Lipſius iam notauit. Gruterum quidem cruciat haec explicatio, quod, licet Philematium Philolacheti libenter nupſiſſet, huic tamen in mentem veniſſe veriſimile non ſit, eam vxorem ducere. Sed Mil. 3. 1. 196 ſqq. legitur: eam ornatam adducas *matronarum modo*, capite comto, *crines vittasque* habeat, *adſimiletque ſe tuam eſſe vxorem*. Noſtro igitur Moſtellariae loco comma poſt *vita* deletum pono poſt *futurum*, et explico: ſi illum amatorem fore ſperas *in vitta*, ſi conſenueris, adhuc fidelem, ſoli morem gerendum cenſeo, et *capiundos crines*, quaſi vxor eius eſſes, vt hoc matronae ornatu prae te feras, te vulgus abs te ſegregare — *amatorem proprium* ſtabilem. vid. Merc. 2. 3. 4. — 71. *ſeruaſſo* ſeruauero — 72. *pater venibit potius* patrem prius vendam, quam te egere patiar — 74. *magis amabunt* pluris me facient — 77. vt omne patrimonium meum huic tradam poſſidendum — 78. *eſtur*, editur, epulis pecunia profunditur — 83. *nec* non *recte ſi illi dixeris* ſi ei maledixeris — 84. *Ioui viuo argento*. pro *viuo* Camerar. repoſuit *iſtoc*, quem cum pluribus editoribus ſequutus ſum. *Viuo* autem qui retinent, alii cum *Ioui* iungunt, plures cum *argento* — 87. Patronum, *quae* pro *qui* in textum recepit Camerarius. Sic Cic. ad Att. 1. 16. *patrono tuo*, *quae* ſc. Clodia; ad Div. 1. 9. *illa furia*, *qui* ſc. Clodius; et ibid. 10. 28.

Digitized by Google

ſeductus eſt *haec peſtis* ſc. Antonius; Ter. Andr. 3. 5. 1. *ſcelus, qui* ſc. Davus; et Phorm. 5. 3. 9. *virum* me *natam* vellem — 90. vid. 67. 68. — 93. *ſpernit* quae aetati, formae ſuae diffidit, ei ſpeculo et fuco opus eſt, non tibi — 96. exſpectabatur, vt diceret *o Scapha*, cui, laude amicae reconciliatus, aliquid promitteret peculii, ſed ſequitur *Philematium mea!* Gronovius hoc merum dicit eſſe iocum παρὰ προσδοκίαν, poetamque praeuidiſſe, riſuros eſſe ſpectatores deceptos. Alii v. 97. pro *viden* ponunt *vide an*, et verba *Philematium mea* cum verſibus 97. 98. tribuunt Scaphae ornatrici, quaerenti: vtrum recte compoſitus videatur capillus? Lambinus autem, quem hic ſequor, iuuenem ad verbum vsque *peculii* vere aliquid Scaphae promiſiſſe cenſet, deinde vero, vt ſolent, qui prae amore delirant, exclamaſſe ſecum: Philematium mea, o quam pulcra es, quanto tui amore depereo! verſu quidem 97 puellam quaerere, e reſponſione lenae v. 98. adparet — 97. Vide, quam elegans Philem. ſit! num *quique capillus* ſinguli capilli, *compoſitus eſt ſatis commode* vt aptius ad pulcritudinem augendam componi nequeat — 98. *commoda* quae placet. Ter. Heaut. 3. 2. diſtingui videtur v. 10. mulier *commoda* et faceta, ab ea quae v. 12. eſt *forma luculenta* — poſcit 101. *ceruſſam* quae alborem, v. 104. *purpuriſſum* quod ruborem adiuuet, 107. *melinum* ſc. pigmentum, faciens ad candorem — v. 104 et 105. in fine poſui ſigna interrogandi: non enim Scapha eam idcirco ſcitam eſſe poterat adfirmare, ſi, quod formam conrumperet, faceret — 105. *interpolare* eſt conrumpere formam, *noua pictura* adhibita colori, quem natura dederat pulcerrimum — 111. 112. ſpecula veterum ex argento fuiſſe facta, Plin. 33. 9. narrat — 116. *mulier recte olet, vbi nihil olet* hac ſententia Cicero vtitur ad Aſt. 2. 1. — 117. *interpoles mulieres* quae ſe pigmentis interpolant — 123. *veſtrorum* pro vſitatiori contracto *veſtrum* — 124. *quae vas dote meruerunt* quas duxiſtis vna dote adlecti — 128. *mores meretricis*, vt ei placebunt, quae emta donantur, ita morigera amatori erit — 131. *nuda*, Ter. Heaut. 2. 2. 47 ſqq. ornata ita, vt quae ornantur ſibi, nulla malam re expolita muliebri (vt mala nullo fuco picta ſit) i. e. munditiae adſueta vni, non, vt Zeno Veronenſis dicit, colorem mutuata de pyxide — 139. *vile eſt* non care eſſet emtum — 140. locatur puella: quod viginti minis aeſtumaſti, decem minis tibi vendam, vt *bene* vilius emeris, quam ipſe volueras —

Digitized by Google

142. *cur exprobras?* Ter. Andr. 1. 1. 16. commemoratio quasi *exprobratio* est inmemoris beneficii; et Eun. 3. 2. 4. ridet Parmeno Thrasonem: quam venuste! quod dedit principium aduenienti! — 146. vterque nostrum se obnoxium alteri putet beneficiis mutuis — 149. *nemo commodis eorum inuideat* infelices sint, vt non sit iis commodum, cui quis inuidere possit — 151. pro *tecum* dicit amator *cum stacta* tu mihi dulcior es suauissimo oleo, e cynnamomo et myrrha incisa sudante — 154. *manuplares*, commilitones, comissatores.

IN ACTVS I. SCENAM IV.

1. Seu legendum est *veniri;* seu intelligendum *venire* vos seruos — 2. *hem* Phanisce 4. 1. 24. *tibi* prae ceteris *imperatum* hoc est — *aduersum venire* officii et tutelae causa — *tempori* seu *temperi* tempestiue — 5. *comissari κωμάζειν* ire ad compotationem nocturnam et petulantem — 7. Vulgg. et Lamb. legunt *mammam* quasi matrem *adire*, tamquam puerum fugendi causa. Scaliger emendauit *mamma* o mea Delphium — *madere?* ebrius esse? — 8. *semper isto modo moratus viuere debebas* non vult, eum semper esse ebrium, sed semper vrbane iocari, cuius ioca incondita interdum et rustica fuisse videntur — 9. vt *ego te* amplectar, *ac tute me amplectaris* — 14. *lectus* discubitorius *stratus* vbi epulemur, bibamus, *coimus* cum ceteris conuiuis conuenimus — 15. 16. *sino* te cadere, si ita vis, *sed et hoc* ita cadere finam, *quod in manu est* quod manifestum est, *si cades tu* qui me tenes etc. — 17. post *aliquis* pono signum interrogandi — 18. *madet* ebrius est *homo*, secum quidem dicit, at ille tamen audit, quare vt supra v. 7. — v. 17. explicuerat quidem se e vehementius titubantis amplexu, sed v. 19. tamen manum eius prehendit, ne *adfligatur* grauius in terram procidat. — 21. 22. vix, vt ebrius, quod voluerat, reminiscitur — 28. *vnde agis te?* vnde venis? — 30. *illi* Delphio — 31. sic solent ebrii! — 32. *eumpse* eum ipsum facere, quod vult, dormire.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *summis opibus atque industriis* quo maximo potuit infortunio nos mactare cupit — 3. *nusquam stabulum confidentiae est* nihil nobis est, quo *stare* niti possit confidentia — 4. Ter. Adelph. 5. 4. in fine: ipsa, si cupiat, salus seruare prorsus non potest hanc familiam — 5. *mali*

Digitized by Google

moeroris montem maximum Epid. 1. 1. 78. in te inruunt montes mali — 8. *meam vicem* pro *me*. Capt. 2. 3. 37. noſtrum amborum vicem. Ibid. 3. 3. 11. heri vicem meamque — 9. *Plagipatidae* vox comice conficta: qui lucri cauſa plagas patiuntur. Capt. 3. 1. 12. Ter, Eun. 2. 2. 13. non ego, vt paraſiti ſolent, plagas pati poſſum — *ferritribax* i. q. Trin. 4. 3. 14. *ferriterus*, qui ferrum terit, qui vt plurimum ferreis vinculis compeditus tenetur — 10. 11. adludit ad ſtipendium militare, qui milites *trium numorum* aſſium *cauſa* merendorum *ſub falas* turres ligneas *ſubeunt* eas expugnatum eunt, vbi multorum corpora multis haſtis transfigi ſciunt — 12. *excurrunt* milites, adgrediuntur, pericula ſubeunt — 13. *bis pedes*, vterque pes, *bis brachia* vtraque manus. Quatuor clauis pedes manusque ſatis tenebuntur, vt cruciarius ſe refigere nequeat. Non eſt, quod intelligamus, ſingulos pedes, ſingulasque manus *bis binis* clauis — 14. hac quidem lege vel decem talenta poterat promittere, cui non plumbeus erat numus. — 21. ſerui Plautini ne in ſummo quidem metu iocis abſtinent. Philolaches rogat: *quid ago?* quid ſuades? hic reſpondet: *adcubas* vt video, cum meretrice tua! — 32. 33. *miſerum eſt* etc.: tum demum curare, quod paratu opus eſt, quando tempus parandi non ſupereſt — 33. *igitur demum* vid. Caſ. 2. 2. 40. — 39. *ego vos pro matula habebo* mingam in vos — 45. *cum hac* Philematio, *cum iſtac* Delphio — 46. *non hoc longe* Ciſt. 2. 3. 39. — 51. Delphium dicit: *morigerae tibi erimus ambae* i. e. ego et Philem. ibimus intro, vt iuſſiſti; Tranio autem in voce *morigerae* iocatur: *ita ille faxit Iupiter* vt vtraque libidini meae morigera ſit. — 57. *clauem* harum aedium *Laconicam*, quae qualis fuerit, ex hoc ipſo loco adparet: qua vna foris obcludi aperirique ianua poſſit, aliis clauibus intus modo aperientibus. Theon vero dicit: *οὐχ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον τὸ παλαιὸν παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Λάκωσι* — 60. tradiderant ſe v. 59. herus in fidem ſerui! qui igitur ſecum: ſic ſit! *Pluma haud intereſt* aequi bonique faciunt *patronus an cliens* ſuperior an inferior aliquis *probior ſit* ad efficiendum id, quod opus eſt, aptior ſit *homini* alicui, *cui nulla eſt in pectore audacia* qui ipſe neque conſilii locum habet, neque auxilii copiam, i. e. herus, conſilii inops, ad me confugit ſervum ſuum, quem ſuas res magis credit animaduerſurum, quam ipſe poſſit. — 62. 63. quiuis adcidere poteſt, vt

Digitized by Google

quod conetur, *nequiter faciat* i. e. vt minus prosperè succedat, praesertim *desubito*, vbi subito consilio opus sit, — 64. si hic versus genuinus est, qui 78 iterum legitur, Tranio in media oratione sua in παρεκβάσει monendum putat, quod v. 57. iusserat — 65 sqq. verum vbi deceptus sis, alia adgrediare via, vt ad salutem conuertas, quae malefacta minantur exitium — 69. et hoc me effecturum hoc praesenti in timore confido — 70. τῷ *turbauimus* opponitur *liqueant* quod est idem quod *tranquilla sint*. cf. 3. 2. 64. — 77. *capite obuoluto* fugiebant non modo in turpi aliqua re deprehensi, sed in rebus quoque desperatis, h. l. senex adspectum spectri metuens — 81. *numquam fore* vt in honorem eius mortui habeantur ludi — 83. *farcinam inponam* senem graui cura ac molestia adfectum amoliar.

IN ACTVS II. SCENAM II.

2. *Quom* in Mss. saepe comparet pro *quoniam* — *amisisti* dimisisti, effugere passus es — *vix viuum* ita defatigatum, vt vix mihi videar adhuc viuus — 4. *inposisse* pro inposuisse — 7. *quod erediturus tibi fui, omne iam credidi* nihil porro credam — 14. *obclusa* foris, non solum intus — *interdius* i. q. interdiu — 19. *vsque* semper — 23. *hasce ambas* fores, alii: assulas — 33. pro *faxint* in codd. nonnullis scriptum fuisse videtur *axint* egerint. Vtrumuis ostendit, senem additurum adhuc aliquid fuisse, forsan *faxint* male perire, seu *axint* ad malum cruciatum. In vulgg. olim erat *perduaxint* pro perduint, perdant — 36. *illos* servos tuos, cum mercibus atque oneribus — 37. 38. *tangite vos quoque terram* genus venerationis et superstitionis *terram tangere*, in rebus ad deos inferos et ad mortuos pertinentibus — 42. *aucupet* aucupetur. Truc. 5. v. 72. — 44. *capitalis caedis* lectio codicum. In vett. autem edd. est *cap. aedis*, quod Gulielmus probat et explicat: in qua capital admissum est. Festus ait: locus capitalis est, vbi, si quid violatum est, violatoris capite expiatur. Valde placet mihi hoc. si audisset senex *caedes*, quaerere non posset, quid esset factum? — 45. *scelus antiquum vetus* ante multos annos admissum. vid. v. 63. — 47. *quid istuc est sceleste* factum, scelus — 57. *maximum* maxime, adiectiuo aduerbialiter posito — 62. *mirum quin* vid. Cist. 4. 2. 67. — Plautus igitur manes non vigilantibus, sed κατ' ὄναρ modo adparere potuisse

Digitized by Google

credidit. Recte quidem; at, quanto ſapientiores ſcilicet poſteri eius! — Douſae Plautus viſus eſt ſibi aduerſari, qui ante *ſexaginta* annos factum dicat, quod v. 49. eum feciſſe opinatur, a quo ſenex has aedes emerat, qui tunc adhuc viuebat 3. 1. 16. ſexaginta autem ſeruus perturbatus dixit pro multis — 68. *Orcus* Pluto — 69. *per fidem* falſam. Scioppius malebat *perfide* — 71. *defodit inſepultum* terra quidem texit, ſed ſine iuſto ſepulturae honore. Sic apud Virg. Aen. 3. Polydorus terra quidem iacebat tectus, at *pius* tamen Aeneas funus ei curat inſtaurandum — 75. *concrepuit foris* audit intus ſtrepitum Tranio, ad ſenem igitur metu abigendum quaerit *hiccine percuſſit?* num tu percuſſiſti, an fecerunt lemures? — 78. 79. ſecum Tranio adcuſat eos, qui erant intus, metuens, ne, ſtrepentibus iis, in manifeſto deprehendatur mendacio — 83. *non me adpellabis* a mortuo ſimilat ſe adpellatum ſibi videri, ob percuſſas fores — 95. *Herculem ἀλεξίκακον* et monſtrorum domitorem.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *Sceleſtiorem* infeliciorem, quo ſenſu Horat. 2. Od. 4. plebem vocat ſceleſtam — *argento feneri* locando, quod in fenus detur — 4. vt *locat* argentum, qui feneri dat, ſic, qui feneri adcipit, ab Hor. 1. Sat. 2. dicitur *conducere* — 6. 7. voces *argentum feneri* et *opus in ſumtum fuit* in Mſſ. et edd. ante Camerarium nusquam ſunt: adſcripſit eas, alione e libro, an de ingenio incertum eſt — 8. *niſi quod*. Alii pro *quod* poſuere *quid*, alii *quod* putant eſſe *quo*, verſus cauſa *d* adiecto. Forſan *niſi quod* nihil aliud eſt, quam *quod niſi*, quod ſaepe obcurrit, vbi *quod* adiectum indicare videtur, id, quod *niſi* dicit, rem fuiſſe aut eſſe maximi momenti. v. c. Corn. Hann. c. 1. *quod niſi* domi ciuium ſuorum inuidia debilitatus eſſet. Cic. ad Div. 13. 57. *quod niſi* tanta res eius ageretur — 10. *hic* ſenex, herus — 11. *de hac re* fraude mea — 15. *turbare* turbas excitare, fraudibus fraudes addam — v. 19. mox v. 26. et verſus 20. 21. 22. infra 30. 31. 32. ad verbum leguntur iterum, quare Acidalius hos quatuor verſus putauit expungendos — 21. 22. 23. ludit ſenem, et auerſus loquitur hos verſus ad ſpectatores. — 22. Alii explicant: *facile vinces*, vulpes enim dentatiſſima facile pirum comedit; alii: *non facile vinces* vulpes enim gallinas etc. comeſſe ſolet, non pira — 33. *Tranium* pro Tranionem —

Digitized by Google

34. *danunt* dant, pendunt — 37. *illo praesente* danista hero meo praes. — 41. *Misargyrides* non erat nomen danistae, sed per iocum vocat eum *osorem argenti* — 43. *pilum* (notissimum peditum Romanorum iaculum) *inlicere alicui*, prouerbialiter: adgredi, inpetum facere in aliquem — 44. *inanis* pecuniam non adfert — *hariolus* diuinat, verum dicit — 45. *tricas* nugas — 49. *scio* non opus est, vt re ipsa demum probes — 59. *istunc nominabo*. quem *istunc?* num Philolachetem *nominabit*, in ius vocaturus est? num eius patrem *nominabit* adibit? neutrum videtur. *Istunc* forsan intelligit Tranionem, et, paulum auersus, magna voce sua post *nominabo* additurus est conuicii aliquid, quod, audiente hero, metuens seruus interpellat ironice: *euge strenue rem egisti!* — 60. omnia hercle, quae cupis, clamitando adsequutus es! — 63. iubeo vos *argento reddendo* eripere mihi omnes responsiones, adcepto argento non esse gaudebo, quod praeterea dicam — 64. *sortem* argentum quod dedisti mutuum, *fenus* vsuram. *Sortem adcipe* dicit, licet non esset, vnde solueret, sed scit, danistam prius petiturum fenus, quod forte adcepta perderet — 66. *extentatum* ilia, contentione vocis. Camerarius coniecit *externatum* tune huc venisti, vt te clamando mente alienares? Gronovius denique vult *obcentatum* vt nobis conuicium facias publice — 66. *in manu* in potestate tua *est* i. e. sortem adcipito — 67. *non erit quidem* vnde statim soluat — 68. *ferre hoc potes* vt exspectes, donec soluendo sit? — 68. 69. 70. in mediis his versibus pauca in Mss. desunt, quae Camerarius supplenit. Alii supplerunt aliter, vt versum 69 Acidalius: vrbem exsul linquat *feneris* causa tui — 73. *datas* das, et nos ignorare putas, quid licitum feneratori sit — 81. hunc versum Gruterus tribuit Theuropidi, hoc sensu: feruens haec est rixa, etsi procul, vt non omnia intelligam, at male tamen vrit me, quod de fenere audio, quod, ne a filio poscatur, metuo; Lambin. versum tribuit danistae, hoc sensu: oratio mea molesta est Tranioni, sed, quamuis discedat ille, sublato tamen clamore fenus flagitabo; Acidalius denique tribuit eum Tranioni, sed hoc tamen loco expunctum vult, et post versum 135 repositum. Equidem Gruterum sum sequutus — 85. *inconciliare* vid. Bacch. 3. 6. 22. — 86. *num moratur* negat, se esse daturum? — 95. *quasi* fere, quadraginta fere minas; nam de fenere adhuc tacet — 109. iam mercaturam exercet, in eoque

Digitized by Google

patriſſat, imitatur patrem — 112. *ſpeculo elaras, elarorem merum* aedes in quibus omnia nitent — 113. *eas quanti deſtinat* quod emtionis pretium pactus eſt? — 114. *quot ego et tu ſumus* talentis duobus — 119. *adpetit meridies* vid. v. 52. 55. — 120. *hunc vomitum* hominem inpurum — 123. ſi plus peteret, cauſa caderet — 124. *mecum rem habe* ego ſoluam ſortem et fenus — 130. *eccе autem perii* ad hoc, qua vrbis in regione domum emerit, reſponſionem non habebat paratam, id nondum cogitarat — 136. *calidum mendacium* interpretatur Erasmus: audax et inpudens — 137. quidquid repente in mentem veniebat, deorum inſtinctu putabatur ſubgeri — 138. 139. *iſtum*, daniſtam, qui mentem meam turbauit — *iſtunc* venditorem aedium — 143. *in loco* ſitu; locus mihi non placet, vbi domus ſita eſt — 146. nec hoc cogitauerat ſeruus, herum ſe duci iuſſurum eſſe ad domum emtam inſpiciendam, quare iterum eſt conſilii inops — 150. *dum mihi ſenatum* etc. Epid. 1. 2. 56.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *Melius mihi non fuit* melius non prandi — *domi* cum vxore — 2. *meruerit* cum Acidalio non muto quidem, at explico tamen *me iuuerit*. Capt. 1. 2. 33. neque vmquam quidquam *me iuuat*, quod edo domi — 5. 6. *mihi viſum illico fuit* ſtatim in mentem venit, *non forte* non caſu, *οὐκ ἀλόγως*, non temere eſſe factum, vt vxor prandium adponeret, quotidiano lautius — 7. *voluit in cubiculum me abducere* ſed *anus* eſt! — 8. de ſomno meridiano laudatur locus Varronis, de re ruſt. lib. 1, cap. 1.: "ego hic, vbi nox et dies modice redit et abit, tamen aeſtiuo die, ſi non diffinderem meo *inſititio ſomno* meridiem, viuere non poſſem." — 9. *ex aedibus me edidi* ſubduxi — 10. *turget* irata eſt *mihi*. Caſ. 2. 5. 17. — 14. *dotatam vxorem*, quam non amore, nec virtute, ſed vna eius dote adlectus duxit — 15. poſt *ſi quis* pro *eum non* ſequitur *neminem* vmquam — *ſopor ſollicitat* non deſiderat noctem vxoris — 19. 20. 21. adloquitur ſpectatores: *veſtrae* vxores dotatae meliores forſan ſunt, *haec* vero mea mala fuit, et peior erit — 24. *te incuſes* qui tuum mariti officium deferis — 26. *hoc habet!* vox propria in gladiatorem vulneratum aduerſarii inſultantis vulgiue adclamantis — 32 ſqq. Simo vituperaturus quidem Tranionem eſt, qui herilem filium conruperit, quod vero ea res ſua nihil intereſt, non omnia

Digitized by Google

effatur, quae in mente habet — 36. excusare adeo servum videtur: *vt homines sunt, ita morem geras* Philolaches corruptus quidem est, tibi vero, homini seruo, mos ei erat gerendus. Sic apud Ter. Ad. 3. 4. 68. quid facias? vt homo est, ita ei morem geras! — 40. *musice* laute viuitis — 41. *electili* optimo quouis vino etc. — 45. *non taces?* mirantis h. l. est — 48. *nunc ventus nauem deferuit* idem dicit, quod ante v. 43. — 49. 50. distinguo *Sr. Quid est? quomodo? Tr. Pessume! Sr. Quae ne subducta erat tuto in terra?* num ea nauis vestra periclitatur, quae iam in portu videbatur esse? videbamini ab omni parte securi — 52. Festus dicit: *rates* etiam poni pro *remis*. Acidalius autem vult legi: *venit nauis, nostram vi quae frangit ratem.* — 53. Cui, quae nollet, adcidebant, ei solebat dici: *vellem, vt velles.* i. e. *vellem* tibi obtingere, *quod* ipse *velles* optares — 55. *tibi chorda tenditur* vincula tibi nectuntur — in *ferriterium* ergastulum, vbi ferreae te terent catenae, vnde 2. 1. 9. *ferritribax*, et Trin. 4. 3. 14. *ferriterus* — 58. *patronum* salutat, cuius patrocinio se vsurum sperat — 64. *tam liquidus* tranquillus *est* senex, *quam* etc. vid. 2. 1. 70. — 70. *quid consomniauit* vnde hoc ei tam stulte venit in mentem? — 75. *neuis* non vis — 78. vulgo *subdiu*, quod esset *interdiu*, cui obponitur *noctu*, quare illud *subdiu* plane esset otiosum. Sequutus igitur Lambinum posui *sub dio* — 79. *immo edepol vero* h. l. refutantis est: valde erras, namque etc. — 81. *flagitator* vid. Cas. Prol. 24. — 83. *Sarsinatis* est nominatiuus, vt antique *Summatis*, *insimatis* pro *summa*, *infima* dicebatur. Adludit autem Plautus ad *Sarsinam Vmbriae* vrbem, suam patriam: nonne tibi est *Sarsinatis*, si *Vmbra* non est? *Vmbra* mulier ex Vmbria, pro *vmbra* posita — 88. *Agathocles*, figuli filius, rex Siciliae factus, res gessit maximas — 91. *vehit hic, vehit hic alter* Simo aeque ac Theuropides *clitellas* sellas dossuarias (dorsuarias) — 95. *magni sunt oneris* ferundi, i. e. magno oneri ferendo sunt, magnum iis fallaciarum onus inponere possum. — A versu 96 ordiuntur nonnulli scenam nouam, tertii Actus tertiam — 96. *haud scio an* apud Cic. est *fortasse*, et, vbi *vlli* aut *nemini* sequitur, est *fortasse nulli*. Semper est modeste dubitantis. Hoc quidem loco vix adparet, qui deliberare seruus possit, an adloquatur herum, cui referendum erat, inpetraritne id nec ne, cuius causa missus ab eo erat. Acida-

Digitized by Google

lius igitur pro *haud ſcio an* poni vult *auſpicio*. Haec tamen vis inferenda lectioni non videtur. locatur ſeruus, herumne, quem mulum clitellarium magni oneris eſſe dixerat, vt hominem adloquatur, congredi vero non dubitat — 101. *id* propterea ſum *opperitus* ſeu oppertus — 102. *antiquum hoc obtines tuum* vt tardus ſis. Ter. Hec. Act. 5. ſc. 4. *v.* 10. antiquam tuam venuſtatem obtines. v. 20. morem antiquum atque ingenium obtines — 111. *iſtas* aedes *remittat ſibi* venditionem reſcindat — 112. *ſibi quisque ruri metit* prouerbium ruſticum: ſibi conſulit — 113. *redhibere* reddere — 115. *miſericordias* hic verſus in codd. et edd. vett. h. l. abeſt, reperitur autem Act. 4. ſc. 1. poſt verſum vltimum *Poſtremo minoris* — 116. *moraris* gradum, quoad loqueris, ſiſtens — 121. *at enim mulieres?* nonne verendum eſt, ne aegre ferant? — *caue ſtocci faxis* facias, ne cures, ne vereare — 122. *tamquam tuas. Th. Tamquam?* Theuropides has aedes opinabatur emtas a filio, et *vere ſuas* eſſe, non *tamquam ſuas* — 130. *perductorem*, qui eum per omnes aedium partes ducat, Theurop. non deſiderat, alii putant, vt compendium faciat corollarii alicuius; aliis videtur iocari, quod et in ganeis erant perductores; ipſe cauſam dicit: *errabo potius* etc. — 136. *eo pretio.* quod poſtes Theur. laudarat *pulcros*, dicit Simo, eo ſe pretio i. e. pulcro, ſeu tanto, vt eſſent pulcri, eos emiſſe — *fuerant.* ſeruus hanc vocem adripit, quaſi dixiſſet: fuiſſe, ſed non amplius eſſe ſuos — 137. *lacrumas* erat forſan Simo paulliſper lippus — 140. *tarmes* θρίψ poſtes ſunt vermiculati — 141. Servius: tempore inportuno caeſae arbores cito tarmites faciunt, ita enim ligni vermes vocantur — 143. *pultifagus* ſeu potius *pultiphagus opifex* Turnebus, Lambinus, Lipſius intelligunt artificem *romanum*, Scaliger vero, quem plerique ſequuntur, Poenum. Hi enim lignario opere claruerunt, vnde *lecti punici*, *feneſtrae punicanae*, *torculare Punicum.* Plautus igitur dicit: non hiaſcerent poſtes, ſi faber Poenus eos coniunxiſſet. Pultiphagum autem vocat, quod Carthaginienſes vt plurimum pulte aliqua vtebantur, cuius conficiendae artem Romani ab iis adceperant. Poen. Prol. 54. *Pultiphagonides* eſt Carthaginienſis — 144. *coagmenta.* Nonius: "coagmenta dictae ſunt coniunctiones arctae et compares, a cogendo, id eſt ſtringendo; vnde coagulum, hinc coagmentare." *arcte dormiunt* iocoſe: iuncturae minime laxae ſunt — 145. *conniuere* dicuntur oculi clauſi,

Digitized by Google

palpebris non diductis sed coeuntibus. Sic hic fores conniuere dicuntur arctissime iunctae — 147 ad 154. *pictum* i. e. picturam. Theur. non conspicit, quia nulla aderat. *Cornicem* seruus intelligit se ipsum, *volturios* autem Theuropidem et Simonem, senes auaros, quos vtrosque *vellicat* iudificatur! Satis audacter 149 herum ad se spectare iubet, vt cornicem possit *contui* contueri — 155. *haec quae possum* conspicere — 161. *aedes dico* vt per has ducare. non est sermo de ganeo. cf. 130. — 162 ad 170. Tranionem nihil minus, quam hero sibique a cane metuere, sed herum modo similato metu suo iuridiculo habere, manifestum est — 163. *abi dierecta* abi in malam crucem, dicitur hic cani. vid. Capt. 3. 4. 103. — *τῷ ſt!* repetito canem ringentem abacturus vult videri — 165. *tam placida est, quam aqua* quae nisi ipsius mole depressa labatur, ventorumve moueatur vi, instar speculi leuis et placida est. Haec vero Simonis in aedibus canis aut sculpta modo, aut, vt apud Petronium Trimalcionis in domo, picta erat; senis vero oculus hebetior (154) putabat esse viuam — 167. *abducat* aliquis, seu: abducat se.

IN ACTVS III. SCENAM III.

Rectius vero IN ACTVS IV. SCENAM I. de quo videatur Argumentum.

3. *abiectas* vili pretio venditas. Ter. Adelph. 5. 4. 25 sq. viginti minae pro psaltria periere, quae, quantum potest, aliquo *abiicienda est*. Haec lectio debetur Turnebo, ante eum legebatur *ablectas*, ab *ablego*, vnde *equites ablecti* i. e. delecti, eximii; alii malunt a *ab* et *lacio*, vt *ablectum* sit, quod emtor elicuerit, eblanditus sit — 5. *insanum bona* valde bona, vt Bacch. 4. 5. 1. *insanum magnus*; seu potius: ita bona, vt modum tamen videatur excedere — 9. *mercimonii lepidi* perquam lepidum hoc mercimonium est. Graeco more positus hic genitiuus est, vt *ὦ ζεῦ, τῆς ἄτης*! etc. — 11. *numquam finam* dissuaderem, quantum possem — 14. *subegi* filium tuum, inuitum permoui — 15. *omnem ratem* rem familiarem — 16. *octoginta* Emisse seruus Philolachetem domum dixerat 3. 1. 114. talentis duobus, quadraginta autem minas a danista fenere sumtas arrhaboni dedisse: soluendum igitur adhuc erat talentum vnum cum viginti minis — 19. *ne quid captioni mihi fit* ne decipi abs te possim — 24. *sat sapio*,

Digitized by Google

ſi abs te vno modo caueo quo magis igitur fallacem cognouerat Tranionem eſſe, eo ſtultior erat, cui in tota hac de domo emta fabula nihil fraudis ſubeſſe ſuboleret. Sed gaudium de filio patriſſante 3. 1. 109. et de emtione lucrifica 3. 3. 10. ſenem faciebat credulum. Quo exoptatius aliquid nobis eueniſſe narratur, eo procliniores ſumus ad credendum — 24. *tecum ſentio* ſeruus dicit ſecum, vnus conſcius, quam parum herus hac ipſa in re a ſe ſibi cauerit! — 26. Poſtquam herus abiit, ſeruus primo omnium dicit *licet*. hoc vero *licet* quid ſibi vult? Quid ſi ſeruus dixit *ilicet!* abi in malam rem. Sed auſus non ſum hanc coniecturam meam recipere — 27. *congerrones* Perſ. 1. 3. 9.

IN ACTVS IV. SCENAM I.
Rectius SCENAM II.

1. *carint* pro: careant — 6. 7. *peculium* opes ipſis proprias *faciunt* adquirunt *a malo* e verberibus vibices *quod nequeunt facere de ſuo* de demenſo ſuo comparcere — 8. *augent* peculium *ex pauxillo* numorum, furtis, fraudibus partorum. Gulielm. pro *pauxillo* legi vult *paxillo*. Serui caedebantur pendentes ex *palo* ſeu *paxillo*, vbi ſibi theſaurum in tergo parabant — 11. *exſinceratum* virgis caeſum, a coniectura Camerarii. *Corium ſincerum* adhuc fuit v. 13. nec ſincerum eſſe deſinat, *non exſinceratum fiat*. cf. Epid. 1. 1. 85. — 15. cf. Epid. 2. 2. 40. — 19. *peculii ſui* tergi *prodigi* quod non ſeruant a loris tutum — *plagigerulus* i. q. Pſeud. 1. 2. 20. *plagiger* — 20. *non eo* dicunt ſerui nequam, quorum et v. 21. 22. ſunt, ſeruum frugi inridentium — 22. *ire vis foras paſtum* properas in popinam aliquam, vt te farcias *mula*, ſicut mula, quae tractis retinaculis paſtum abit — 24. vid. 1. 4. 1. ſqq. — 25. *die craſtini. die* pro *diei* ſeu die craſtino — 26. *bubulis exuuiis* loris e pellibus bubulis. Sic Aul. 4. 1. 15. cenſione bubula. Stich. 1. 2. 6. monimentis bubulis. Trin. 4. 3. 4. cottabi (crepitus plagarum) bubuli.

IN ACTVS IV. SCENAM II.
Rectius SCENAM III.

Lambinus aliique hanc ſcenam cum ſuperiore coniungunt. In illa vero Phaniſcus loquitur ſolus, in hac alius adceſſit ſeruus, et mox adcedet Theuropides.

Digitized by Google

1. *bucaeda* qui boues ſtimulis caedit, hic vero iocoſe, qui loris bubulis caeditur — *reſtio* qui reſtes facit, hic vero iocoſe, qui reſtibus caſtigatur. Perſ. 2. 4. 11. caedere hodie tu reſtibus — 4. *faſtidit* me, conſeruum non dignatur familiaritate ſua. Pro *faſtidit ſimia* Diſſaldaeus legi vult *faſtidioſiſſimu'ſt* — 9. *ferocem facis* ſuperbis. Sic Curc. 4. 3. 7. ne te mihi facias ferocem — pro *herus* codd. quidam *eratus* i. e. aeratus, diues — 10. oculi dicuntur dolere ei, qui videt, quod nollet — *fumus moleſtus eſt* in mente habet: tu mihi moleſtus es — 11. *qui cudere ſoles plumbeos numos* qui ſpecioſis dictis et factis hero perſuaſiſti, te ſeruum frugi eſſe, quum nequam ſis — 13. *nouit herus me* ſeruum frugi eſſe, ſed alter v. 14. verbum *nouit* alio ſenſu adcipit: *ſuam quidem culcitullam* noſcere *oportet* i. e. eum, qui libidini eius morem gerit. Sic Caeſar dicebatur: ſponda interior regiae (Nicomedis) lecticae — 19. 20. *qui maximam his foribus iniuriam defendat* qui aperiat eas, ne a me effringantur — 21. *addecet* homines nequam omnibus in rebus tales ſolent reperiri — 32. *puer nimium es delicatus* iocaris, inrides, *delicias facis*. Men. 2. 3. 30. Poen. 1. 2. 83. — 36. *cerebroſus* cerebro male adfectus, mente captus — 40. *heri* nuperrime. Truc. 2. 6. 28. — 42. *triduum in vnum* tres dies continuos, vt non interea conuiuia hic haberentur compotationesque — 49. *praeter ſpeciem* quae ſpecies interdum falſiloqua eſt. Ter. Andr. 5. 2. 15. quum faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretii. Heaut. 5. 3. 21. rem, quum videas, cenſeas. Sic Theuropides v. 34. dixerat; te eſſe arbitror puerum probum; nunc vero dicit: ſpecie tua deceptus ſum, ſtultus es — 52. *ad alias aedes* ac volueris, *perperam* crapulae plenus errans — 57. *μὰ τὸν Ἀπόλλω* Deus meliora! non talentis, *ſed minis* — 58. *deſtinare* emere, vt ſupra 3. 1. 113. Alias eſt *praeſtinare* Epid. 2. 2. 92. Capt. 4. 2. 68. — 66. *triginta minae* parum ſunt, *prae quam* comparatae cum alio, quem fecit, ſumtu *dapſili* effuſiſſimo. Aul. 2. 1. 45. — 67. *ſacerrimus* exſecrandus — 68. *quaeſtum* decimas, quae Herculi vouentur — 70. *amburet miſero ei corculum carbunculus* pater moerore conficietur — 74. *libertas paenula eſt tergo tuo* quod liber non es, paenula cares, qua tergum tegas. Inliberaliter quidem ſeruum inridet inmerentem, qui 75. acute non magis, quam liberaliter reſpondet: recte facienti nihil eſſe metuendum.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM III.
Rectius SCENAM IV.

1 ad 4. nusquam gentium, quo in loco ego et res mea esset, fui incertior, quam hic sum, in vrbe patria — 7. *processit* adcidit *noui* — 8. *vidi efferri mortuum* iocose respondet, funus proprie *processit* — 10. *eum vixisse aiebant*, mortuum refert dixisse homines *vixisse* non amplius viuere. Inridet Theuropidem — 13. ne exspectes a me, vicino tuo, coenam aduentitiam — nam 12. *promisi foras* inuitatus ab aliquo, me coenaturum esse apud eum — 14. post *verum cras* exspectamus Simonem inuitaturum esse Theurop., sed, non sine spectatorum risu, promittit se, si vocetur, apud Theurop. coenaturum — 19. *quod sciam* repetit ridens — 22. *at quidem tu* somnias — 23. *infectum* inritum — 28. *non mihi quidem hercle* argenti quidquam debes, *verum, si debes* ipse, te mihi debere, fateris, *cedo* soluas velim — 33. *aiebat* Tranio — 34. *hoc* i. e. ad exemplum domus meae. Si *hoc* genuinum est, δεικτικῶς sumatur. Nonnulli vero pro *hoc* malunt *hinc*, vt Tranio 1. 2. 75. dixerat: nunc *hinc* exemplum capere vult — 45. *eademque opera* te mecum eunte.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *nauci* vid. Bacch. 5. 1. 16. Obcurrit modo vocis huius genitiuus. Deriuant vocem alii ab *nux*, cuius putamen sit, alii a *nugae*, alii adeo contractam putant ex *vαὶ καὶ οὐχὶ* — 2. *quid id esse dicam nescio* nihili esse puto — 4. *illa* via, quasi *illo* rus-ridicule. Viam ingressus, quae rus ducit, deflexi per etc. — 5. ordo videtur esse: patefeci fores horti, quod ostium est in angiportu. Si lectio reperiretur *foris*, explicarem: patefeci extrinsecus — 8. constitui cum Philolachete, eius sodalibus, meretricibusque, quid faciendum nunc sit — 9. *atque illi* etc. quo facto illi cauerunt sibi loco, abierunt, vbi tuti a sene essent, me solum furori senis obiecere — 10. *rem verti in meo foro* mihi omne periculum esse subeundum — 15. *gustare* captare *sermonem* — 16 ad 19. clamat Theurop. de via seruis Simonis 4. 3. 44. — 19. *ludificabo corium* tergum loris probe caedendum curabo — 20. *melius est* quam sermonem otiose captare — 21. *captandum est cum illo* pro *illum* Tranionem. Sic 5. 2. 21. mihi *tecum* cauendum est etc. — 22. *mittam lineam* sicut piscatores captant pisces, missa *linea* seu *lino*, cuius extremo hamus adnexus est,

Digitized by Google

ſub eſca latens — 24. *doctior* aſtutior, δεινότερος. ridet herum — 25. verba dare *illi nemo poteſt* intelligit: quisque poteſt — 38. *dixi ego iſtuc idem illi.* Lambin. explicat: me ius iurandum ei daturum, filium aedes emiſſe, et argentum dediſſe; hoc vero ius iurandum, qui Theuropides polliceri potuerit, non intelligo. Acidalius putat, deeſſe vnum alterumue verſum, quo Tranio interfatus aliquid ſit, cui ſenex hic reſpondeat. Quod ſi eſſet, interfatum oporteret ſeruum eſſe: quid, ſi Philolaches non ipſi quidem, ſed atrienſi tamen eius argentum dedit? haec vero aut alia eiusmodi verba ſi deeſſent, ſpatium, vt ſolet, in codd. adpareret vacuum. Equidem intelligo per *iſtuc ipſum:* me ad ius iurandum eum eſſe adacturum. Deinde Tranionis *quid ait* non interrogantis eſſe puto, ſed admirationem ſimilantis. Theuropides dehinc narrare pergit, quae Simo porro pollicitus ſit: *ſeruos* etc. — 39. *quaeſtioni* vt veritas tormentis exquiratur — 43. *vel hominem iube aedes mancipio poſcere* iube filium tuum petere Simonem, vt aedium dominium in ſe transferat — 45. *aram,* duo perfugia habebant ſerui *aram* et *deprecatorem.* Ter. Heaut. 5. 2. 22. nec tu *aram* tibi, nec *precatorem* parauerris. Ex ara qui ſubplicem abripuiſſet, inmane eſſet nefas auſus. Arae autem in ſcena erant duae verae, dextera in Tragoedia Bacchi, Apollinis in Comoedia, ſiniſtra ei deo, heroi aut ciui ſacra, cui fiebant ludi — 47. *praeſidebo* quaſi in praeſidio manebo conlocatus — *interbitat* intereat — 54. *nimio plus ſapio ſedens.* quid τὸ *ſedere* ad ſapientiam faciat, fruſtra, opinor, explicare laborarunt. pro *iudicem eſſe* ſolenne quidem vocabulum eſt *iudicem ſedere,* non vero, quod ſedentes ſint, ſapientiores, quam forent ſtantes, ſed quia iudicantes ſedere ſolent. Iungendus eſt verſus cum ſequenti: *plus ſapere* ſe dicit, non, quia ſedeat, ſed quia in loco diuino ſedeat, eamque ipſam ob cauſam, quod hoc loco, quaſi numine adflatus, loquuturus ſit, conſilia ſua promittit fore firmiora — 58. *nihil quaeſti eſt,* neuter melior eſt altero, ego fallaciis vſus ſum, tu nunc iis vteris; qui intercedat tertius, falleretur ab altervtro — 60. *emunxiſti* argento — *num mucci fluunt* ſeruus verbum *emungere* ſenſu proprio ſumit — 61. *cerebrum omnem* non iungenda eſſe patet. Poſt *quoque* pono ſignum exclamandi. Τῷ *etiam* non raro additur *quoque* Pſeud. 1. 3. 119. *etiam* conſultis *quoque.* Merc. 2. 2. 56. mihi *quoque etiam* eſt negotium. Perſ. 4. 9. 7. te *quoque etiam* ipſum

Digitized by Google

vt lamenteris. Cic. ad Div. 4. 8 sed ea *quoque etiam*, quae non possim. Ter. Hec. 4. 5. 8. ego pol *quoque etiam* timida sum. h. l. *immo etiam* quid? quod *cerebrum quoque! omnem* mucum quidem *e capite emunxti meum* — 64. reperi omnia, non modo *radicitus* prorsus, sed etiam *eradicitus* eiusmodi esse facta vestra, quae me eradicent, opes meas plane irent perditum —. 64. *non inultus destinauerim tibi* si vera haec est lectio, *non inultus* est; non ita vt te non vlciscar, *destinauerim* rem praetermittere decreui. Si vero cum Acidalio Salmasioque legas *dissignaueris* seu *designaueris* sensus esset: non impune feceris, vt *inultus* idem esset, quod *impunitus* — 65. *iubebo ignem circumdari* arae, cuius aestu te ab ea abigam. Etsi enim nefas erat, subplicem ab ara manu detrahere, igni tamen abigi poterat, vt a Vulcano videretur depulsus. Alia vi Lacedaemonii perdebant Pausaniam. — Incredibilis est Tranionis in sequentibus impudentia, proteruitas atque temeritas, qui quasi de industria id videtur agere, vt iram heri, quantum possit, magis adhuc incendat. Ita non potuisset loqui, nisi omnem salutis abiecisset spem.

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *Somnum sepeliui* somno satiatus sum — *obdormiui crapulam* Rud. 2. 7. 28. *edormiscam* hanc crapulam Ter. Adelph. 5. 6. 11. *edormiscam* hoc villi — 5. *de sodalitate* e numero sodalium eius — *sic talem* in codd. et edd. vett. plerisque legitur *sic tale* . . . . pro quo vna Brixiensis editio habet, e coniectura Burcard. Pyladis: *salue et tu.* coniiciebat Lamb. *te rogo*, Scioppius *sic face.* Gruterus adiecit literam *m: sic talem.* Hic nihil mutat, deletam modo restituere voluit literam. Salutauerat senem Callidamates, quam poterat amicissime, adiuncta inuitatione, quae et ipsa erat amicitiae testificatio. Relalutat eum senex *Dei te ament*, quibus iisdem verbis Simonem 3. 2. 119. resalutauerat, reditum gratulantem. In animo quidem versabantur seni, quae de Callidamate 4. 2. 29 sqq. audiuerat, quare ei bene cupere non poterat, sed, *sic talem*, tam amice eum salutantem amice tamen resalutandum putat — 28. *aut Philonides* sc. audiuerint, me sic esse ludificatum? — 40. *magis inpetrabilis* πιθανώτερος, qui facilius, quod vult, inpetret — 45. *lutum* tu homo omnium abiectissime — *tamen etsi pudet* etiam me? quod filio senex malefacta ignouerat, audiens, eum

Digitized by Google

pudere, perridicule et sibi poscit ignosci *pudenti* — 46. *fac gratiam cunctam* integram, si ignouisti filio peccanti, ignosce etiam ei, quo ministro usus est — 49. *pessum premere* perdere. Rud. 2. 3. 64. — 50. *restat* quam confidenter adstat — 55. *hanc vnam noxam* et 57. *ibi vtrumque* etc. cf. Ter. Phorm. 1. 2. 90 sqq. "ad precatorem adeam? credo, qui mihi sic oret: nunc amitte, quaeso, hunc; ceterum, posthac si quidquam, nihil precor."

COMMENTARIVS IN PLAVTI MENAECHMOS.

IN PROLOGVM.

2. *mihi.* Comice Prologus prodiens salutem non spectatoribus solum, sed sibi quoque ipsi nuntiat — 3. *Plautum* comoediam Plauti — *lingua* praefaturus eius fabulae — *non manu* virum portans ipsum — 8. Plerisque Comicis ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος fingitur esse Athenis — 10. In Amphitruone res Thebis gesta dicitur, in aliis fabulis aliis in locis — 11. *graecissat* partes fabulae agunt Graeci — 12. *non atticissat*, *verum siculicissat* personae non quidem Athenienses sunt, nec res Athenis gesta est, sed Menaechmi tamen sunt Siculi, Syracusis nati, quae vrbs a Corinthiis erat condita, in omnique Sicilia lingua graeca vsitatior fere erat, quam Siculorum vernacula, victorumque romana. A *Siculus* fuisset *siciliisso*, a *sicilicus* autem *sicilicisso* formatum est — 13. *antelogium* quod Prologo, argumentum narraturo, praemittendum adhuc putaui — 14. *demensum* pr. frumentum seruis datum. Seruis vero Donatus ad Ter. dicit quatuor, Plinius autem 18. 9. et Seneca ep. 80. quinque frumenti modios singulis mensibus esse datos — 15. *non modio* vno *aut trimodio* i. e. parce dabo, *verum ipso horreo*, vt rem exponam omnem. Iocose igitur nonnulla repetit, quae perspicuitas non postulabat, v. c. 26. vocem *pater* et versum 39 totum etc. — 16. desiderati forsan a multis spectatoribus in fabulis quibusdam erant Prologi, quare dicit: hac quidem

Digitized by Google

in re copiose vobis satis faciam — 18. *gemini duo.* vox *duo* posset abesse, tres enim vno partu editi essent *trigemini* — 19. *mater* quae mammam dat, ab ea, quae peperit, diuersa, *nutrix τιτθή*. Sic et Virg. Aen. 8. 632. lupa, quae Romulo Remoque vbera praebuerat, vocatur *mater* — v. 23. in codd. nonnullis non legitur — 33. *Epidamnus*, Illyrici vrbs, postea *Dyrrachium* vocata — 46. *vidi* audiui, *illum* subreptum *clamore flagitari*, Tarenti quaeri, ita vt clamore rogaretur quinis obuius, an, quo abductus ille esset, posset indicare — 49. *pedibus* iocose, pro: in narratione mea — 51. ridicule officiosus est — 54. *nisi qui argentum* etc. tabellarii enim in nulla opera gratuita sunt (Cist. 4. 2. 74.) — 55. *qui dederit* mihi nuntii mercedem, *magis maiores nugas egerit* nihil enim rei suae curabo. *Magis* comparatiuis saepe additur. vid. infr. 5. 6. 13 sqq. Capt. 3. 4. 112. magis certo certius. Poen. Prol. 82. nugas magis maiores egerit. Stich. 5. 4. 22. magis dulcius. Graeco more. Euripides habet *θανών δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος, ἢ ζῶν*. Aristophanes: *μᾶλλον ὀλβιώτερος*. Aristoteles *μᾶλλον κάλλιον* etc. — 57. Casus rectus *Epidamniensis* referendus est ad *adoptat, dedit, fecit* — 59. *ei* i. e. *quia ei* — *nihil liberorum nisi* sed *diuitiae* — 61. vulgo *quam ipse*, sed quaedam vetustae editt. habent *quum ipse*, quod recepi. Sic et Poen. 4. 2. 82. is in diuitias homo adoptauit hunc, *quum diem obiit suum.* Sensus: quum in vndis periret senex, Menaechmum, quem adoptauerat, reliquit heredem — 63. *pluuerat* esse videtur a *pluueo* — 66. *abstraxit in maximam malam crucem* submersus periit — 69. *habet* habitat — 74. *familiae* intelligendae videntur histrionum, vt e sequentibus adparet.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. *peniculus* Festo est: spongia oblonga, caudae simílis, Martial. 14. 144. tergendis spongia mensis. Bubulis veteres vtebantur peniculis, ad puluerem excutiendum mensasque detergendas. aliam parasiti adpellationem vid. Capt. 1. 1. 1 sqq. — 2. *mensam detergeo* non finem edendi facio, quam diu cibum mihi adridere video. Octo hominum manus facile fungitur 1. 4. 5. — 3 ad 19. parasitus quidem, vt ridiculus sit, plagasque patiatur, largo opiparoque cibo facile retinetur, malefici autem, vt cruciatus atque subplicium effugere non conentur, esca quidem et potione vincientur nulla — 9. vulgo *tum compediti ia-*

Digitized by Google

nuam lima proterunt, quid vero compeditis ianua proderit aperta? — Lambinus igitur pro *ianua* legi vult *lamina*, compediti compede ferrea. Nonnulli autem codd. diserte habent *anum lima praeterunt*. Est autem *anus* seu *annus*, vnde *anulus* seu *annulus*, idem cum circulo, vinculum pedum. Apud Apulei. Metam. 9. sunt *pedes annulati* vincti. Et in Gloss. H. Stephani *annatus* exponitur δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς. Recipiendum igitur putaui: *anum lima praeterunt* — 15. *adfatim* seu *ad fatim* ad satietatem — 18. vincula *lenta* explicat Nonius *tenacia*, vt apud Virg. Georg. 4. 41. et viſco et Phrygiae ſervant pice *lentius* Idae — 19. *quam* quanto *magis*, *tanto* arctius — 20. ſequutus ſum diſtinctionem Douſae, qui, poſt *nunc* commate poſito, *eo quo* iungit, vt τὸ *eo* verſus 21. verbum demum ſit — 21. *iudicatus* ei addictus — 22. 23. Nonius hos verſus laudat: *alere* eſſe, victu cultuque temporali vitam ſuſtentare; *educare* ad ſatietatem perpetuam educere; *recreare* etiam plus eſſe, quam alere — *medicinam facit* fame laborantibus auxilio eſt — 24. *eſt eſcae maximae* multi cibi, quare et conuiuis multum praebet — 25. *cereales coenas* lautas et abundantes. Cerealibus enim Genio ſolebant indulgere, vt noſtri adhuc feſtis meſſoriis ſolent — *menſas exſtruit* Servius ad Virg. Aen. 1. (ſerui) *ſtructores* dicuntur ferculorum compoſitores — 26. *ſtruices* i. q. ſtrues. Feſtus: ſtruices antiqui dicebant omnium rerum exſtructiones. Liuius habet *ſtruices ſaxeas*, Naeuius, teſte Servio: ſtruix malorum. h. l. tot adponit fercula — 27. *in lecto* tricliniari — 28 ad 31. Per dies aliquot paraſitus abſtinuerat ſe domo menſaque Menaechmi. Hic ſi peregre abfuiſſet, aut ſi ob minus rectam valetudinem domi paraſitus ſe continuiſſet, alter alterum aut rediiſſe aut comaluiſſe gauderet. Sed *domitus* eſt *domi* h. e. vinclis eſcariis domi eſt retentus. Pecunia aliqua alicunde adcepta, *fuit vsque cum caris ſuis*, non, quod ab alio quo dictum intelligeretur, cum liberis, ſed, cum ferculis — 30. non enim niſi quod cariſſimum emit et edit — ſed 31. *cari* deſerunt, pecunia abſumta emere porro nequit, quae deſiderat, redit igitur ad Menaechmum.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. *ni* Donatus poſitum putat pro *ne*; *ne ſis*, *habeas*, caue ſis; nec negandum eſt, antiquos ſaepe literas commutaſſe adfines. Alii *ni* explicant, *niſi mala*, *ſtulta*, *indo-*

Digitized by Google

mita ſis, habeas odio id, *quod videas* etc. Paulo mitius certe dixiſſet *ne ſis* ne fias mala, quam, *niſi* iam *mala ſis*, aliter ageres — 3. *praeterhac* h.l. porro, praeterea. Rud. 4.4.73. ſi *praeterhac* vnum verbum faxis hodie — 4. *vidua* ex aedibus exturbata — 8. qui te vxorem duxi, *portitorem* quaſi telonarium domum duxi, qui exeuntem redeuntemque me obſeruat atque excutit, quaſi vectigal exacturus — 10. *te habui delicatam* animo benigno et clementi in te fui — 12. *nec quidquam eges* antique, pro *quoquam* ſeu *cuiusquam* — 13. *cauebis malo* vid. Caſ. 2. 6.59. — 14. *ne me nequidquam ſerues* ironice: ne fruſtra obieris laborem mei ſeruandi. *ob eam induſtriam* explicant: de induſtria, data opera. forſan: ob hanc induſtriam tuam — 15. *ducam ſcortum, atque ad coenam* etc. cum ſcorto coenabo. *ſcortum ducere* Merc. 4.6.3 et 11. — *coenam condicam* vid. 1.3.25. iubebo apud ſcortum coenam adcurari — 18. *euax* exſultantis eſt — *amatores mariti* mariti qui ſcorta amant — 24. *meo malo* periculo — *hoc ad damnum deferetur* ad ſcortum, quod damnoſum eſſe non nego — 26. *ecqua in iſta pars ineſt praemii mihi* et ego e numero ſociorum tuorum ſum. *praemium* ſaepe pro *praeda* — 29. *Genium meum* vid. Capt. 4.2.99. — 30. *per tempus* tempeſtiue — 31. *commoditatis articulos ſcio* quidquid adtemperate, in tempore facio, quod omnium rerum eſt primum — 32. *facinus luculentum* adoleſcens putat pallam ſubreptam; paraſitus, abdominatus, opſonium aliquod lautius — 33. *ſi quid titubatum* peccatum a coquo *eſt*, id reliquiis guſtandis iam ſciam — 35. *Catamitum* Ganymedem — *Adoneum* pro *Adonin* — 37. *adſimilo* forma et ornatu refero — 39. Peniculus, quae verba iuſſus effert *homo lepidiſſime!* et quae v. 40. iuſſus addit *atque hilariſſime!* vtraque ridicule clamitaſſe putandus eſt — 40. *audes* num dignus tibi videor, cuius de laude et tu quid addas? — 41. *qua gratia* mercede — 42. quia propter litigium cum vxore domi non coenabis, *mihi abs te caueo cautius* praeſcire cupio, quo me ad coenam abducturus ſis — 43. coenabo alicubi, vbi, die exacto, clam vxorem (vxore) genio indulgeamus. Dies apud alios quoque poetas dicitur *mori*, et *componi*, et coena quaſi *buſtum* et *ſepulcrum* diei eſt — 44. *incendo rogum* vt v. 38. rogauerat *vbi*, ſic hic *quam* mox eſuri ſumus — 45. *dies iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus* inclinatus iam in pomeridianum tempus, ideoque, coena vt

Digitized by Google

adparetur, mox curandum est — 46. *te moraris* tua ipsius culpa fero coenabis etc. — *oculum persolum* quem habeo vnum. Luscus igitur erat, vt Curc. 3. v. 22. 23. — 49. *a lemino cauo* a domo mea, in qua vxorem, leaena saeuiorem, inclusam habeo — 50. *agitator* auriga in ludis circensibus. Cic. Qu. Acad. 4. ego, vt *agitator* callidus, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo — 51. *respectas* vt agitator respicit currus, pone sequentes — 54. vocem *augurum* primus adsuit Pylades, in codd. non legitur. *Capi*, eligi, dicuntur augures, sacerdotes, arbitri, iudices. Sensus: non ipsum conlegium augurum melius coniecturam fecerit. Alii intelligunt *conleginm parasiticum;* inter omnes parasitos nullus de odore certius, quam ego, coniecturam fecerit — 56. *summum* summam pallae partem mihi olfaciendam porrige — 57. *ex isto loco* infima pallae parte *spurcatur* obfenditur *nasum* vt saepius pro: nasus, *odore* foetore *inlutibili* qui elui nequit — 62. *diurnam stellam* Luciferum orientem — 64. *cantharum* compotationem *commoratus es* serius facis incipere, qui me pultare vetas *mille passuum* ludit confundendo longitudinem loci et temporis: aliquamdiu — 65. *Samiae* fragiles, vt vasa Samia. Bacch. 2. 2. 22 seq. — 66. *ab se* e domo sua, alii: sua sponte — 66. 67. candore Erotii ipse solis splendor exsuperatur.

IN ACTVS I. SCENAM III.

1. *extra numerum es mihi* te non curo — 2. Varro L. L. 6. 2. dicit: *adscriptiui* dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui subcederent armatis militibus, si qui eorum deperissent. Contemtiores eos fuisse adparet. Vlpianus: qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti vel tirones sint, et publicis expensis iter facerent, nondum milites sunt. Debent enim in numeros referri — 3. *proelium* prandium; manet in metaphora a re militari — 4. vtrumque iocus est παρὰ προσδοκίαν, vt *proelium* pro *prandium*, sic *potabimus* pro *pugnabimus* — *vterque* ego et parasitus — 6. *tua est legio* tua est in potestate, vtrumuis in numerum referas — 7. *vt ego* o quantopere ego — 8. conspecta palla, quam dono sibi adferri facile potest praesagire, iocatur: *interim* quo tempore dicis, te vxorem male odisse, eius tamen amorem prodis eo, quod *nequis* non potes *quin eius aliquid indutus sis* — 9. quia non statim responderat Menaechmus,

Digitized by Google

mulier, morae inpatiens, leniter illi ſubridens rogat: *quid hoc eſt* quo indutus es? — *induuiae tuae* hanc pallam tu induas, dono tibi adlatam, *vxoris exuuiae* quam vxori ſubripui, tamquam hoſti detraxi — 10. *quam quisquam* eorum, *qui inpetrant* corporis mei vſuram; pluris te facio, quam ceteros amatores meos — 12. *oportebat naſum abreptum mordicus* ita eum diſſuauiatam te eſſe, vt ipſum viderere comeſtura — 13. *ſuſtine hoc* pallium meum *exuuias facere* exuere *volo* pallam *quas voui* Erotio dare decreui — 17. *meo animo* mea ſententia — *ab Hippolyta ſubcingulum Hercules* Epid. 2. 1. 9. tanta non ſubiit Hercules pericula, quum Hippolytae, Amazonum reginae, auferret balteum, quanta hodie ego, vxori pallam ſubripiens — 21. prudentius monet, quam a paraſito exſpectaſſes — 22. *anno* ante annum. vid. Amph. Prol. 91. — 23. *vt ratio redditur*, vt ex iis, quae dicis, adparet. Vxori quod emeras, ſi ſubreptum ei ad ſcortum defers, argentum plane periit — 26. *ſcitamentorum* cupediorum — 27. *glandionidem ſuillam* vid. Capt. 4. 4. 7. — *laridum pernonidem* quaſi pernae filium, laridum de perna praeſectum. Comice ficta vox, vt Aeſonides eſt Aeſonis filius — 28. *ſinciput* Gloſſ. ἡμικράνιον, ἡμικεφάλιον, caput ſuille dimidium, niſi *ſinciput* ponitur pro capite toto — *polimenta porcina* teſticuli porcorum — 29. *madida* eſt: cocta. alii legunt *madido mihi* ebrio — *miluinam* famem, vehementem edendi cupiditatem — 34. vel deorum diuitias ſpernam, ſi ea mihi obferantur lege, vt te hodie deſeram. vid. 3. 1. 4.

IN ACTVS I. SCENAM IV.

1. *tres numos* Plauto numus videtur eſſe didrachma. Dedit ergo coquo triginta ſex obolos,

IN ACTVS II. SCENAM I.

2. *meo animo* vt ſc. 1. v. 17. vt mihi videtur — 3. *non dicam dolo* non negabo, iucundiſſimum eſſe nautae, ſi terra, quo nauis adpellatur, in conſpectu ſit, maior tamen laetitia eſt, ſi conſpecta ea terra ſit patria noſtra — 6. vt mare circumfluit, ſic nos circumimus omnes inſulas — 8. *quid modi* etc. quem modum ſtatues pietati tuae — 11. *mare ſuperum* adriaticum — Graecorum ſedes ſibi propiores ideoque et notiores Romani *Graeciam magnam*, eamdem vero, qui in Hellade habitabant ipſa, *Graeciam* vocabant *exoticam*, inter medios barbaros ſitam — *ſi adpareret* extaret — 22. *ſcirpus* leuis iuncus enodis. Ideo

Digitized by Google

nodum in ſcirpo quaerere eſt: mentem ſuam macerare, vbi opus non eſt. Ter. Andr. 5. 4. 39. — 23. *hiſtoriam* Periplum — 25. *tuo modo* vt obtemperem tibi — 26. *illoc verbo*: discauens malo! quod minitantis eſt: grauiter monuiſti, me eſſe ſeruum tuum — 30. *viaticati aeſtiue* exiguo viatico inſtructi. Aeſtate enim minus temporis pecuniaeque in itinera facienda inpendendum eſt: quam hieme — 35. *palpator* qui palpando, blandiendo decipit — 38. *Epidamno* nomen vrbis compoſitum iocatur eſſe ex vocibus ἐπὶ et *damnum*.

IN ACTVS II. SCENAM II.

12. Meſſenio intelligit de periculo, ſpongia oblonga, qua extergebantur baxeae v. 2. 3. 40. — 14. *numero* nimium cito. vid. Caſ. 3. 5. 21. — 16. *ſacros* antique pro: ſacri. *porci ſacres finceri* puri, integerrimi atque ad ſacrificium idonei — 17. *piari* ſacrificio — 20. 21. *Cylindrus*. graecum γ a Romanis paſſim vſurpatum eſt, vt latinum *u*. Coquus igitur ſi pronuntiauit *Culindrus*, Menaechmus nomen ioco, ſordido quidem, deriuat a *culus* podex, et addit *ſeu Coliendrus* (ſic enim cum Lambino poſui pro *Coriendrus*) a *coleus* teſticulus — exſpectatur *nominetis* pro quo *perieris*, ἔρροις, non ſine exſecratione dira — 23. pro *tantum* Piſtoris mauult *tamen*. Si defendas *tantum*, eſt forſan: de tuo nomine non incertus ſum, vt mihi tecum dicendum ſit *ſeu* Menaechmus voceris, *ſeu* aliter — 29. *cyathiſſo* pocillator ſum — 37. pro *numum* Douza maluit *numo*. explicandum quidem ita eſt — 38. *porculum* quo ſacrificando expieris mente captus. vid. ſupra v. 15 ad 19. — 41. *hominem multum et odioſum* vehementer odioſum ſine *et:* plurimum negotii mihi faceſſit. Alii: *multum* explicant; ille vnus tantum mihi faceſſit negotii, quantum vix plures poſſent — 43. *ridiculus* ioci plenus — 51. *haec* opſonia *madebunt* cocta ſint — *morabitur* vos, quo minus mox prandere poſſitis — 54. *te interim* paulliſper tacet, quaſi perrecturus *maximam in malam crucem*, ſed mox addit *atque accumbere* — 55. *ad Vulcani violentiam* ad ignem — 68. *amittunt domum* dimittunt — 71. 72. *recte* monere eſt *prudenter* monere; ſed tum demum ſeruus *recte* moneri dicit, ſi quis monitus prudentior fiat — 75. *nauales pedes* h. l. mercenarii, quorum opera vtebantur, qui naui aliquo venerant. vid. 2, 3. 81 et 5, 6. 20.

Digitized by Google

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. *fine fores sic* manere apertas, *nolo* eas *operiri*, quod amatorem iam prope adesse audini — 5. *amoenitas malo est* qua adliciuntur — 9. *potissimus* quo nullus sit animo meo carior, seu certe: quem priores partes apud me habere sinam. vid. Truc. 4. 2. 15. — 24. 25. *folia nunc cadunt, praeut* etc. primum hunc meretricis conatum esse dicit, Menaechmi inretiendi, eumque futuris eius conatibus tanto esse leniorem, quanto folia leuius cadant, quam arbores ipsae — 26. *elecebrae argentariae* quae argentum eliciant. vid. Bacch. 4. 9. 20. — 30. *delicias facis* Muretus h. l. explicat: inrides — 36. *bene* benigne *vocas* — *tam* Festus docet vsurpari solitum pro *tamen* — *tam gratia est* blandior forma est abnuendi, se ad prandium venturum. Sic Most. 5. 2. 9. *de coena facio gratiam.* Graeci, quum inuitati nollent ire, dicebant κάλλιστα, ἐπαινῶ aut πάνυ καλῶς — 40. *baxeae* calceamenti genus, crepida. Quidam *buxeae* sc. mensae, quas Peniculus 1. 1. 2. iocatur se detergere — 44. *cantherino ritu adstans somniat* ambiguitas est in verbo *somniare.* Equi, cantherii prae ceteris, *somniare*, quod pro dormire positum est, interdum solent stantes. *Somniare* autem etiam est nugas et deliramenta effutire, vt Curc. 4. 3. 14. quos tu mihi Summanos *somnias*? — 45. *qui* qua de causa *lubet* — 50. *accere* mirantis et indignantis h. l. est — 50. 51. Vox *nauis* a non nullis hic sensu sumitur obscoeno. Menaechmus autem vere dixerat, *in naui se prandisse*; Erotii vero: *quam tu nunc mihi nauem narras?* nihil aliud est, quam: hoc tu qui potes dicere, qui modo hic fuisti, et prandium tibi apud me iussisti adcurari? — 52. Sextus iam annus erat, postquam nauigauerat 2. 1. 9. quo longo tempore nauem necesse fuit, aliquoties fuisse reficiendam — 53. vt in officina pellionis multi sunt pali, ad distendendas siccandasque pelles, sic in naui palus palo proximus est. Meursius censet, poetam et hic Pellionem ludere, sua aetate minorum gentium Comoedum, de quo Bacch. *x.* 2. 37. — 56. *Mosscho prognatum* 5. 9. 39. et 49. — 58. de Agathocle v. Most. 1. 2. 88. — 58. 59. mulier enarrare vult tyrannorum in Sicilia subcessionem, sed hoc, vt Camerarius dicit, facit ἀνιστορήτως, ex male tradito malene percepto rumore, rem, personas, tempora, loca confundens. quod in persona mulierculae non excusandum modo, sed Plautus etiam de industria fecisse putandus

Digitized by Google

eſt. Vt Gronov. docet, non quidem *Pinthia*, ſed tamen *Phintias* aliquis, poſt Agathoclem, non Syracuſis vero, ſed Agrigenti, dominatum obtinuiſſe, a Diodoro Siculo L. 22. narratur. Liparo aliquis in alia Siciliae parte regnaſſe poteſt, licet nomen eius in hiſtoria interciderit. Nec verum eſt, Hieronem regnum adcepiſſe a Liparone ei traditum, quod vni virtuti ſuae ciuiumque amori debebat. Alii aliter. Petitus vult, Pinthiam Liparonemque non eſſe alios, quam Agathoclem ipſum, qui non *Pinthia* ſed *Plinthias* vocatus ſit ἀπὸ τοῦ πλίνθου, quod figlinam iuuenis fecerit, *Lyparo* autem, non *Liparo*, a λυπαρὸς ſeu λυπηρὸς, ſaeuus, moleſtus — 62. *pernegari non poteſt* eundum eſt, quo mulier vocat — 71. *quid te amabo* orabo *vt facias* — 72. *ad phrygionem* qui acu pingebat, vt adiiciat ornamenta, et picturis pallam varieget — 78. *ſi! ſcire vis* dicit Menaechmus reſpiciens, an Erotium iam intrauerit — 79. *quid ergo* iubes? — *opus eſt* prius quam vero eloquatur, quid opus ſit, iterum ianuam reſpicit, quare *quid opus eſt?* ſeruus rogat, morae inpatiens — Men. *ſcio, vt me dices* i. e. iterum monebis, vt 2. 2, 67 ſqq. — Meſſ. *tanto nequior es* ſi, monitorum meorum memor, tamen intrabis — 87. *nauis praedatoria* meretrix 2. 2. 69. — ducit *lembum* herum *dierectum* in malam rem Capt. 3. 4. 103.

IN ACTVS III. SCENAM I.

4. dum *hieto* aperto ore adſto, toto animo ad ea, quae in foro aguntur, adtentus — 6. *qui illum dii perdant.* Sic et Perſ. 5. 2. 6. *qui illum* Perſam, atque omnes Perſas, atque etiam omnes perſonas dii perdant! Truc. 4. 2. 78. *qui iſtum* dii perdant. cf. Caſ. 2. 4. 1. Omnibus his locis forſan poſt *qui* dicturus aliquid fuit, quod, exſecratione ſibi potiore, reticuiſſe videtur — 9. *cenſus capiant illico* Turnebus explicat: pigneribus captis mulctentur, vt ſenatores, qui, inuitati, in ſenatum non venerunt. Gronov. pro *capiant* legi mauult *careant* cenſus parte mulctentur — 10. *in dies qui ſingulas eſcas edunt* explicant; alii: qui ſemel tantum te die edunt; alii: qui ſolent μονοφαγεῖν, qui ſoli edunt, neque vocant, neque vocantur, quibus igitur non hoc negotii eſt, vt vel vocatis domi ſuae praeſto ſint, vel vocati veniant tempori — 13. *perdidiſſe prandium* παραδεικνηθῆναι domicaenio adfici — 17. *venio aduorſum*

Digitized by Google

tempori qui conuiua esse debebam, aduersitoris vice fungor, quasi hero coenato tempori aduersum venio.

IN ACTVS III. SCENAM II.

v. 1. 2. 3. Erotio dicit abiens — 1. *hanc* pallam — 3. cf. 2. 3. 74. — 12. *cuius heres numquam erit post hunc diem* quae numquam reddetur ei. vid. Bacch. 4. 8. 8. — 14. *parti* pro: parte sc. prandii — 20. numquam tam lepide curatus sum, sine sumtu meo — 27. *feciſti funus prandio* consumsisti prandium — 28. *cui* prandio *ego aeque* ac tu *heres eram* cuius pars mihi debebatur inuitato — 41. *sinciput* caput, non es sanae mentis — 46. *obciſa eſt haec res* plane desperata. v. Capt. 3. 4. 7. — 48. *cinaedum* Turnebus hic interpretatur saltatorem; Lambinus: mollem et inpudicum.

IN ACTVS III. SCENAM III.

1. *amare te multum* valde orare 2. 3. 71. — 4. *Spinther* Festus: armillae genus, quo mulieres vtebantur brachio summo siniſtro — 13. *armillae* differebant a spinthere, gestatae in vtroque brachio — 15. *num dicam* Erotio, te *curare* quae orauit? seu, vt Lambinus legi mauult *curaſſere* i. e. curaturum esse? — 17 seqq. Ter. Heaut. 2. 2. 59 sqq.: disciplina est eisdem, (meretricum amatoribus) munerari ancillas primum, ad dominas qui adfectant viam — 17. *inauris ἐνώτιον, ἐλλόβιον*, ornamentum aurium lobis insertum — 18. Inaures quod diuersi fuerunt generis, quales ipsa sibi donari velit, dicit: *Stalagmia.* Fuisse autem videtur *stalagmium* inaurium genus, oblongum, ex bacca pendula, a guttae, Graecis σταλαγμὸς dictae, similitudine denominatum — 20. *cedo aurum* ne ab ancilla quidem praedam auferre hominem pudet — *manupretium* mercedem opificis — 21. *da abs te* da interim aurum pro me — 25. vbi redire vidit ancillam, auersus haec secum loquitur, non iocatus, vt quidam putant, sed vere furaturus venditurusque, quae adceperat! idem fere sentit apud Terentium Chaerea Eun. 2. 3. 90 sqq.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

Peniculus fecerat, quod 3. 2. 52 sq. erat minatus — 1. Edd. quaedam habent *patiar esse in* quod vero *esse* in nullo codice reperitur — 5. *pallam.* Spinther quum adferret ancilla, Peniculus iam a Menaechmo discesserat — 7. *coronam* quam 3. 3. 31. laeuorsum abiecerat — 10. *sed pallam*

Digitized by Google

non fert quem hanc viderat ferre, Menaechmus fuerat Soficles, iam vero obuius Menaechmus erat ſubreptus — 11. *male habeas*, excipias, tractes maritum *idem quod ſemper* non potuit mulier hoc non aegre ferre, nam ne peſſima quidem mulier mala haberi gaudet. Vlciſcitur igitur 4. 2. 100. hominem inprudenter veriloquium.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

Infontem Peniculus Menaechmum ſuum Act. 3. ſc. 1. adcuſauerat, qui, inuitiſſimum ſe in foro moratum eſſe, hac ſcena ineunte narrat — 1. *more more* ſtulto, a μωρός. Sic Trin. 3. 2. 43. amor *mores* hominum *moros* et *moroſos* efficit — 3. *optimi maximi* optimates, qui plurimum in re publica pollent. *vti quique optimi maximi ſunt*, ita *morem habent hunc* i. e. optimi maximi omnes hunc habent morem — 6. *res* opes — 9. 10. mali ſed diuites *qui neque* etc. — 11. *ſollicitos patronos habent* iis non deſunt patroni, qui cauſam eorum ſollicite dicant — 15. *mens eſt in querelis* nihil aliud quam querelas cogitant — 19. *ad populum* in comitiis — *in iure* apud Praetorem pro tribunali — *ad iudicem* vel *recuperatorem* a praetore datum, vel *arbitrum* a litigantibus ipſis captum — 22. *adtinuit* in ſuo negotio retinuit *detinuit* ab eo, quod ipſe acturus eram, auocatum tenuit — 23. pro *proeliis* reperitur lectio *pro eius* — 25. *tortas*, *confragoſas* obſcuras, perplexas — pro *aut* cum Salmaſio poſui *haud* — 25. 26. iunge: *haud multo plus aut minus* (minusue), *quam opus* erat, quam panciſſimis quidem fieri poterat *controuerſiam* (cauſam) *dixeram* ſuaſeram — 27. *vt ſponſio fieret* vt iure iurando et praedibus ſtipulatio fieret pecuniae ab eo, qui cauſa caderet, ſoluendae — 28. 29. 30. et ſic cliens meus hodie quidem effugit *nec magis manifeſtum ego hominem vnquam vllum teneri vidi* licet numquam reum viderim manifeſtius eſſe conuictum *omnibus malefactis teſtes tres aderant acerrimi* quippe in cuius malefacta ſingula terni citabantur teſtes fide digniſſimi — 40. pecuniam ſumere *fenerato* eſt: grandi fenere: h. l. pallam abſtuliſti *fenerato* magno tuo malo — *ſic datur* triumphantis eſt: ſic abſtuleris mihi pallam, vt furti huius poenas mihi des grauiſſimas. Poen. 5. 5. 7. miles, poſtquam dixit, probe ſe vlturum minam lenoni datam, addit *ſic dedero* — 46. *niſi vium, palla pallorem incutit!* Haec verba tribuenda ſunt Peniculo inridenti. Alii quidem

Digitized by Google

Menaechmo ea tribuunt: hunc vero quis credat iocari tunc voluisse, seque ipse prodere? — 64. quod v. 40. mulier dixerat *sic datur*, id hic eodem sensu Peniculus dicit: sic me absente prandium comederis, vt iniuriae istius poenas mihi nunc des grauissimas — 81. 83. 84. *subripitur aliquid alicui* duplicem potest habere sensum, seu: auferre ab eo, vt is rem perdat; seu auferre alicubi, vt ei detur, vt eius fiat. Vxor dixit: *palla subrepta est mihi* a me ablata est; Men. quaerit: *palla subrepta est tibi?* quod *tibi* Penic. captiosum vocat: num palla *subrepta* alicubi *tibi* data est? explicat dein: *huic*, Erotio, cuius domum monstrat, subrepta est, vt deferretur, non *tibi* vxori, nam *tibi* donanda *si subrepta esset, salua nunc foret* tu mulier eam haberes. Saepius hoc modo Plautus iocatur. Aul. 4. 4. 8. *Sr.* nihil equidem *tibi* (Euclio) abstuli. *Ev.* at illud, quod *tibi* (in vsum tuum), abstulisti, cedo. Capt. 4. 2. 86. *mihi* quidem esurio, non *tibi*. Pseud. 4. 1. 23. Iupiter te *mihi* (Pseudolo) seruet. *Si. immo mihi* (Simiae ipsi me seruet.) — 90. 91. Noctua τὸ *u* sonare dicitur, Latinis igitur *vlula* Graecis a τὺ τὺ dicta τυτώ. In fragmento aliquo e Sidonio Grammatico, de vocibus animantium, in Gloss. aliquot superstite, legitur *noctua tutubat*, Ausoniique versus notus est: *Cecropiis ignota sonis ferale sonans u — defessi sumus* dicere *tu* — alterum *nos* otiosum videtur — 93. *non dedisse* intelligi vult: non donasse, sed commodasse modo.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

1. quam *aetati tuae* vt saepius pro: *tibi* — 3. *volup.* pro *voluptas*, quod ipsum in MSS. et edd. vett. nonnullis hic legitur — 9. *numquam factum reperies* codd. legunt *releceris* et supra scriptum *redixeris*. E priori Gruterus *relege res*, e posteriore Pareus *reuiceris* formauit. Boxhorn. denique legendum putat *nunquam factum, ne dixeris*. Edd. veteres habent *reperies*. Mihi quidem placeret: *Numquam factum! relege res* i. e reuoca tibi in mentem, quae facta sunt. Ea vero, quae vult relegi, v. 10. 11. exponit — 12. *quia commisi* tradidi tibi pallam *adfectas viam ad eam rem, vt me defraudes* — 17. *compingite* eam pallam *in oculos* carissimam habeatis, adseruetisque studiosissime — 18. *ne frustra sis* ne speres, me recepturam te, crediturum tibi esse — 20. *frustra* gratis *me ductare* voluptatem mecum capere *non potes* — 24. *ex-*

Digitized by Google

eluſiſſumus ſuperlatiuus comice confictus, ab vxore et amica excluſus.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *dudum* 2. 3. 35. — 11. *muttire* γρύζειν. Gloſſ. *muttum* γρῦ. vid. Amph. 1. 1. 225 et 1. 3. 22. etc. — 12. pro *admiſi in me* Edd. quaedam *in te*, ſed *admittere in ſe* culpam, maleficium, dedecus, vſitatiſſimum eſt. — 14. *Hecubam canem* quod maledicta in quemuis Graecum obvium ingerebat, Graeci lapidibus inſectati ſunt, ob eamque rabiem in canem verſa fingitur, quin eius effigiem canis forma pingebant. Iuvenal.: 10. 271. ſed torua canino latrauit rictu, quae poſt hunc vixerat vxor. Vid. Argumentum meum Caſinae. — 25. *praeterhac* vid. ſupr. 3. 2. 3. — 27. *mea quidem cauſa* quantum ad me adtinet, per me — 30. *ante oculos adtines* in conſpectum meum adfers — 36. *quaero* et *quaeſo* Feſtus dicit interdum permutari; eſſet igitur *quaere, vt* i. q. quaeſe, roga vt. Sed *quaere* poteſt etiam h. l. proprie ſumi: inueſtiga, tecum vt veniat, vt eum huc perducas — 37. *ita rem eſſe dicito* ei, rem neceſſario poſcere, vt ſimul tecum veniat — 41. *degero* vt infra ſc. 2. v. 53. pro: defero — 42. *monſtra, quod* medicamentum *bibam, tuam qui* etc. quo maledicentiam tuam perferre poſſim. Allegoria a medicis, qui medicamenta dant, quibus epotis venenum inpune ſumi, aut iam ſumtum tolerari poſſit — 45. *ſimitu* Planto frequens pro *ſimul* — *Parthaon* pater Oenei, Aetoliae regis, patris Deianirae — *ſimitu te noui cum Parthaone* non magis te noui, quam Parthaonem — 48. *cum Calcha*, Calchante, Theſtoris filio, qui arte divinandi in Graecorum ad Troiam exercitu plurimum pollebat: Noui tum patrem non magis, quam Calchantem — 49. numquam eum vidi.

IN ACTVS V. SCENAM II.

4. *Conſitus ſenectute* ſenio confectus. Sic apud Terentium Eun. 2. 2. 5. *obſitus annis.* Virg. Aen. 8. 307. *obſitus aeuo* — 5. *onuſtum corpus gero* Merc. 4. 1. 7. fero annos octoginta et quatuor — 6. *mala aetas* ſenectus — 18. et *illi* viri — 20. *ſalue.* vid. Stich. 1. 1. 10. — 28. *velitati eſtis* litigaſtis inter vos. Feſtus: velitatio eſt, vltro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnae. Afranius: interea verba iactare inter ſe, et labiis velitari.

Digitized by Google

Rud. 2. 6. 4. equidem me ad velitationem exerceo, nam omnia coruſca prae tremore fabulor — 29. *logos* Nonius: ſermones et dicta ridicula et contemnenda. Apud Ter. Phorm. 3. 5. 8. *logi* ſunt nugae, promiſſa inania. Hoc Plauti loco adiectum *longos* explicat *logos* eſſe ambages, quibus omiſſis ſenex rem ipſam, quam pauciſſimis fieri poſſit, verbis expeditam cupit — 30. *te abſoluo* vno tibi verbo dico — 35. *neuter* neque tu, neque maritus tuus — 37. *niſi non vis* plura mulier adiectura eſt, forſan: filiam tuam meretricibus poſthaberi, deſpoliari; ſed ſenex interpellat — 39. *ſane ſapit* non improbat, quod forſan ipſe olim fecit, plures certe iuniorum faciebant; ſeu idem ſentit cum Micione Terentiano Ad. 1. 3. 4 ſqq. quum placo, aduerſor ſedulo, ac deterreo . . . ſi augeam, aut etiam adiutor ſim eius iracundiae, inſaniam profecto cum illo — 40. *faxo amabit* fore praedico, vt amet — *ob hanc induſtriam* tuam, quod eum obſeruas, quo eat, quid rerum gerat — 41. 42. *tua quidem* etc. odio tuo a potando eum non auocabis — 43. *vna opera poſtules* hoc, ſi potare eum vetas, idem eſt, ac ſi poſtules, eum nec ad coenam ire ad alios, nec eos domi ſuae adcipere — 46. *lanam carere* a *κείρειν* tondere, i. q. *carminare;* vnde et *carmen* inſtrumentum ad carendam lanam. Pro *carere* legitur et *carpere* — 51. *praehibet* i. q. praebet — 59. *abs te deſtituis* ſolam relinquis — 60. poſt *ſenex* ſignum interrogandi pono. Pro *deteſtor* reperitur in codd. a prima manu *deteſtes*, vnde Gruterus coniecit, ſeu potius reſtituit *do teſtes.* Verba vero *ſummum Iovem deosque do teſtes* iungenda ſunt cum v. 62 ſqq. *me neque iſti* etc. ſenex autem miraculo ignorantiae adtonitus, quam Menaechmum putat ſimilare, interfatur v. 61. *qua de re* deos das teſtes, *aut cuius rei rerum omnium* cauſa? — 69. *Mv. nimio haec inpudenter negas.* Sic concinnauit Camerarius, quum prius legeretur *imo obcludere negem*, quae verba alii aliter mutarunt — 72. *non tu te tenes?* cohibes, taces? — 74. Mſſ. deſinunt in *quis tu homo es?* Camerarius inſerendum putauit *quid feci ego:* priores inſerebant *quid nocui* — 76. *viden tu illi oculos virere?* ardere. Hor. Epod. 17. 33. feruida *virens* in Aetna *flamma* (non moror eos, qui pro *virens* malunt *vrens!*) — 76. 77. *vt viridis exoritur color ex temporibus atque fronte.* Non eſt mutandum *iridis color.* Ex ira ac furore omnis vultus natiuum colorem mutat. *Viridem colorem* Turnebus ex

Digitized by Google

plicat *subluteum.* Vult autem mulier dicere, insanum eum esse. Conf. Capt. 3. 4. 63. viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis? atra bilis agitat hominem — 80. *pandiculans oscitatur.* Festus: *pandiculari* dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo, quod pandi fiunt. Iam *oscitatio* est oris citatio et diductio. Glossarium: *oscitatur* χασμᾶται. Taubmann. — 82. quod bacchari vult videri, vocabulis bacchantium vtitur Bacchique adpellationibus — vt bacchantes solent v. 84. mulierem, 85. 86. senem maledictis lacerat, illam vocans *canem rabiosam,* hunc *hircum* vt multis aliis fuerit, sic nunc sibi malefícum — 88. *illi δικτικῶς* mulieri — 100. *haud male illanc amoui* secum dicit, sequentia vero quam terribili voce potest — 101. pro *Titanum* Meursius non male coniicit *Tithonum,* cuius aetas decrepita nota est, vnde proverbium Τιθώνου γῆρας. — Plures quidem *Cycni* sunt noti, vt Apollinis ex Hyrie filius, Martis e Pelopea seu Pyrene, ab Hercule obcisus, Neptuni e Calyce, Ociti ex Aurophile, qui in bello troiano innotuit, aliique; hoc vero loco *Cycno prognatus patre* est: senex, cano capite — 102. *artua* pro *artus* ab nominatiuo obsoleto *artu,* vnde verbum *deartuare,* per membra concidere. Capt. 3. 4. 108 et 3. 5. 14. — 106. *exossabo.* vid. Amph. 1. 1. 162 et 163. — *dedolabo* decidam, amputabo *assulatim* minutatim viscera. Lectio debetur coniecturae Camerarii. Superiores legebant *senem exossem nisi dedolabo.* Aldus: *exossem reddam, dedolabo.* Mss. *senem osse fini dedolabo.* Gronovius: *hunc senem ossum fini* i. e. vsque ad ossa *dedolabo assulatim viscera.* Capt. 4. 2. 52. — 111. edd. omnes *gaetulum* seu *getulum.* Mss. habent modo *etulum,* vnde Gulielmus legendum coniicit esse *vetulum* — 112. *stimulum* antique pro *stimulus* — 114. pro *inflexa* recepi coniecturam Salmasii *in flexu* in flectendo *sit* adpareat *pedum pernicitas* — 117. Pallas apud Homerum Achillem, in pugnam iturum, *capillo de curru deripit* deorsum rapit, detrahit — 118. *tuum Apollinis imperium, dictum demutat* eleganter pro: tuum, o Apollo, imperium. Sic Cic. Phil. 2. tuum hominis simplicis pectus, et pro lege Manil. tuum grauissimi hominis iudicium etc.

IN ACTVS V. SCENAM III.

4. *Vosque* spectatores ridicule adloquitur — 7. *ex opere* ab aegris, quos dictus erat visere — 8. *odiosus*

Digitized by Google

qui diu fuit exſpectandus. Heinſius malebat *otioſus*, quod adrogantes quidam medici vel tunc, quando maxime otioſi ſint, aegris tamen viſendis videri velint diſtricti — 9. 10. *crus, brachium fractum obligare ἐπιδεῖσαι*. Veteres medici erant ſimul χειρουργοί. Apollo et Aeſculapius, artis medicae auctores, dicti forſan pro viris inluſtribus, quos medicus glorioſus nominauerat. Intelligunt alii ſtatuas iſtorum deorum, quare ſenex v. 11. incertum ſe eſſe dicat, medicumne an fabrum adducat — 12. *gradus formicinus* minutus, vnde, licet multum ſe moueat, parum tamen promoueat. Alias *gradus teſtudineus* Aul. 1. 1. 10. Amph. 4. 3. 53. vbi teſtudineus obponitur graduſi grallatorio.

IN ACTVS V. SCENAM IV.

2. *laruatus*. Feſtus: laruati ſunt furioſi et mente moti, quaſi laruis et ſpectris exterriti — *Cerritus* Nonius: Cerriti et laruati male ſani, aut Cereris ira et larvarum incurſionibus animo vexati. cf. Amph. 1. 2. 144. — 3. *veternis* lethargus — *aqua intercus* hydrops — 8. *plus ſexcenties in die* ſaepiſſime *ſuſpirabo* inuiſam ad eum, vltro citroque curſando anhelabo.

IN ACTVS V. SCENAM V.

4. *meus Vlyſſes* Peniculus, quo ego, vt Agamemnon Vlyſſe, vtebar conſiliario et adminiſtro — 5. *vita deuolvam ſua* Boſius Parcarum a fuſis et ſtamine putat ſumtum, quod confirmat Virg. Georg. 4. 348. dum fuſis mollia penſa devolvunt. Addere potuiſſet eodem iure Cir. 446. non licuit grauidos penſo deuolnere fuſos — 6. *qui illius* vitam *eſſe dico, quae mea eſt* quod v. 7. *meo cibo* etc. — *anima* meo cibo priuabo virum — 12. *apertas* denudas — 15. *hellebori iugere* tanta hellebori copia, quanta ex agri iugere poteſt meti — 19. *purpureus color*: rubor nigricans, *puniceus*: dilutior et floridior — 22. *percipit inſania* penitus eum capit, ingraneſcit — 23. *obcidis fabula* Camerar. forſan rectius: *obcipis fabulam* — 24. *oculi duri* putabantur inſaniae indicium eſſe — 26. *locuſtas* quod palpebris carent, duriſſimis oculis eſſe dicunt, σκληροφθαλμούς — pro *ignauiſſume* quidam legi volnere *ignariſſume*, quod medico non tam ignauia exprobretur, quam inſcitia: Gronovius autem recte monuit, *ignauum* Plauto

Digitized by Google

paſſim poni pro homine nihili ac nullius vſus — 31. *qui* vtinam *te Iupiter* — 34. *praeut dudum fuit* alter quidem Menaechmus, qui inſaniam de induſtria ſimulauerat, videtur ſeni idem, quocum nunc loquitur — 38 ad 42. ſenſus: quae tu inſimilas, non magis dixi, quam tu, quae te feciſſe inſimilo, vmquam fecisti — 38. *coronam Iouis ſubripuiſſe* narratur Petilius quidam, inde Capitolinus vocatus — 47. *aliquos viginti dies* viginti et aliquos; alii *aliquos* explicant *circiter* — 50. *nihilo minus* non pauciores — 57. praeſens *coepio* et tempora inde formata apud Plautum paſſim obcurrunt. vid. ad Perſ. 1. 3. 41. — 61. *huc* ad Erotium — *prouentum eſt nequiter* male res ſubceſſit. Rud. 3. 5. 57. proueni nequiter multis modis. Stich. 2. 2. 73. proueniſti futile. Truc. 2. 4. bene proueniſti.

IN ACTVS V. SCENAM VI.

1. *ſpectamen δυσμιον bono ſeruo id eſt* ſpecimen, documentum boni ſerui in eo ſitum eſt — 4. *quam* aeque ac *ſi ipſe adſit* — 5. 6. officio potius ſatis faciat, quo minus tergum virgis caedatur et crura vinciantur compedibus, quam gulae ventrique conſultum eat — 6. *cui cor modeſte ſitum eſt* qui animo, cupiditatibus moderari ſciat — 9. pro *viris* Lambinus malebat *ſeruis*. *Ignaui, improbi viri* ſunt quidem hic ſerui nequam, non vero mutandum erat *viris*, quod Mſſ. habent — 14. *facilius patior verba* inſſa, imperia heri exſequor — 13. 14. *magis facilius* non raro *magis* additur comparatiuis. vid. Men. Prol. 55. magis maiores. — 15. 16. malo edere, quod alii ſerui in piſtrina moluerunt, quam ipſe ibi molere, quod alii edant — 20. *metum vt mihi adhibeam* vt metu a malefactis absterritus recte faciam — 24. *poſtquam malum promeritum eſt* h. l. *promeritum* et paſſiue poſitum eſt, et in malam partem. Donatus: *promeruit* eſt: adiuuit, profuit; cui contrarium eſt *commeruit* — 30. *ex hoc ſaltu damni* domo meretricia *ſaluum* inconruptum, nondum captum, deſpoliatum — 31. *ne veniam depugnato proelio μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία*, poſt pugnam pugnatam ſubpetiae: ſero! Editio autem Pariſina v. 31. legit: *vtqui meum ex hoc ſaltem Epidamno aluum eluam amphora*, ex quo videretur ſeruus cupere, ſe, in damno heri, ſaltem fieri participem prandii, ad quod Menaechmus Soſicles inuitatus ab Erotio erat. Quod vocem *aluus* maſculine poſuerit, exemplis quidem paucis poſſet defendi. Et

Digitized by Google

hac lectione v. 31. *depugnato proelio* esset: prandio finito, vt, quo aluum eluam, nihil super sit vini. Gronovius exponit: postquam iam captus, sub iugum actus, despoliatus est.

IN ACTVS V. SCENAM VII.

1. *per ego deos atque homines vobis dico* in deprecationibus atque obsecrationibus vsitatissimum est, inter praepositionem eiusque casum pronomen *ego* interponere. Sic Ter. Andr. 5. 1. 15. *per ego* te deos oro. Virg. Aen. 4. 314. per *ego* has lacrumas etc. Personam vero, quae τὸ *ego* interponit, eoque se respici iubet, talem esse oportet, cuius dignitas, virtusue aut merita animum audientis commonere valeant. In loco Virgiliano: *ego*, quae maximis te beneficiis cumulaui, quam tu pro vxore habuisti; in loco Terentiano: *ego*, cuius amicitiam semper coluisti, inceptam a paruis; in loco Plautino: *ego*, herus vester, cuius in potestate crura et latera vestra sunt — 3. *in medicinam εἰς ἰατρεῖον*, in officinam medici. Epid. 2. 2. 14. — *sublimis* vt pedibus terram non tangat, sed vestris feratur manibus. Mil. 5. 1. 1. rapite *sublimem* foras. Ter. Andr. 5. 2. 20. *sublimem* hunc intro rape, quantum potes. Virg. Aen. 5. 254. quem praepes ab Ida *sublimem* pedibus rapuit Iouis armiger vncis — 4. nisi crura compedibus vinciri, aut latera virgis variari uelitis — 7. *quum venietis* (veneritis) aderit iam medicus; prius adhuc quam vos, non serius certe — 16. *in pacato oppido* inter quod et Syracusanos pax est — 17. *luci* pro: luce, interdiu, vt Amph. 1. 1. 11. Cas. 4. 2. 7. — 23. *sementem in ore faciam, pugnos obseram* metaphora ab agricultura: creberrimas grauissimasque infligam plagas. Sic Aul. 3. 2. 9. — 28. *pectere* contundere, conscindere, onerare pugnis. Sic Rud. 3. 2. 47. leno pectitur pugnis. Sed Capt. 4. 2. 116. fusti pectito — 30. *bene ora commentaui* pugnis, memores notas pugnis impressi, quo sensu Pseud. 1. 5. 131 sqq.: quasi in libro quum scribuntur literae, stilis me totum vsque vlmeis *conscribito*. Gulielm. vero pro *commentaui* volebat legi *carminaui* — 33. *absque ted esset* tu nisi seruasses me — *ad solem obcasum*, vt Epid. 1. 2. 41. *ante solem obcasum* — 48. *adfer strenue* et quae Men. subreptus v. 53. 54. 55 dicit, animum produnt ingratum, lucrique turpiter cupidum.

IN ACTVS V. SCENAM VIII.

3. qui iungunt *eripui homines*, dicunt *eripui* h. l. idem esse, quod *dispuli*, vt apud Silium est *eripiunt*

Digitized by Google

flammae noctem. Intelligendum autem esse *eripui te* e vers. 5. adparet. Sequentia vero explicanda sunt: iis hominibus, *qui homines* quatuor te ferebant sublimem.

IN ACTVS V. SCENAM IX.

1. 2. Scena septima finiente intrarat Menaechmus subreptus in aedes Erotii, nunc vero exiens inde Erotio eiusque ancillae dicit: licet ambae iuretis, vestris vos oculis vidisse, me pallam et spinther abstulisse, peierabitis tamen — 1. *speculum tuum* imaginem tuam, quam verissime potest speculo reddi — 20. 21. *immo equidem meo, tuum tibi* etc. non negauerim, te Moscho patre esse prognatum, adcidisse enim potest, vt nostro vtriusque patri idem esset nomen — 24. pro *et patrem et matrem* cum nonnullis legendum puto *et patriam et patrem*, illam enim et hunc vterque nominauit, matrem vero hac tenus neuter. vid. v. 31. — 30. nominatiuus *lacte* pro *lac* legitur et Mil. 2. 2. 85. sororem germanam *tam similem quam lacte lacti.* Sed Amph. 2. 1. 54. est neque *lac* lacti magis est simili, quam ille ego est similis mei. Alias *ouorum* similitudo in prouerbio est — 50. *quippini?* hoc tibi dubium esse nequit — 58. *vestrum patri* vestrum vtriusque patri — 68. pro *renuntiatum est, te et patrem esse mortuum*, cum Pontano recipiendum putaui *de te* (sc. subrepto), *et patrem esse mortuum* (aegritudine). Si enim fama adtulisset, vtrumque, et patrem et Menaechmum, esse mortuum, qui potuisset Sosicles Menaechmum sextum iam annum 2. 1. 9. quaerere? Sed Syracusas nuntius rediit Prol. 37 sqq. puerum subreptum, patremque emortuum — 88. *meliore auspicio* adludit Messenio ad id, quod 5. 7. 40. ab eo Menaechmo, quem falso crediderat esse herum, liber iussus erat esse, a vero autem hero in seruitutem postea erat retractus — 93. *mihi vt praeconium detis* vt me in hac auctione praeconis munere sinatis fungi, quo me hominem liberum geram, quodque officium quaestuosum solebat esse — 94. *die septimi* pro: die septimo. vid. Most. 4. 1. 25. die crastini — 95 ad 98. statim Messenio praeconium facit — 99. spectatoribus dicit — *quinquagesies* explicant quinquagies centena millia sestertium, quod esset sane multum. Additum autem *vix* dicere videtur, capturum eum esse *parum.*

Digitized by Google

COMMENTARIVS
IN PLAVTI
MILITEM GLORIOSVM.

IN ACTVM I.

2. *olim* aduerbium non praeteriti solum, sed futuri etiam praesentisue esse temporis, notum est — *olim quum* quoties — *sudum est* sol luce fulget, quam potest clarissima — 3. *contra* me *conserta manu* acie hostium instructa — 4. pro *praestringat* Lambinus contendit legendum *praeslinguat* obcaecet. Sed non esse viderunt plerique, quod a lectione Mss. discedatur. Nonius: stricturae dicuntur proprie scintillae, quae de ferro feruenti exeunt, quod aut stricte emittantur, hoc est, celeriter, aut oculos suo fulgore praestringant. Asconius Ped. ad Ciceronis *praestringat aciem* rectius probat dici oculos praestringere, quam praestringuere etc. — 5. *mihi* vt saepe παρέλκει — machaeram vult *consolari* sanguine fundendo, ne etc. — 6 ad 8. adfectus humanos adcommodat gladio suo — 8. pro *fratrem* Salmasius vult *fratres* et explicat: hostes morte fratres et pares facere. Gronovio pro *gestit fratrem* placet *gestit offam* facere ex hostibus, vt Truc. 2. 7. 61. est *offatim concipilabo* et v. 65. *offatim conficiam*. Muretus, quem plerique hic sequuti sunt, emendauit: gestit *farctum* facere; alii *fractum*. Camerarius retinet *fratrem* liquido in codd. expressum, et explicat: gloriose militem nugari, ensem suam gestire: cruentari in hostibus, hostem habere *consanguineum*. Ingeniose quidem, sed quotumquemque spectatorum Plautus hanc mentem suam intellecturum poterat sperare? Mihi quidem militis ruditate dignissima, et recipienda videbatur lectio *farctum* — 9. satis fuisset *propter te*, quum vero huius *te* vim augeat parasitus: virum fortitudine, fortuna, forma, rebusque gestis ne ipsis quidem secundum diis, quam vanum laudisque nouerit militem esse insatiabilem, coniici facile potest — 13. 14. *quemne* explicant: *eumne Martem* etc. non video autem, qui Martem, vel ioci causa, dicere possit Neptuni nepotem. Explicare malim: saluus propter me is Artotrogus,

Digitized by Google

quem seruaui, quum fame confieeretur rabida. Namque, nomina, quae videntur propria, comice conficta sunt, *in campis Gurgustidoniis* quem inueni in misero aliquo gurgustio, *vbi imperator* eius *erat*, eum secum ducebat, *Bombomachides*, a bombus, fidicen aliquis tabernarius: in nomine *Cluniinstaridysarchides* iam prima vocum, e quibus compositum est, *clunis*, apta erat ad risum movendum; et ille fidicen erat *Neptuni nepos*, naufragus, seu, qui homo fuerat nauticus — 16 ad 18. adsentatione hac adlicere militem cupit ad gloriationem, quae eum a se perstringendo abstrahat — 18. Codd. et edd. vett. habent *peniculum tectorium*, cuius setis porcinis in parietibus dealbandis vsus est, qui vero, quod non facile a vento dissipantur setae, h. l. parum conuenit. Turnebus, quem omnes fere sequuti sunt, emendauit *paniculam tectoriam* lanosam comam arundinum, quibus domus villaticae solent integi — 20. post *dicam* Artotrogus auersus ad versum vsque 24. loquitur ad spectatores — 23. 24. *me sic habeto*, non miles, vt plerique explicant, sed, quicumque viderit hominem, gloriarum milite pleniorem, *ei ego me mancupio dabo epityro*, licet praeter *epityrum*, vile cibi genus cum caseo edendum. nihil apud eum edam, atque ita, lautiori cibo adsuetus, insane apud eum esuriam — 25. 26. *brachium* adludit ad proboscidem elephanti. Per *elephantum* notari putatur miles. Quod miles v. 27. fatetur, se indiligentem in ea pugna fuisse, parasitus obscure videtur significare, eum, quum alium vellet caedere, ipsum sibi brachium paene perfregisse — 31. *Nolo istaec hic nunc* Miles ab illa pugna, cuius eum pudet, transire vult ad narrandam aliam, Artotrogus autem interpellat eum. *ne hercle* etc. — 33. 34. parasitus ad spectatores: vt famem apud militem expleam, *auribus* haec et istiusmodi alia *peraudienda* centies audienda *sunt*, *dentes ne dentiant* ne genuini crepent. Virg. Catalect. 5. v. 36. — 35. *mentibitur* vt infra 2. 2. 99. pro: mentietur — 36. 37. Gnatho Terentianus Eun. 2. 2. 20 sqq. rationem sequi se dicit hancce: "quidquid dicunt, laudo; id rursum si negant, laudo hoc quoque; negat quis? nego; ait? aio; postremo imperaui egomet mihi, omnia adsentari." Quanto superat eum Artotrogus? hic, priusquam rex loquitur, iam scit, meminit, et adsentit esse verum! — 38. *habesne tabellas* in quibus omnes res a me gestae adnotatae sint? — *vis rogare?* Boxhorn. explicat: vis militem conscribere? for-

Digitized by Google

ſan dicit: fac periculum. *habeo et ſtilum*, quo facta tua adnotaui — 41. *vt praeuolet mihi* animus, *quo tu velis* — 43. *Sycolatronidae*, nomen comicae fictum, ad formam Sycophantae. Forſan intellegi vult Athenienſes — 46. qui ſingulatim enumerati non plures erant, quam, ſi centum et quinquaginta iungas, 340, quodſi vero iungas quinquaginta cum ſequenti centum, 5190, eos ſummatim eſſe dicit ſeptem millia. Ineſt vero in ea numerorum conlectione et adſentatoris inpudentis, et militis deſcriptio turpiter inſcii — 48. *at nullos habeo ſcriptos* nec Cilicum, nec Macedonum quot ceciderint, literis conſignaui — 49. *offa* coena tua *me monet* — 52 ad 54 peditatum hoſtium ad internecionem deleuiſti. Quingenti, prope vno ictu caeſi, reliquiae totius peditatus erant, *ſi viuerent* ergo poſtea abs te pluribus ictibus obciſi ſunt — 59. *here* pro *heri* — 60. *reprehenderunt* retinuerunt ſciſcitaturae — 74. *latrones*. Feſtus: antiqui latrones dicebant, qui conducti militabant. Deriuant a λατρεύειν ſeu λάτρον mercedem: alii, quod *lateri* regis adſiſtant, quaſi *laterones* — *ibus* vt ſaepius, pro *iis*.

IN ACTVS II. SCENAM I.

3. *exſurgat* abeatque *foras* — 4. vt locus ſedendi detur ſtanti, *qui auſcultare* non garrire vult — 5. *feſtiuo loco* vni deſtinato mentis noſtrae hilaritati, non aliis rebus agendis — 8. Ἀλαζών, oſtentator, cui apud Ariſtotelem obponitur εἴρων, qualis apud Graecos habebatur Socrates — 10. *herus meus* praeſens *inde* Epheſius *eſt*. Alii: *idem* ille *miles eſt*, *qui* etc. Edd. vett. nec *inde* nec *idem* habent, ſed *miles meus eſt herus qui* — 12. *ſtercoreus* putidus, qualis Bacch. 5. 2. 44. Philoxenus — 15. *labiis ductant eum* quod Gellius dicit: labiorum ductu inrident — 16. *maiorem partem* pleraeque meretrices; Gronovius intelligit *temporis*, quoties fere eum conſpiciunt. Poen. quidem 1. 3. 4. *maiorem partem* eſt: ſemper fere — *valgis ſauiis* labris diſtortis — 22. *matre Athenis* cuius mater ciuis erat attica. Pro *matre* lectio reperitur *aeque*, quod eſſet: indidem Athenis oriundam. — *Athenis attieis* nouem numerantur vrbes, *Athenae* nominatae, praeter atticas quippe in Laconica, Caria, Liguria, Italia, Acarnania, Boeotia, Ponto Euxino, Arabia ſitae, quarum ciues mox Athenaei vocabantur, mox Athenaeopolitae, etc. — 23. *qui eſt amor cultu optimus*, pro *cultu* quidem

Digitized by Google

malunt *multo*. De simili amore mutuo Ciſtell. 1. 3. 45. qui eſt amor ſuauiſſimus. Bion: καλὸν δὲ τ' ἐρασσαμένῳ συνεμβῆσθαι — 24. *Naupactus* Aetoliae vrbs — 28. *matri ſubpalpari* fauorem eius ſibi conciliare — 32. *ſublinit ὁς illi lenae* decipit eam, fucum ei facit. Sic et infra v. 75. vid. Aul. 4. 6. 2. Capt. 3. 4. 123 etc. — 34. In MSS. eſt *contegit* aut *contigit*, in vulg. *compegit*. Camerarius coniecit *coniicit*. Faciendum autem putaui, vt *compegit* reciperem, quod et vim a milite adhibitam, et nauis anguſtias moleſtiasque exprimit. Sic Amph. 1. 1. 3. ſi Tresuiri me *in carcerem compegerint*, Rud. 4. 4. 103. quae parentes *in* tam *anguſtum* tuos *locum compegeris* — 36. pro: quantum *viuus* poſſum, ex edd. vett. reſtituendum putaui *vnus*, hero abſente, et alio me adiuuante nullo — 38. *inſcendo* abſolute, pro: nauem conſcendo — 39. *id quod volunt* praedones. Sed Lipſius malebat legi *id quod di volunt*, ſic enim Latinos in rebus ſubitis ſolere loqui: quod deos ita voluiſſe adparet — 41. *ille, qui me* τὸ *me* in MSS. et edd. vett. non eſt, poſteriores demum inmiſerunt — 60. *machinas* artes, v. 69. vocat eas *facetas fabricas* et *doctos dolos* — 61. *facerem conuenas* vt amantes poſſent conuenire. Non opus eſt, explicare, vt multi docte fecerunt, ad quid conuenirent — 63. *eapſe* ea ipſa — 64. *parietem* domui communem vtrique — *ſene* hoſpite heri mei prioris — 67. *conſeruus* Sceledrus — 70. *glaucoma* vitium oculorum, quod Celſus *ſubfuſionem* vocat, Graeci ὑπόχυσιν. h. l. *glaucomam* (vſitatius *glaucoma*) obiiciemus oculis, fraude aliqua eum fallemus — *eum ita faciemus* ludificabimur — 72. *duarum hodie vicem feret* Sceledro praeſente in aedibus militis *Philocomaſium* erit, in aedibus autem vicini *Glycere* — 76. *foris concrepuit* in Graecia omnium aedium fores aperiebantur, non introrſum trahendo, ſed in viam pellendo, quare exituri praetereuntes, aut ante ianuam adſtantes, fores percutiendo, aut alio quo crepitu ſolebant monere.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *quemque* quemcumque — 2. *faciam latera lorea* virgis ita lacerabo, vt corium veſtrum virgis in lora videar ſcindere — 7. *ſimiam* cur nominet, docet v. 23. — 9. 10. *fraudem facere legi* eſt: in legem peccare — adludere videtur Plautus ad *legem* aliquam *talariam* i. e. talorum ludum vetantem. Ambiguitate autem vocis *talus* vtitur,

Digitized by Google

v. 1. iubet *defringere talos* i. e. crura, quibus autem crura aut tali pedum fracti sunt, ii quidem *sine talis* v. 10. conviuia agitantes, legi satis facient — 11. sic, quibus seruilis indoles est, iis aliena mala cordi non sunt — 14. e scripto *eitne aduersum* et *eit quasi*, seu e vitiose scripto *etne* et *et* Gruterus ortum indicat *esne aduers.* et *est quasi*. — Voces *conlaturus pedem* codd. ignorant, a Lambino, vt *τῷ est* subpetias ferret, adiectas — 21. voces *in tegulis* nec in Mss., nec in edd. vett. habentur: in Aldi officina natae — 25. *hiccine* in tuis aedibus — 26. *huc* in domum militis — *se*, vt apud Plautum saepius, pro *eam* — 27. *familiares* serui militis. Teste Grutero Mss. habent *videat familiaris*, qui esset vnus Sceledrus — 28. *crucibus contubernales dari* suspendi. Aul. 1. 1. 20. ego te dedam *discipulam cruci* — 29. *dixi* iam *ego istuc* vt transeat in domum militis; hunc esse sensum e versu 40. adparet *si erit hic* si eam adhuc in aedibus meis reperero — 30. *obtineat colorem* non mutet eum, nec pallescat, nec erubescat — 31. *vt eum vero vincat* persuadeat ei, verissimum esse, *vt ne viderit* quum viderit, se non fuisse, sed aliam — 33. *Os habet* etc. Philocomasium, non, vt quidam volunt, Sceledrus. Meretrix autem describitur omnibus iis artibus instructissima, quae ad fallendum valeant — 38. 39. non est opus, vt multis instituatur verbis, ad partes suas callide agendas, si dixerimus modo, quae mens nostra sit, ipsa satis astutiae habet, vt, quid faciendum sibi sit, reperiat. Sic apud Terentium de Phormione Geta: vix dum dimidium dixeram, intellexerat. Phorm. 4. 2. 4. — 44. *id visum, vt ne visum siet* vt incertus fiat, verene viderit id, quod oculis suis vidit — 45. *quaere* igitur dolum contra Sceledrum. Post *huc*, pon. semicolon, *interim*, quamdiu absceſſero *illuc sis vide* tota mens tua defixa sit, in dolo, quo opus est, excogitando. — Saepe Comici meditabundos, quae mente volutant, secum loquendo cum spectatoribus faciunt communicantes, Palaestrio autem ne muttit quidem; sed e statu vultuque et gestibus eius, quae cum corde suo volutet, quam longe certe aut quam prope a consilio reperto absit, senex conligit, atque a versu 46 ad 60. secum loquendo edisserit — 46. plerique habent *abstitit*, quod explicant: receſſit. Acidalius, quod non Palaestrio, sed senex receſſerat, mauult *adstitit*, quod recepi, et explico: hem! intuemini hominem, vt adstat — *seuera fronte curas cogitans* i. q. Ter. Andr. 5. 2. 16. tristis seueritas inest

Digitized by Google

in vultu — 47. *pectus digitis pultat* quod anxii forsan est; senex iocose explicat — 48 ad 50. Arithmetici manum adhibebant subputationibus, quod fiebat aut apertis et porrectis, aut constrictis et complicatis digitis. Citari solet hic locus Bedae: "Veteres, quum X millia significabant, medio pectori laeuam supinam admouebant, digitis ad collum erectis; quum XX millia, eamdem expansam pectori adponebant; quum XXX millia, eadem manu prona, et tamen erecta, pollicem ad cartilaginem medii pectoris adfigebant; quum XL millia, eamdem in vmbilico erectam supinabant; quum L millia, eiusdem pronae et erectae pollicem vmbilico adplicabant: quum LXX millia, eamdem supinam femori item laeuo inponebant; quum LXXX millia, eamdem pronam femori admouebant etc." — 50. pro vulg. *tactu* libri quidam habent *facto*, quod Salmas. Acidal. que valde probant; *aegre subpetit quo* vehementer facto opus est: quare per iram aut desperationem femur ferit — 51. pro *crebro* quidam *cerebro* — 52. *eccere* vid. Trin. 2. 2. 105. — 54. *aedificat* brachium instar columnae mento subponit suo — 56. *poetae barbaro* latino, h. l. Naevio, cui, quod in commentando manum solebat mento subfulcire, os iocose tribuebatur columnatum — 57. *canis*, vinculi genus, vocari solebat *custos*. Naevium autem, ob maledicentiam, in vinculis triumuiralibus fuisse constat, postea vero, quum, Hariolo et Leonte, nouis fabulis, petulantias dictorum diluisset, per tribunos plebis liberatum — 58. *euscheme* εὐσχήμως, decore. Trin. 3. 1. 24. — *dulice* δουλικῶς, vt seruum decet — 60. *habet* consilium, quod ei placet — 61. *varius virgis* cruentus. Epid. 1. 1. 15 sq. — 62. *feriatus* otiosus *ne sis*. In vulgatis est *aneuritatus* ἀνευρίτατος non repertus, sc. domi ab hero, ideoque virgis varius, seu; ne animo peregrineris. Quod vero in codd. nonnullis legitur *anheriatus*, voluerunt quidam *cantheriatus*, ne cantheriorum more Men. 2. 3. 44. stans dormias — 63. *lucet*, iocose: dies iam est, expergiscere — 65. *propere hoc* consilium tuum adcurandum est — 67. pro *curre* Camerarius coniecit *coge;* pro *perduelles* Boxhorn. *perdue illos*. Plerique nihil mutant, sed *in obsidium* explicant *vt obsideas* — 71. *calidum consilium* audax. Epid. 2. 2. 71. — 73. *incipissis* Capt. 3. 3. 17. — 74. *recipere hoc ad te dicis* promittere, tuo te periculo conaturum hoc — 79. *iuxta mecum* aeque ac ego — *salua sumes indidem* recte ac tuto apud me deposueris — 80. *herus elephanti.*

Digitized by Google

Non comparat herum cum natura elephanti, belluae acutiſſimae, ſed eum prae ſe ferre dicit ſpeciem magnitudinis viriumque tantarum, quantae ſint inter belluas elephantorum, ſed meram eſſe hanc ſpeciem alienam, non ſuam — 95. *quam lacte lacti* Men. 5. 9. 30. — 97. *operae non eſt* non eſt vacua. Sic infra 3. 2. 6. non operae eſt Sceledro. Truc. 4. 4. 30. operae vbi mihi erit, ad te venero — 99. quae *mentibitur*, alii *mentibimur*, mentiemur — 100. *iſti* iſtic — 110. *tacere noſtrorum ſolus ſcio.* Illud *noſtrorum* debetur Camerario, in MSS. erat *nequeo*, et in primitus cuſis *tacere ſolus ſcio* ſine alia voce media — 111. *ad eum vineas pluteosque agam.* Allegoria a re militari: omnibus perſuaſum ibo, permutaſſe Sceledrum ſorores inter ſe ſimillimas.

IN ACTVS II. SCENAM III.

2. *hic proxumae viciniae.* Genitiuum *viciniae* non tam vt *domi* et genitiuos nominum vrbium ſing. 1 et 2 decl., ſed potius aduerbialiter vſurpari, docet Ter. Andr. 1. 1. 43: commigrauit *huc* viciniae — 8. *in cruciatum inſiliamus* explicant: adſcendamus; non vero vereri poterat, ne omnes ſeruos ſuos cruci herus adfigeret, ſed tantum, vt grauiſſimas negligentiae in cuſtodienda puella poenas omnes eſſent daturi — 9. ab *inſiliamus*, quo verbo Sceledrus erat vſus, nunc *inſulturam* et *deſulturam* comice fingit, quam vtramque conſeruo relinquit ſoli. Videtur nonnullis adludere ad *deſultores*, qui, duobus absque ephippiis equis vtentes, mira celeritate ex vno inſiliebant in alterum — 11. *tute ſcis ſolite tibi.* Contractione priſca *ſcis* putatur pro *ſcias* poſitum. Explicandum certe eſt *ſcias* — *ſolite* explicatur *ſoli;* mallem: vt ſoles ſcire, quae inpudica domi noſtrae naſcuntur, qui cuſtos Philocomaſii conſtitutus es — 12. *ne dixis* pro: dixeris. Palaeſtrio cogitabat idem, quod apud Terentium Hec. 1. 2. 35. Philotis: quaſi tu non multo malis narrare, quam ego ſcire! Vide ſcenae ſuperioris v. 107 ſqq. quare vetando narrare eius narrandi cupiditatem magis incendit — 13. 14. ambiguitas eſt in verbo *ſectari;* v. 13. *ſum ſectatus* eſt: aufugientem ſequutus, vt ſectari dicimus leporem, aprum, v. 14. autem *ſectatus es* adſecla, adſectator fuiſti, ergo te oportet eſſe hominem nihili, qui beſtiam nequam ſectatus es — 17. *cum altero* pro *alio.* Sic Truc. 1. 2. 58. qui *alterum* incuſat — 22. *haud tollas fabulam* ne efferas eam in

Digitized by Google

vulgus — 23. *fraudem capitalem* poenam maximam — 32. *eadem* opera, te dum exspecto, simul *insidias dabo* Philocomasio. Cas. 2. 7. 13. deprehendam eam domum redeuntem — 34. sicut *iunicem* iuuenculam *a pabulo* furtiuo amore suo *ad stabulum* in aedes militis, cuius in potestate est — 34. custodem me illi *tradidit* quidam legunt *addidit*, quod vsitatius quidem, at eam ipsam ob causam suspectum est — 39. *has aedes* quidam intelligunt: *suas* militis, rectius alii *vicinas*, quod in iis flagitium erat commissum — *sustollat* diruat. qui potuerint quidam de aedibus in crucem agendis cogitare, non intelligo. Sceledrus autem, quae miles solebat gloriari, omnia videtur credidisse — *atque hinc in crucem* pro *hinc* quidam, rectius forsan, *hunc*, quod δεικτικῶς intelligunt: *me in crucem sustollet* — 41. *venditat*. Turneb. prostituere cupit — 41. *interminat* interminatur: minaci voce me inclamat — 44. *effodiri* pro *effodi* — 45. *nuce vitiosa* cassa. Petronius vocat: inanem, et sine medulla *vitiosam*. — 50. Quod Palaestrio Sceledrum oculos v. 44. effodere iusserat, hoc illum facere dicit idem et v. 51. *luscitiosum* vocat, paene caecum. Antea vero, quam hoc aperte dicat, miratur eum *lolio* vesci, de quo Ovid. Fast. 1. 691. careant *loliis oculos vitiantibus* aegri — 53. Scel. *ludis* inludis *me*, vt ei *me* sit adcusatiuus. Palmer. autem *me* sumit pro ablatiuo: *me* tamquam pila — 61. *in his* vicini *aedibus* — 69. *solarium* locus, vbi solebant apricari — 73. *pedes*. Alii volunt *pede*, alii *pedibus*, alii *per aedes*. Iungere ausus sum: *transeat pedes*, quibus vocibus quum Sceledrus interiecisset *consilium est ita facere*, pergit Pal *ego iam* etc. — 79. *circiter triennium*. recte quidem dicunt: nec argumentum fabulae, nec narrationem Palaestrionis velle, eum tam diu fuisse seruum militis; forsan autem *illic noster est* non est: Palaestrio noster familiaris est, sed: miles meus ceterorumque, praeter Palaestrionem, herus est.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

2. Mss. a prima manu habent: *cedo, vel dice me docebo* quod emendatum a nescio quo ita est, vt Gronovius cum plerisque recepit: *cedo vel doctas, docebo*. Pareus: *cedo! vel doctam edocebo;* nec defuere, quibus placeret: *cedo vel decem docebo*. Ad ductum scripturae veteris proxime videtur adcedere: *cedo vel decem, edo-*

Digitized by Google

cebo quod igitur recipere non dubitaui. Dicit mulier, non esse, cur metuat Palaestrio, vt satis ipsa subdola sit — 3. *memini* obseruaui *malas, vt sint malae* qualibus fallere soleant artibus, *e quo* quod obseruando perspexi — *solae* pro *soli* — *mihi solae e quo superfit* vnde confido, me omnes alias fallendi arte esse superaturam — 6. *istoc exemplo* vt hic adstas. Lipsius putat: manibus ante te proiectis et leniter diductis, vt adprehensuri aliquem stant; Dousa vero: manibus post tergum complicatis — *extra portam* If. Casaubonus explicat χαρώνειαν θύραν, qua Athenis, aliisque in vrbibus graecis, damnati ad supplicium educebantur; alii romanam *portam Metiam* seu *Esquilinam*, extra quam supplicia sumebantur — 7. *dispessis manibus* quum manus tuae in patibulo dispendentur — 8. *quis* femininie *illaec mulier* vid. Epid. 4. 1. 6. — 12. Sceledri post *tibi* interrogationis signum posui. Nam primo negare vult, se Palaestrioni id dixisse — 15. *carebis* oculis istis stultissimis — 18. *fabulem* fabuler — 19. *crucem sepulcrum* me in cruce esse periturum, et 20. *sunt sibi* perierunt — 21. *hisce oculi*, pro *hice*. Sic sc. 6. v. 6. *hisce homines* — *fodiri* supra sc. 3. v. 44. — 21. sensus: non potes minis tuis efficere, vt, quod vidi, non viderim — 26. *clatrata* clatris munita. *clatri* autem virgae sunt, ligneae ferreaeue, quibus feneſtrae vallantur — 27. *ecastor ergo mihi* etc. nimium cupio, vt *ergo*, quae hic vidisse vult, indicent mihi, reapse euenisse, quod hac nocte somniaui — 33. *Palaestrionis somnium narratur!* Haec verba a plerisque tribuuntur Sceledro. quis est vero, cui Sceledrus adeo perspicax possit videri, aut quae indagari possunt vestigia, paululum quidem subolere ei, obcultam esse inter Palaestrionem Philocomasiumque consprirationem. Adtonito potius animo inhians adstitisse homo stupidus credendus est. Palaestrionis ad spectatores verba sunt, docentis, hanc machinam labefactandi Sceledri esse, de qua inter se et puellam conuenerit — 37. *quasi nunc est* id quod nunc vigilanti mihi adcidit — 38. *suumpte* suum ipsius — 41. *omnia praesentia* euentus docet, somnium tuum non fuisse vanum — *comprecare* mola salsa et thure deprecare somnium, ac pacem veniamque a love prodigiali diisque auerruncis, i.e. malorum depulsoribus, exambi — 44. *dorsus* (vsitatius dorsum) *prurit* v. Amph. 1. 1. 139. Bacch. 5. 2. 75. — 45. *domi certo* Philocomasium est.

Digitized by Google

IN ACTVS II. SCENAM V.

1. Vicinis ex aedibus prodit Philocomasium, vt fictae sororis geminae Glyceres personam sustineat, ancillaeque dicit; *inde* inpone *ignem in aram*, vt, mari seruata, Dianae Ephesiae vota soluam — 2. *arabico odore fumificem* thus incendam — 3. *neptunia loca* Virg. Aen. 8. 69. neptunia arua. Cic. Arat. 129. neptunia prata: mare. *templa turbulenta* mare ventis turbidum. Festus: locus, qui ab omni parte adspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui *templum* nominabant — 12. *immo edepol tute tecum* loqueris, qui Philocomasium adloqueris absentem — 19. *ne nosmet perdiderimus vspiam* ne desierimus esse, qui fuimus. cf. Amph. 1. 1. 300 sqq. vbi ego perii? vbi inmutatus sum? vbi ego formam perdidi? — 21. *nos nostri* nostrae adhuc familiae *simus*, *an alieni* in alienum corpus seruitiumque transmigrauerimus — 25. *nomine perplexo* falso, quod prodit, vos me putare aliam esse, ac sum — 35. *mihi crepabunt manus*, *malae tibi* colaphos tibi infringam — 40. *ostium hoc θυρικῶς*, iis in aedibus, quarum tibi ostium ostendo, Ephesi hospitium mihi est. Alii *hostium* pro *ostium* legunt et explicant *inter peregrinos*, quod *hostis* antiquitus vocatus sit, qui postea peregrinus — 41. *herus* vid. Ter. 6. v. 10. — *istam domum* quo me rapere conaris — 43. *lege agito* ambula in ius, in ius me voca — 56. *vt* Philocomasium *vtrobique* seu suam Philocomasii, seu Glyceres personam sustineret *orationem docte edidit* vtrasque partes ita egit, vt nihil posset esse supra — 57. *sublinitur os custodi* decipitur. vid. Capt. 3. 4. 123. — 58. *quod commeatus transtinet trans parietem* quod paries peruius factus est, quod liber per parietem datus est transitus.

IN ACTVS II. SCENAM VI.

1. *Satin' abiit ille* pro *satin* alii voluerunt *itan'*, sed et MSS. et crebrior Plauti vsus hoc *satin* defendunt. vid. Most. 1. 1. 73. Epid. 5. 2. 1. etc. — 2. *seruitute seruire* vt 3. 1. 34. vita viuere — 5. *obseruationi operam dare* diligenter obseruare, ne Philocomasium exire me inscio possit — 6. *hisce homines* pro hice, vt supra 2. 4. 21. *hisce oculi* Rud. 2. 1. 5. *hisce hami*. — 10. Quaeritur, qui Philocomasium Sc. 5. v. 41. de *hero* suo possit esse loquuta, quum senex eam hic *ingenuam* et *liberam* vocet? Sed senex hic non de Philocomasio videri vult loqui, sed de

Digitized by Google

Glycere, et, si hoc repugnantiam non tollat, quod soro-res fuisse dicuntur Philoc. et Glyc., at senex tamen in-genuam vocasse eam videtur, non, quia ingenua erat, sed, vt Sceledrum eo magis terreret — 19. *latrocinamini* quia milites estis — 21. *licetne* pauca pro me dicere? — v. 24 sqq. senex summam iracundiam bene simulat — 24. *imbrex* incuruum genus tegularum — 25. *te condignam* simiam, qua ipse non es melior. cf. 2. 3. 24. — 29. in-similare ausus es *me summi flagitii*, hoc, qua ratione in-similatus sibi videatur, explicat infra v. 75 ad 77. — 31. nisi stimulis perforere — 32. 33. nisi herus tuus satis fecerit mihi te plectendo, ipsum infamia adspergam quam tur-pissima, tot eum ignominiis concidam, quot ventis sae-vientibus in mari fluctus sunt — 34. *coactus* in angustiam redactus — 37. *nisi* pro *nisi si*. *nisi* hoc vnum scio, *si istaec*, quam osculantem vidi, *non est haec* quam putaui, herilis concubina, *neque ista sit mihi* nec ego pugnabo, eam esse — 38 ad 40. sed mihi tamen concedes, si non est eadem, at eius tamen adeo esse similem, vt interno-sci ab ea vix vllo modo possit — 41. *placide noscita*, caue, dictis factisue iniurius in eam sis. — Vers. 42 post *certum est* Sceledrus in aedes intrat senis, qui reditum eius in via praestolatur; ad versum 45 Philocomasio loquitur, militis in aedibus inclusae, et v. 46. 47. secum loquitur. Qui potuit senex ista Philocomasio loqui? De omni re conuenisse iam antea inter senem puellamque arbitror, eamque post fenestras ita, vt cerni non posset, obser-uasse in via conloquentes, quumque intraret seruus, senem signo aliquo dixisse mulieri, quod hic verbis expressum est, seruos autem senis iussos antea fuisse arbitror, Sceledrum paullisper retardare, quo tempus mulieri subpeteret ad transeundum ex vna domo in alteram — 43. 45. *curri-culo* quam celerrime potes — 46. *ne quid* eorum, quae praemonstrata sunt, *infuscauerit* turbauerit. vid. Cist. 1. 1. 21. — 55. *intus domum* pro: in domo. Sic Liv. 27. 11. intus cellam — 60. obsecro te *per stultitiam meam* quod non malitiose feci, sed errore deceptus vix euitando — 61. *per tua genua*. In Mss. literae *gea* reperiuntur, cum nota defectus; edd. habent *per tuam gratiam*, Camera-rius autem, nisi emendauit, mutauit certe *per tua genua* — 72. *despexe* despexisse — 80. quod Plautus de seruo, idem Pericles de iudice dixit: praetorem decet, non solum manus, sed etiam oculos habere abstinentes — 83. *mutti-*

Digitized by Google

verò Charisius: *mu* canum est, vnde dicuntur *muttire*, sicut γρῦ porcorum, vnde grunnire. Vt vero canum *mu* praeuium est claro latratui, sic qui susurrant homines dicuntur *muttire* — 84. *dato* tortoribus *egomet dedam me tibi* me non recusante — 89. 90. *etiam illud, quod scies, nescieueris, ne videris, quod videris.* non vult senex, militem omni ea de re fieri certiorem, Sceledrumue conseruis quidquam de ea narrare. Ter. Eun. 4. 4. 64. tu pol, si sapis, quod scis, nescis — 92. *ne me noueris* ne, si me nosse dicas, ad narrandum hoc negotium imprudenter deferare — 97. *me habent venalem* securum reddere vult, vt eo certius me in potestate sua habeant — 98. *nassa.* Festus: est piscatorii vasis genus, quo, quum intrauit piscis, exire non potest — 100. Ter. Adelph. 5. 6. 10. *dum hae filescunt turbae* — 101. post *leniunt* posui signum interrogandi, nam 99. *aufugiam* non futurum, sed, vt ex versu 102 adparet, consultantis est — *τὸ iam* interposuit Gruterus — 104 ad 7. Ambiguitas est in verbo *sapere* — 104. sus viua nihil sapit, neutro verbi sensu, *obcisa* autem sapore iucundo est, *plus multo* prae multis aliis carnibus. — 105. Sic Sceledrus suam in rem sapit, *quum inducatur, ne id, quod vidit, viderit* — 106. 107. qui obcisus est, *nam illius oculi atque aures, atque opinio transfugere ad nos* vidisse, audisse se opinatur, quae nos volumus. Scioppium sequutus pro *manducatur* posui *inducatur* — 111. *senatus haberi* de Philocomasio liberanda — 112. pro *illis sortito fuam* Lipsium sequutus, antiquis libris et iudicio vsum, posui *mulctae fortuito fuam.* locatur enim senex: *ibo intro* in hunc senatum, ne forte absenti mulcta inponatur. Apud Romanos quidem senatori, qui abesset, mulcta interdum dicebatur, et Consul ius habebat pigneris capiendi.

IN ACTVS III. SCENAM I.

3. Scripti et antiqui editi habent *concilium*, quare nolim Camerarium sequi, mutantem *concilio*, sed intelligendum est: *ne vspiam insidiae fiant* concilio, *quod concilium* etc. — 4. 5. allegoria a re militari. Acidalius alterutrum versum spurium esse putat. haud multum certe differunt, 4. ne consiliis nostris contra nos armetur, 5. si, quae consultauerimus, sublegerit — 9. *cate locus* Palmerius posuit pro *catalogo* quod MSS. et ant. edd. habent, Salmasius mauult *κατὰ λόγον* — 14. *auritae plagae*, aures.

Digitized by Google

Vt plagis venator feras, sic auribus inimicus consilia tua excipere conatur — 15. *sterilis prospectus* vbi nulli adpareant ambulantes — 17. *in bonis* inter bonos — 18. eodem ne *consilio* — 19. *si* num; post *rem* signum interrogandi — 25. *te* tibi *decora*, te digna — 26. *ex opibus summis* quantum potes — 32. quidni pudeat me *hanccine aetatem* te, qui hac aetate es — 33. *Acheruntico* Merc. 2. 2. 19. Acheruntico senex, vetus, decrepitus — 34. *cadaueris* quem sepulcri oporteat esse memorem — 37. *si albus capillus* etc. apud Cic. de Sen. Cato: corpore (quis) senex esse poterit, animo numquam erit — 38. *amussitatas* festus: ad amussim facta; Nonius: examinata — *ingenua indoles* a natura insita animi vis — 40. amicum inuenem non possem promtiorem reperire, ad me in iis, quae iuuentus secum fert, adiuuandum — 43. *vt* vbi *apud me exemplum experiundi habes* a te ipso coniecturam facere possis, *ne petas foris* exempla, quam benignus, cui ipse amat, erga amantes esse possit — 45 ad 53. in eo senescentis et corpore vim viuidam, et animo mores superesse laudat commodos — 49. *Incommoditas* ἀηδία, si cuis contrarium sequitur eorum, quae apud Ter. Andr. 1. 3. 5 sqq. in Pamphilo laudantur: cum quibus erat cumque vna, iis se dedere, eorum obsequi studiis, aduersus omini etc. — 50. 51. Cic. de Off. 1. sit sermo lenis mimeque pertinax, insit in eo lepos, nec vero, tamquam possessionem suam venerit, excludat alios, sed, quum liquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudem non iniquam putet — 52. τὸ *minime* etiam ad *screar* pertinet — *mucidus* vid. Epid. 3. 4. 58. — 53. *Ephesi m natus* in ciuitate elegantiis facetiisque dedita, non *Apulis Vmbrisue* rusticis crapulaeque deditis — 54. *secem* pro vsitato *senem*; alii legunt *semisenem*. Sunt im, qui *senicem* compositum putent e *se* semis et *nox*, nd Pomponium est etiam *senica* — 55. *in nutricatu enerio* a Venere ipsa nutritum — 58. *subigito* proterus adtrecto — 59. *pulpamentum* cibum lautiorem. vid. ich. 5. 4. 31. — 61. *sermonem segrego* subduco me de culo — 64. *aurichalco contra* aurichalco aequi pondris pretiosiores iudicabo. vid. Epid. 3. 3. 30. — 69. 70. em me tibi polliceor in iudiciis defensorem, eumdemue in conuiuiis sodalem suauissimum — 71. *liquidiuscus* lenior — 79. *sumas* insumas, impendas in inimin — 82. *dum virtute* beneficio. Sic Most. 1. 3. 17.

Digitized by Google

virtute formae formae debes. Nonius *virt.* explicat *auxilium.* — Vox *hoſpitio* putatur gloſſa verbi *adcipere* — 83. *animo obſequere* indulge genio — *onera te hilaritudine.* Sic Stich. nos oneremus voluptatibus. Capt. 4. 1. 7. hic me dies onerauit amoenitate — 84. *liberae ſunt aedes,* a me vno pendet, quid in iis agatur, *liber ſum autem ego,* ipſe autem non ad alius cuiusquam, ſed ad meum vnius arbitrium viuo, *volo* alios *me* amicitia, conſuetudine mea *vti libere,* ita vti, vt me hominem eſſe meminerint liberum — 86. *dotatam, genere ſummo* ditem nobilemque — 87. *oblatratricem* vt alieno more viuendum mihi ſit — 91. *ſi ea deducta eſt vsquam gentium* ſi vlla vsquam bona vxor poteſt reperiri, i. e. quae bonae vocari merentur, vxores ſunt pauciſſimae — 92 ad 95. *verum egone eam* eiusmodi vxorem ducam, quae nulla mei cura bonam ſe probet? — 96 ad 106 mulieres dotatas ſic fere deſcribit, vt Aſin. 3. ſc. 5. Megadorus, ſumtuoſas procaciſſimasque — 97. *Calendis* Martiis, quibus, primo anni die, Iunoni ſacro, huic matronae ſacrificabant, vt annum iis iuberet eſſe felicem, et munera ſibi inuicem ſuisque miſſitabant: da vnde matri (nutrici Men. Prol. 19. omnes enim poſthac nominati non ſunt conſanguinei, ſed quorum opera vtitur) ſtrenam mittam, ei iucundam — 98 *qui farciat, qui condiat* ſartori, coquo — *quinquatribus* diebus Minervae feſtis — 99. *praecantatrici*, quae profiteatur, ſe carminibus mala ab hominibus amoliri poſſe — *coniectrici* quae interpretetur ſomnia — *hariolae* fatidicae — *haruſpicae* quae exta, fulgura etc. conſulat — 100 *ſpicit* pro *ſpexit* a ſpecio. *quo ſupercilio ſpicit* quam tetrico minacique vultu me adſpicit — 101. *piatrix* Taubmann.: ὀνομαστήριx, quae die infantis luſtrico, quo nomen ei indebatur, luſtrandi partes agebat. Feſtus: piatrix dicebatur ſacerdos, quae expiare erat ſolita, quam saga et ſimpulatricem vocant — 103. *geraria* quae pueros gerit, vlnis ſuis geſtitat — 110. *generi monimentum et ſibi* στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες — 118. *ad ducunt ad exta* ſacrificiorum, quibus adhibebantur modo cariſſimi, conuiuiis poſt rem ſacram celebrari ſolitis — 120. *ego haec mecum muſſito* facile intelligo, mihi perſuadeo — 122. *nimis bona* optima *ratione* facis tu, *nimium multum* plurimum *ad te et tua tu vides* tibi rebusque tuis proſpicis. Alii: nimisque aperta (ratione) multum vides — 124. *liberis* ex liberis. Ter. Adelp

Digitized by Google

dram. secund. Prol. v. 13. *duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi! nati filii, alia cura!* — 125. *censerem emori* de vita eorum metuerem. alii: infortunium eorum aeque male me haberet, ac si ipse obirem — ad 125. 126. cf. Ter. Ad. 1. 1. 10 sqq. ego, quia non rediit filius, quae cogito! et quibus nunc sollicitor rebus! ne aut ille alserit, aut vspiam ceciderit, aut praefregerit aliquid! — 127. 128. in Mss. non sunt, Plautinum tamen salem sapiunt. Bern. Sarracenus eruisse se eos prae se ferebat ex vetere codice, vnde Camerarius eos in textum recepit, primis modo vocalis *fin ea* mutatis in *tum ne vxor*. Festus versus habet, quos e deperdita Plauti fabula, *Scytha Liturgus* inscripta, hausisse putabatur, ipse vero e Grammatico aliquo depromtos a se esse fatetur — 127. *insignitos* aliquo vitio notatos — 128. *varus στρεβλόπους* distortis cruribus — *valgus βλαισὸς* qui diuersas habet suras et talos vitiosos, cuiusmodi est cancrorum et lacertarum incessus. Petronius ait *crura in orbem pandere* qui crura, velut in orbem extrorsum sinuata, infra coeuntibus talis habent. De valgo Martialis 2. 35. 2. Quum sint crura tibi, similent quae cornua lunae, in rhytio poteras, Phoebe, lauare pedes — *compernes*. Nonius: qui sunt longis pedibus; Festus: qui sunt genibus plus iusto coniunctis. Graeci vocant *γονυκρότους* — *paetus* cuius oculorum vitium minus, quam strabonum, est: qui oculis est leniter declinatis, cuius oculi huc atque illuc celeriter voluuntur — *broncus* seu *broechus*, cui prominent labra et dentes. Gloss. *brocchus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκώς*. Mart. 1. 4. 6. et pueri nasum Rhinocerotis habent — 131 sqq. non adprobat Pleusides, deos ita parasse, vt viri boni fortunati essent atque longaeui, quod si ita parassent, aequum dicit fuisse facturos; senex vero v. 141 valde vituperat eum, omnesque eos, qui deorum consilia culpent — 133. *sicuti* sc. aequum est — 136. *ingeniari* ab ingenio, vt auxiliari ab auxilio. *lepide ingeniatus* probitate a natura instructus — 140. *esset his* eorum *annona vilior* non tanta foret proborum virorum raritas, plures homines reperirentur probi — 143. *tua ex virtute* vt tu dignus es, *mea ex virtute* vt me amicum diuitem decet — 144. *victibus* cibis — 145. *nihil me poenitet* non contemnendum video esse *sumtum*, *quanto tibi iam fuerim*: tantum in me iam inpendisti sumtum, cuius me nequeat poenitere, vt, me parce inliberaliterque a te adceptum esse, possim con-

Digitized by Google

queri — 146. 147. plerisque, qui hospes triduum commoratus sit, odiosus iam est — 148. vox *inmorabitur* est a Camerario. In MSS. et edd. primis legebatur: *ite asiodorum illas;* Saracenus coniecit: *iterasti domum illos;* Pareus *iterasti domum illius;* Gronovius mallet: *vsitas domum illius* etc. — 150. *introduxi* adsuefeci — 151. *quibus ego essem obnoxius* quorum ex more ego *viuam* — 152. *meo remigio rem gero* meo ex more viuo; seruis, velint nolint, parendum est — 155. *commodulum* ne magno sumtu — *mihi quiduis sat est* vel minimo contentus sum — 156. *veterem et antiquam*, vulgarem, detritam vsu — 157. *Proletarii* cives Romani infimae classis, tenuissimi, qui non nisi liberis procreandis rei publicae inseruire poterant. Quare sermo *proletarius* vilis et plebeius — 160. *insaniuisti* nimios sumtus fecisti — *hominibus sat erat decem.* Men. 1. 4. 4. coquus de vno parasito: iam isti sunt decem — 165. *offam penitam* Festus: offam porcinam cum cauda. Naevius: absegmen carnis cum cauda — *probus hic conger frigidus* serua eum in crastinum, et frigidus boni saporis est — 167. *procellunt se* a decoro habitu recedunt, et in cibum auidi procumbunt — *dimidiati* vt non manu adpetant cibum, sed dimidio se corpore super eum inclinent — 173. *admutiletur vsque caesariatus* ad cutem tondeatur, quamuis bene capillatus. vid. Capt. 2. 2. 19. Pers. 5. 2. 48. — 177. *igitur tum* vid. Cas. 2. 2. 40. — 179. *perpurgatis ambo damus tibi operam auribus* adtentissimi te audimus — 182. *Alexandri* Paridis — 183. *omnes mulieres se sectari* se ab omnibus mulieribus peti — 184. *edepol quin multi* viri inter Ephesios *cupiunt te non mentiri de isto* vt vxores suae alios sectentur viros, seu, vt deprensis vxoribus lucrentur dotem, seu, vt moechorum inpensis lautiuscule possint viuere. Alii alium sensum extorquere studeut, alii ad mutandam lectionem aut interpunctionem confugiunt. Lambin. v. c. *Plevs.* Edepol *quid* de isto *multa? scio te* non mentirier. *Perip. Et* ego etc. — 185. *Sed ego ita esse, vt dicis, teneo pulcre*, Militem persuadere sibi, se ab omnibus mulieribus peti. *proin* quod quum ita sit — 186. paucis expedi, cui vsui tibi haec militis vanitas ad eam, quam inuenisti, sycophantiam sit — 188. *cui facetiarum.* Sic Camerarius. MSS. *cui fatiarum.* Lamb. *cui fallaciarum.* Palmer. *cui pellaciarum*, quod nec *facetiae*, nec *fallaciae* in corpore sint — 189.

Digitized by Google

aeque iſtuc facio hoc quidem tantidem mihi eſt, nihil differt — 190. *quae quaeſtuoſa ſit* quaeſtum corpore faciat; aliis verbis addit: *alat corpus corpore.* — 191. *ſapiat pectus* aſtuta et audax ſit — *cor non poteſt, quod nulla habet* cordata non poteſt meretrix eſſe — 192. *lautam* intelligunt quidam: Lucinae labores expertam, et *nondum lautam* virginem. Sed quum ſe meretricem requirere iam dixerit, *nondum lauta* non poteſt intelligi *virgo*, potius: quae nondum peperit. Dicunt enim *lautam* dici a lauationibus poſt partum. Alii rectius, ni fallor, *lautam* explicant *elegantem*, et *nondum lautam* per iocum putant additum. Gruterus adcipit *lautam* de ea, quae in re bona eſt, *nondum lautam*, quae minus — *ſicca* forſan eſt *ſobria*, et *ſucida*, quam Terent. vocat *ſuci plenam* — 196 ſqq. *matronarum modo* vid. Moſt. 1. 3. 68. — 198. *erro* non intelligo — 199. pro *primaria* MSS. habent *primi* (pro *prime, adprime*) *cata* in primis callida — 202. *faueae.* Gloſſ. *fauea παιδίσκη. faueus παῖς.* Iuvenal. 6, 554. et *faueam*, cui det mandata, puellam. Gronov. verſum legi vult: Qualique haec annulum *clam* ſuae ancillae dederit — 204. *recte.* annulum caute, et ſine periculo amittendi, militi dabo — 207. rei *nullae aliae* nullius alius — 208. *non potuit* alius quis, ſeu: non potuit ipſe ſol, ſi ei etc. — 213. *pax* eſt ſilentium cum verecundia inponentis — 214. *ego te tamen* plura dicturum ſeruus interpellat — 216. *nunc hic* Peripl. *agit* — *actutum* tu Pleuſid. *partes defendas tuas* abducenda Philocomaſio.

IN ACTVS III. SCENAM II.

Ne quis miraretur, vbi Sceledrus moraretur duos per actus, haec ſcena addita eſt, quae vino eum ſomnoque oſtendit ſepultum. 6. *non operae eſt Sceledro* non eſt vacuus. vid. 2. 2. 97. — 7. 8. *ſoporem ſorbilem* vocant in quo maximus efficitur ſtertor — 9. *non naſo quidem* quo rhonchos edit — 10. *clamat* ſtertit, *tetigit* exhauſit *calicem* — 11. *nardinum* vinum nardo conditum, vt *murrhinum* — Douza legit: *demiſit amphoram cellarius* de editiore cellae vinariae loco, vt corticem dimoueret pice adſtrictam. Lambin. *depromſit* e cella vinaria. Alii, iocoſe magis: dimiſit quaſi e carcere cellae — 12. *ſubpromus es* clanculum promis — 13. *hemina* dimidia pars ſextarii — 18. 19. *neque, neque* ridicule negat, quod ille dicere vetuit; dicit ergo: ego expromſi, et ille ebibit —

Digitized by Google

calidum vid. Curc. 2. 3. 14. — 22. *gutturem* pro *guttur* apud Plaut. saepe — 23. vt *esca* pro *cibo*, sic *posca* pro *potu* putatur vsurpata. Hieron. Mercurialis explicat: *posca* vinum acidum, aqua mixtum, pro vili plebecula venire solitum. Queritur Palaestr., conseruis non nullis vino optimo ebriis, sibi aliisque promi vilissimum — 29. *cocio* vid. Asin. 1. 3. 51. hoc loco seu conuicium est: tu nebulo, seu lectio vitiosa — 30. *delices* prodas, indices. In Glossario Papiae: *delicare* deferre, pro quo et delicare dicebant — 32. *promat*. Gronov. *promtet*, quod est Bacch. 3. 3. 61. Pseud. 2. 2. 33. — 36. *inlecebrose* qui vino tibi mandato facile conseruos inlicere potes — *capite sistebas* inuertebas (vasa) vinaria. Hor. Sat. 2. 8. 39. — 37. *casare*, cadere, nutare, inclinare, cernuare. Ennius: visi egomet mecum casabundum ire ebrium. Negat, se *isioc*, i. e. vi adhibita, inuertisse cados — 38 sqq. iocose dicit: quod cadi loco lubrico ac decliui essent constituti, suapte sponte eos perpluere, et *aqualem bilibrem* (duas libras continentem) v. 42. vocat *hamam*, vel decies vno die complere, ita vt hama inanis numquam fiat — 42. sic *hamam* vrceum *bacchari* vinum ingurgitare, cadis continuo casantibus — 47. *extollam malum* moram producam malo — 48. hunc versum clamat spectatoribus: si miles, herus meus, obuius vobis sit, ne dicatis ei, obsecro, quod me deliquisse audistis — 49. *quo tu te agis* quo abis? vid. Bacch. 5. 1. 20. — 51. 52. quantum plagarum herus mihi infligendum statuerit, tu, quaeso, me absente adcipito — 58. *haud meretricie* ornatam modo matronarum. 3. 1. 196.

IN ACTVS III. SCENAM III.

7. *in opificina* opere efficiendo — 9. *mihi clam est* non intelligo *quam magni referat* quid opus sit *meretricem* in maleficio *commoneri. quin ego me frustro* a meis ipsa consiliis aberro, tempus perdo — 10. *dum adhibere aures* auscultani *tuam moram orationis* longam orationem tuam. pro *moram* Gulielm. *oram* Gruter. *loram* Acidal. *merum* — 11. pro *deasciari* decipi, alii *deartuari*, *adsecari* etc. — 12. *nemo solus satis sapit* εἷς ἀνήρ, οὐδεὶς ἀνήρ, et οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός — 13. simile a viatore: multi desinunt obuios de via consulere, ante quam rectam viam habeant repertam — 14 ad 17. depingitur meretrix, astuta non magis quam malitiosa; mala mens, malus animus — 18. pro *quo venit* cum

Digitized by Google

Acidalio lego *quod venit* — 18. 19. iocose senex: vos, si male faciendo vnice delectamini, metuo, quod hac in re simul *militi male* et *bene mihi* faciendum vobis est, ne vos vtrisque male faciatis, et non militem solum, sed simul et me ludificemini. — 20. Tibi quidem bene faciemus, sed hoc non inscienter, namque — 21. distinguimus inter mala atque peiora; si occasio est peiora faciendi, nulla meretrix est mala, omittit occasionem male faciendi, praeoptans peiora facere — 23. *saluam te* Peripl. — *incedit* mulier — 25. *noster esto* laudo te, qui adduxisti tales mulieres, quibus opus est. vid. Truc. 5. v. 61. — 27. *architectus* qui fallaciam excogitauit — 29. *onerauit praeceptis* longior fuit in vobis edocendis. vid. v. 10. *moram orationis* — 37. eleganter, pro: ita futurum est — 40. *quae commeminerunt* alter rogando, altera respondendo. Adparet me puellam iam satis instruxisse — 41 ad 47. *nauis* est totum negotium de fallendo milite — *carina* commentum, fallacia, eiusque ratio et fundamentum — *bene lineata* descripta — *fabri* senex, meretrices — *architectus* Palaestrio — *materiarius*, qui fallendi materiam praebet, miles — 49. *cincinnatus* elegantiam adfectans, trossulus — 55. *alia cura* securum te esse iubeo — 59. *hanc* ancillam Acroteleutii, Milphidippam — 60. *alia cura* quod ipsi 55 mulier dixerat, reddit Palaestrioni; sibique non magis monitore opus esse dicit, quam illae monitorem desiderent — 61. probe oneratum mendaciis meis fraudulentis. Sic: sarcinam militi inponam Most. 2. 1. 83. — 64. *dolum* pro: effectum damus, dicit *dolamus*, verbo consono — 65. *datne ab se mulier operam?* adiuuatne hoc negotium sua opera Philocomasium? num et ea satis instructa est? — 66. *confuturum* prospere, quod conamur, euenturum — 67. *conlatio nostrarum malitiarum* si, quidquid vtraque malitia valet, intenderimus — 68. nulla perfidia subdola cogitari poterit maior efficaciorque — 70. 71. hos versus Gulielmus transponit, quia: *tu morare* scenam aptissime claudat — forsan senex solus cum sola meditari cupit, nec ea abnuit.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

3. *latrones* milites mercenarios. vid. Curc. 4. 3. 16. — *expetissit* Epid. 2. 2. 70. — 15. *ingenua* liberis parentibus nata — *festuca* idem quod *vindicta*, virga praetoris, manumittendis a lictore inponi solita; *festuca libera facta*

Digitized by Google

libertina — 17. *quae cupiunt tui* alii, quo in numero et Camerarius est, *cupidis tui*. sed et 4. 2. 58. est *ab tui cupiente* — 20. *forma liberali* pulcra Pers. 4. 3. 52. — 21. *ad tuam formam illa vna digna est* cuius forma cum tua comparetur. Sic Ter. Eun. 2. 3. 69. C. estne forma? P. sane. C. at nihil *ad nostram hanc?* — 23. *demoritur te*, iterum est 4. 2. 49. *quae te demoritur* i. q. 4. 9. 9. *deperit te*, perdite amat — *incipit abire* periculum facit, ad te a marito suo abeundi — 26. *quae cupit*. ne quaeras, an velit, quae ipsa prior cupit — 39. *celox* vid. Asin. 2. 1. 10. — 42. *pithecium*, πιθήκιον, simiolus, deformis — *prae illa* comparata cum illa, quae demoritur te — *spinturnicium* a *spinturnix*, quae auis est deformis et inauspicata — *illam oculis venaturam facere* vt illa oculos in te coniicit — *aucupium auribus* captans, quae dicturus sis.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. *circus* adludit ad ludos circenses. Vaticanus autem alter habet *hircus*, qui est *ludificandus mihi*, quae lectio Lipsio non displicet. Senes quidem amantes per contumeliam vocabantur *hirci*, iuniores autem minus — 5. *qui de vesperi viuat suo*. Iac. Durantius intelligit grassatores nocturnos, qui furtis suis vitam sibi parent, et vesperi res furtiuas venum darent in Suburra, quem Romae vicum Propertius ideo *vigilacem* vocet. Lambinus rectius videtur intelligere homines sua quadra viuentes, quibus, alieno non egentibus cibo, ipsis domi suae victus est, qui homines, ventri non metuentes, saepe alienis de rebus curiosi sunt — 10. *huius sermones haud cinerem quaeritant* varie verba haec et mutantur, v. c. *sermo nos, haud cinerem, quaeritat*, et explicantur. Alii: non senem aridum et capularem, sed me, virum viuidum et aetate integra, quaeritant; Siberus: non quaeritant cinerem, quo poliantur et nitidentur, nam sermones eius lauti et minime sordidi sunt — 13. *adtubescit primulum* incessit me cupido eius — 14. post *oculis* additurus Palaestrio est: tuis heram eius videris ipsam. Miles vero interpellat *tuis* ego illam oculis *video* pulcerrimamque istam esse credo. Sed quamcumque miles feminam videt, non inlepidam, adhinnit statim! — 15. non recedendum puto a lectione Gronovii. Exprimere autem Plautus videtur infantiam militis, cui verba desunt, vt apud Ter. Thrasoni Eun. 3. 1. 15. *requiescere vbi volebat . . . quasi . . . nostin?* Pyrgop. di-

Digitized by Google

cere vult: *Quum haec* ancilla *loquuta* cum magna mea laude fit, adlubescit, *illam autem* heram eius, et quod ancilla dixit, et quod tu, *subigit me vt amem* — 16. 17. Palaestrio herum ab amore ancillae ita certe auocaturus est. vt, quae de fallendo milite excogitauerant, non impediantur. Mentiens igitur, se vxorem eam ducturum, spem hero ostendit, puellae eius sine negotio et sumtu potiundae. Eo vno consilio Casinam Stalino daturus erat villico, vt vxorem eam caperet vsurariam — 20. Palaestrio quidem Milphidippam statim adnouerat, 3. 3. 25. visam, haec vero non satis certa fuisse videtur, an, quem videret, ipse esset consiliorum socius — 20. 21. et iterum 22. Palaestrio satis aperte, qui sit, indicat — 23. *immo* adhuc celas, mihi diffidis *etiamsi non celas* esse aliquid, quod celes — 24. *quo argumento* quale id est, quod me celare dicis — *infidos celas* me putas alienum a consilio tuo *sed sum tibi firma fide* ille ipse, quem socium requiris — 25. cauta mulier poscit signum *si harunc Baccharum es* si iisdem mecum sacris initiatus es, si vere socius es mihi datus — dat signum: *amat mulier quaedam quemdam* — 26. ne hoc quidem mulieri satis est *pol istuc quidem multae* faciunt — 27. vt vero Pal. *doni de digito* annuli mentionem iniecit, satis ei est *enim cognoui nunc* te socium esse meum, quocum aperte loqui liceat: hoc sibi *palam factum* dicit *ex procliuo* facili negotio, seu, ita vt nihil dubii superfit — 28. *sed hic* Pyrgopolinices *num quis adest?* Scena semper erat vicus, vbi plures homines iubebantur commeare, quorum nullae praeterea in fabula erant partes, quare incerta quaerit — *vel adest* hic in vico *vel non* tam prope, vt, quae loquimur, audiat — *cedo te mihi solae* (soli) *solum* loquaris mecum sine arbitris — 30. passus miles erat, paucula verum cum puella loqui solum, quam sibi desponsatam fuerat mentitus. Longiorem tamen confabulationem eam fuisse indignatur: me adstare frustra *cum hac forma factisque* qui tam pulcer sum, et tantas res gessi? — 32. *has merces*, vid. Cas. 3. 6. 22. — 33. Pal. secum rediens ad Milph. *nullum saxum solidius hoc* milite — 38. *contempla* contemplare — *de meis venator verbis* ad ea, quae ego dixero, tu, quae dicas faciasue, adcommoda — 42. *tis* tui — 46. 47. non nisi parasiti inrisoresue pulcrum vocabant militem. Romae autem Pulcer cognomentum erat stirpis alicuius gentis Claudiae — 52. *ecquis dignior fuit, homo qui esset?* Sunt homines non pauci, dignio-

Digitized by Google

res; qui nati essent pecudes, tu vnus omnium dignissimus, qui nascerere homo. — Pal. ancillae insusurrat: *non hercle humanum est ergo, nam vulturio plus humani credo est!* Sensus: in hoc quidem milite si praecipua conspicitur humanitas, humanitatem ego omnino arbitror esse nullam; in ipso enim vulturio plus inesset, quam in hoc homine, humanitatis — 53. Pyrg. secum: *magnum me faciam* etc. sequuturus consilium serui — 54. Pal. ancillae *vide ignavum, vt sese inserat* — 55. Pal. militi — post *dudum* additurus erat *laudari* — 58. post *porro* perrectura erat: tibi annulum tradidit — 60. *sit, nec ne* salua — 64. *vrbicape.* vid. Bacch. 4. 9. 42. — 67. porcus castratus est *maialis*, non castratus *verres* — 68. *seminium* vis fecundans, quae semini animalium inest — 72. *mille modiorum* pro mille modii; sed apud Ciceronem quoque Liviumque *mille* reperitur substantiue positum — 73. *montes* totos, *non* tantum *massas habet* — 74 et 75. Milph. et Pal. sibi inuicem susurrant, milite non animaduertente — *sublecto os* ludificor — 81. 82. vt 74. 75. inter se, milite non audiente — *huc* aliorsum *abs te auerti* me, ne in risus effunderer — 84. *contra auro.* vid. Epid. 3. 3. 30. — 85. *merus ἄκρατος*, cui admixtum nihil est, purus, verus, praestans — 92. *viua* ante quam risum subprimendo rumpar — 94. *numquid vis?* abitura dicit militi — qui *ne magis sim pulcer, quam sum* i. e. sum pulcer, sed mallem, mulieres minus forma mea incendi — 95. *mea me forma sollicitum habet* miseret me miserarum amore mei pereuntium! — 96. *vt cor ei saliat* gaudio exsiliat, vt animus meus expleatur gaudio — 98. *clam* — 100. legendum *Milph.* me morare, abeo. *Pal.* neque te moror, neque te tango, neque te .. addere aliquid se velle similat, militem forsan vult intelligere: neque te (sponsam meam) osculor; mox vero addit: taceo! — 101. *isti rei* quid faciendum sit de Philocomasio, hoc cum Palaestrione ante curabo.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

5. *clementissime.* vid. 4. 1. 34 sq. — 8. *tempus maximum esse* opportunitatem non esse praetermittendam — 13. *fortis* Nonius et Servius ad Aen. 4. *formosa.* Sic Bacch. 2. 2. 38. Alii: valida, aetate integra, ad res venereas idonea — 14. *omnia vis obtinere* omnium, credo, mulierum cupidus es — 15. 16. matrem eius miles Athenis

Digitized by Google

nouerat 2. *t.* 16. quare, ne miles conuenire eam poſcat, ſeruus aegrotam eſſe dicit — 20. *qua mares, qua feminas* illos non minus, quam has. Libido tua prorſus eſt indomita — 35. *inpetraſſere* inpetraturum eſſe.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

4. *prae te* tecum comparatus; tu partes tuas egiſti ita, vt calliditate me nimium quantum a te ſuperari fatear — 6. *deruncinauit* ludificata eſt. vid. Capt. 3. 4. 108. — 8. *operam adiutabilem* faciatis, quod partium cuiusque eſt — 12. *ſe vt abeat* pro *a ſe* vt v. 10. eſt — 17. *nihil hinc ferri poteſt huius* omnis fraus inrita. Summa rei erat, vt Philocomaſio, a milite abductae, cum amatore ſuo et Palaeſtrione, Athenas redire liceret — 18. *domi eſſe* non aliunde petendum eſſe, ſed nobis iam ſubpetere. v. 2. 2. 26. — *ſiluae ſatis* ſatis materiae, ad id efficiendum, cuius tu architectus es. Eorum putat artes, qui ad militem fallendum conſpirabant — *exciſum* adhibitum. *ſiluae* vocabulum reſpicit. Quidam pro *exciſum* malunt *exaſciatum* — 30. *niſi modo vnum hoc* addas velim — 35. *opulentitas* vox rarior i. q. opulentia — 36. *formam amoenitatis* alii legunt *formam amoenitatem*, alii explicant *formam amoenam* ſeu *formae amoenitatem*, alii, ſi amoenitas ipſa pingenda ſit, formam eius in milite reperiri expreſſam — 42. *cauſia* pileus, latas oras ac margines habens, ad prohibendum ſolis aeſtum, a καύω. Suidas καυσία. εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ — *ferrugineam* colore thalaſſico, fluctibus marinis ſimili, qui color vocatur etiam *venetus* — *culcitam* Meurſius: iubet, vt oculi vitium ſimilet; nam id genus hominum laneum pannicnlum oculis praetendunt — 44. *expapillato brachio*. Feſtus: exſerto brachio, quod quum fit, papilla nudatur; Nonius: quaſi ad papillam renudato; Piſtoris mauult: *expalliato brachio* vt brachium ſit extra pallium — 60. *celebre* nemo noſtrum eſt, qui non imperium tuum ſtudioſe exſequi properet. Boxhorn. mavult *celere*: nos non in mora erimus, celeriter imperium tuum exſequimur — 62. *exit* miles. *inpetrauit* vt Philocomaſium a ſe abiret, inhiat nouis nuptiis, fruſtra!

IN ACTVS IV. SCENAM V.

4. *vt materies* negotium *lenta fuit* multum morae habuit! quam tarde potui efficere, vt ſibi pateretur perſuaderi! — 10. *obpreſſit* peruicit, vt te ei darem dono — *tamenetſi* iungendum eſt, vt ſaepe pro *tametſi* legitur.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

Priores verſus altera alteri inſuſurrat — 3. *malas peiores fieri* nos ipſas malitia ſuperare, omnes malitiae noſtrae vires intendere — 5. *ſequuta* i. q. *loquuta*. Meurſius: *ſeco* et *ſequor* antiqui pro *dicere* vſurpabant. Idem Palmer. et Gruter. firmarunt exemplis — 10. *regem* nonnulli hic graeco more κατ' ἐξοχήν putant *regem Perſarum* dici. Sed eodem modo plerique certe reges ſubplicibus adeundi ſunt — 32. *Phaoni* quem Sappho perdite amaſſe fertur, ita vt, ſpreta ab eo, ex Leucate, Acarnaniae promontorio, praecipitem ſe in mare daret — 33. *eo intro* non dicit abiens, ſed ſe abituram ſimilans — 36. *ſi parem ſapientiam* animi magnitudinem *hic habet*, ac formam: ſi animo aeque magnus eſt, ac corpore pulcer — 38. *mutuum ſit* non minus ego amore eius depereo — 41. *naſum* pro naſus, vt Curc. 1. 2. 18. ſagax naſum habet Men. 1. 2. 57. ſpurcatur naſum odore inlutibili. Amph. 1. 1. 288. — 45. *tene me, obſecro!* Sic ap. Ter. Heaut. 2. 3. 23. Antiphila, conſpecto amatore, Bacchidi: *retine me, obſecro* — 46. *defit*, deficio, linquor animo *per oculos* propter id, quod vidi. cf. v. 56. — 50. *nepos ſum Veneris* formoſus igitur venuſtusque et fortunatus — 64. *ne ſis in exſpectatione* ne diu exſpectandus ſis, vt Ciſt. 2. 3. 49. ne in quaeſtione mihi ſit: quaerendus ſit.

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

Poſt verſum 6. Pleuſides plura dicturus erat, ad ea, quae propter amorem nequiter faciat, aliorum exemplis excuſanda: conſpecta autem Palaeſtrione cum milite, orationem ſuam videt eſſe demutandam — 6. Achilles, erepta ſibi ab Agamemnone Hippodamia, quae a patre Briſeis, a patria Lyrneſſis ſolet vocari, deſes ad naues, Graecorum non curabat ſtrages — 9. *nata eſt ex ipſa mora* ipſa ſolet morari, eamque exſpectantes, quam moleſto mora ſit, experimur — 10. 11. nulla mora moleſtior eſt, quam mulieris amatae exſpectatio diuturnior — 26. Oculum Pleuſides obligauerat laeuum, quaſi eodem, quo Philocomaſii mater 4. 3. 15., oculorum morbo laboraret. Explicant, obligaſſe eum oculos, ne adnoſceretur, ſed miles nec eum Athenis, abſentem, nec ſeruum eius Palaeſtrionem, antea viderat; forſan aegrotum eum ſeruus volebat videri, ne ille iunior pulcriorque; quam pro nauclero, militi ſuſpectus fieret, ſeu, ne miles forma eius caperetur 4. 3. 18 ſqq. Cauſam

Digitized by Google

vero oculi aegri dicit Pleusides esse nauigationem, sed ita dicit, vt elegans adpareat ambiguitas: *si abstinuissem e mare* sic effert, vt audiatur *amare*. Non paucis vero locis pro *mari* casu sexto legitur *mare*, v. c. apud Ovid. Libyco de mare; pleno de mare; Euxino de mare.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

10. *stulta viueret* esset *hodie*, in patriam atque ad suos rediens, et dona maximi pretii a me auferens — *si non mecum aetatem egisset* aliquamdiu consuesset; quod vero A ME distrahitur, id quidem dolere mulieri, mirum non est — 11 sqq. Philocomasium militis a verbis venatur — 12. *quamuis* quamcumque feminam, vel insulsissimam — *vt stuat facetiis* vt siat facetissima — 14. *nequeo* nimis flere; tanta est, quam iacturam facio, vt ne summus quidem luctus meus possit esse nimius — 21. *proficisco* proficiscor — 23. *malo, ne interueneris, quaeso, dum respipiscit* militem vult intelligere: ne, conspecto te, iterum linquatur animo; intercedit autem, ne miles fraudem sentiat, et verbis *dum respipiscit* mulierem monet, vt respiscat, nec dolore ita similato verum prodat gaudium — 14. *capita* etc. iam suspecta res militi incipit fieri: *labra labellis ferruminant* inpressa haerent — 27. *si magis vis, ambos mittam* verba Palaestrionis: abire iubebo nauclerum cum Philocomasio — post *nolo* colon deleatur. *nolo retineat* nolo modo eum tam amatorie feminam retinere — inuenem isto audito abscessisse statim a Philocomasio, eamque, milite praesente, cautiorem esse factam, patet; seruus vero, vt aliam militi cogitationem iniiciat, de se incipit: *fleo miser!* — 31. *bene quaeso inter vos dicatis et mihi* sitis felices, meique memores; quasi dolore deinde linguam praepediente, paulisper tacet, mox vero, tamquam se fortunasque suas eiulans, addit *absenti tamen!!* non porro tam felici, qui tali hero seruiat! 37. Philocomasium se ex deliquio restitutam similat: *lux salue* lucem diei, amissam in deliquio, denuo visam salutat — 39. *ferte secundum nos* post nos, sequentes nos — 44 sqq. non sine causa seruus moratur militem; solum non vult relinquere, donec vicini ex aedibus puerum vidisset exeuntem, qui intro eum duceret; fabulam cupit peractam, ante quam moneri ab aliquo Act. 5. v. 36 sqq. posset — 44. *fideliores habuisti tibi quam me* non: habuisti seruos, qui fideliores essent, sed: alios seruos fideliores *habuisti* esse putasti, qui-

Digitized by Google

bus igitur magis, quam mihi, faueres atque confideres — 45. *rerum omnium* beneficentiam tuam lenitatemque omnibus in rebus me cognosse profiteor — 49. *stratiotici* militares — 50. *fac sis frugi* seruum frugi te praebe, si hera vti cupis benigna. Fuisse, cur miles hoc moneret, e versu 64 adparet. — In iis, quae seruus respondet, Meursius sibi iocum reperisse videtur, quasi herum se de *Venere frugi*, cui templum Romae fuerit, quod Festus *fruginal* vocat, admonuisse, seruus intellexisse similet. Vix autem credo, seruum aliud quid voluisse dicere, quam, se inuitissimum a milite discedere, ita vt difficile sibi sit, de fauore nouae herae conciliando sibi, cogitare — 53. *ne me deseras* des mihi aliquid paululum prae manu, vnde vtar. (Ter. Adelph.) — *non est meum* explicant: bene meritos deserere. forsan vero: hoc non est meum, sed eius officium, qui manu te miserit — 57. *scies* cogitando, qualis adhuc fuerim tibi *immo* etc. praecipue, qualem hodie me cognoveris. Quidam malunt *scis?* (quod versu praecedente dixerat *scio*) cognouisti iam? immo etc. — 58. *vix reprimor, quin te manere iubeam* id quidem seruus omnium minime voluerat, quare dissuadet, sed ita, vt magis militis famam, quam ipsius commoda respicere videatur.

IN ACTVS IV. SCENAM IX.

1 ad 3. puer iis, qui intus sunt, clamat de via — 1. *ne moneatis me* de milite propere adducendo — 6. Menaechmus 1. 2. 28. parasitum vocat *commoditatem* suam et obportunitatem, quod explicat: *commoditatis omnes articulos scio* i. e. omnia tempestiue facio. Sic puer militem vocat *cumulatum commoditate* cui et haec virtus sit, vt nihil non adtemperate faciat, v. c. vt nunc veniat, muliere exoptatissimus, atque a se quam primum adducendus — 9. pro *deperit* Aldinae et priores edd. *petit*, quaedam et *perit* — 12. *in statu stat senex* paratus est, ad militem obprimendum. Adludit ad modum, quo gladiatores se componebant et conligebant in arma, insigni cura sui defendendi, alteriusque petendi, quam posituram vocabant *statum* — 15. *qua viri, qua mulieres.* vid. 4. 3. 20. qua mares, qua feminas.

IN ACTVM V.

4. *acutus culter* ad euirandum militem — 5. *gestit* paratus est culter. Sic Amph. 1. 1. 167. Mercurio *gestiunt*

Digitized by Google

pugni — *abdomen adimere* iocose: membrum genitale exsecare — 6. vt penis languide dependeat, sicut e collo puerorum crepundia — 7. *numero* nimium cito *hoc dicis* vid. Cas. 3. 5. 21. — 14. *dispennite* Nonius tractum ait a pennis et volatu auium. *dispennere* est: distendere brachia, h. l. crura, ad exemplum volantis auis — 16. *nondum nihili factus* nondum virilitatem, seu, vt apud Phaedrum est, *corpus amisisti.* — Quidam interpungunt: *nondum nihili factus?* quae interrogatio tarditatem seruorum in euirando increparet. Sed hominem, quem summopere videbat angi, satisque putabat ludificatui habitum, spe potius aliqua putabat erigendum — 20. *Venereum nepotulum.* 4. 6. 50. audiente Acroteleutio *Veneris nepotem* se dixerat. — 21. *per Dianam* explicant: quae periuria grauissime existimabatur vindicare. Editio autem vetus habet *per Venerem*, alii *per Dionam* 4. 9. 7. quid vero mirum est, militem *Ephesi*, in negotio cum ciue Ephesio, iurasse *per Dianam*, Ephesiis sanctissimam? — 22. *aeque* merito — 23. *intestatus* testiculis priuatus. vid. Curc. 1. 1. 30. intestabilis — 27. *mina auri.* vid. Truc. 5. 8. — 29. *aliter hinc a nobis* te abiturum *ne sis frustra* ne temere speres. Sic Pers. 1. 3. 60. Men. 4. 3. 18. Rud. 4. 1. 30. — 44. *has res studeant.* Apud Ciceronem quoque *studere* cum adcusatiuo aliquoties reperitur — 70 *Plaudite* tribuit poeta militi, modo verberato, quod ille quum non sine indignatione posset efferre, omnium risum commouisse putandus est.

COMMENTARIVS IN PLAVTI MERCATOREM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

PROLOGVS.

Reprehendendum Muretus putauit, eumdem inuenem, cuius primae hac in fabula partes sunt, graecum latinumque et fabulae et poetae nomen indicantem, ipsum, fabulam eam esse, fateri — 4. *die* pro *diei* saepius — 4. 5. *noctí* etc.

Digitized by Google

miſerias ſuas narrare tragicorum potius, quam comicorum eſt — *quos* coeleſtes, noctis etc. deos — 7. *non tanti facere*, vt, *quid velint*, aut *quid non velint* magnopere curent; vt eos ſeu votorum compotes reddere, ſeu malis liberare, laborent — 8. in *vobis* prior ſyllaba acuenda eſt — *potius* quam diis — 11. *hinc*, quidam *hic* — 14. *ſi opera eſt auribus*, ſi commodum eſt, ſi ad audiendum vocatis. — 16. 17. Quam Piſtoris extricauit, a pluribus Gronovioque receptam lectionem, et ego putaui tenendam. Explicandus forſan hic locus ita eſt: ſi quid rogaveris, prius quam facere coneris, more maiorum prius indicium exſpectandum eſt, quo id conari iubeare. Rogaverat quidem Charinus v. 14. 15. narrationi ſuae audientiam, ſed, *prius* quam adciperet indicium, *quod erat percontatus*, ipſe *illico indicium ſumit*, narrat, quaſi narrare iuſſus, in eoque *parum more maiorum inſtitit*. Cf. v. 37. vbi *multiloquio* ſe peccare fatetur — ad verſ. 18 ſqq. cf. Ter. Eun. 1. 1. 14 ſqq. *in amore haec omnia inſunt vitia* etc. — 20. *quemque*, quemcumque, qui ſumtum praebet — 21. pater ſi ſumtu ſit exhauſtus, omnis familia magno mulctatur infortunio — *ſolidus* eſt: magnus, ſed, vt hic cum *magnus* iunctum eſt, ſic Curc. 3. 35. cum *grandis: ſolidam et grandem gratiam* — 23. *prae* magis *quam res* cenſus *patitur* — 25. *inſomnia* plerisque videtur *ἀϋπνία*, ſi ſomnum capere nequeas, vt haec vox, ſicut reliquae h. l. omnes, in numero ſumatur ſingulari; Paſſeratius autem intelligit *ἐνύπνια* viſa nocturna — 32. *quae nihil adtingunt* adtinent *ad rem* — 37. *multiloquium* quod excuſat, eſt, quo ſpectatorum aures de amore ſuo obtundere minatur — 38. hoc vero excuſatum cupit *eodem die, quo Venus ei amorem legauerit* intelligo: quo partes amatoris ſuſtinendae ſibi ſint — 40. *principio atque* vt primum — *animus exiit* ego exii — 43. *res exſulatum ad illam abibat* vid. Curc. 4. 4. 3. — *clam patris* cum omnibus caſibus obliquis *clam* reperitur poſitum, ſed cum genitiuo rarius — 44. *inportunus* Iſidorus explicat: inquietus, quod non habet portum, vbi quieſcat — poſt verſum 47 verſui 53 locum deberi aptiorem nonnulli iudicarunt — 52. *omnes tenerent* abstinerent *mutuitanti* mutuari cupienti, mutuum quaerenti — 53. *inlexe* inlexiſſe — 56. *rationem* vitae meae *peſſimam eſſe* — *quae ipſus* (ipſe) *optima* ratione inueniſſet — 58. pro *deteri* Gronovio placebat *didier* — 59. pater pergit filium obiurgare: *ſe*

Digitized by Google

paſcere alere *tot iam annos* me, quem *conuicium* vocat, i. e. cuius flagitiis infamis fiat — 60. omnem ſi pudorem abiecerim, mori me mauult — 61 ſqq. cf. Ter. Heaut. 1. 1. 58. *ego iſtuc aetatis* etc. — 65. ruſticum opus *inmundum* obponitur *elegantiae vrbanae*. Sic Ter. Adelph. 1. 1. 17. ego hanc *clementem vitam vrbanam* atque otium ſequutus ſum, v. 20. ille *ruri* ſemper vitam agere *parce ac duriter* — 66. 67. *Panathenaea parua* celebrabantur quotannis, *Panathenaica* autem *magna* quinto quouis anno, ab Erichthonio rege inſtituta, quibus non certamina ſolum inibantur, ſed peplum in primis Minervae conſecrabatur, cui intexta erat Titanomachia et Palladis de Encelado victoria. cf. Virg. Aen. 1. 479 ſqq. et Ciris v. 21 ad 35. — 69. pro *multo primum* Muretus reperit *multo plurimum* — 73. *receſſet* receſſiſſet — 75. *metreta*, cadus, qui centum libris aeſtimatur — 76. *vectatum* ſignificatione actiua, quaſi a deponenti *vector*, pro *vectauiſſe*. Gulielmus coniiciebat verſum legendum eſſe: *paraſſe, atque ea ſe in Perſis vectatum* (eſſe) *vndique*. Alii pro *ſe* coniiciunt *iſſe*, vt *vectatum* putetur eſſe ſupinum — 86. *cercurus* Nonio: nauis afiana praegrandis. Putatur nauis a Corcyra ſeu Cercyra traxiſſe nomen. Quidam a Cypriis dicunt hoc nauium genus inuentum — 94. *facto* facio — 104. *munis* Feſtus explicat: officioſus. Obponitur *munis* τῷ *inmunis*. *me munem fore* ſoluturum pro ea eſſe, quantum poſceret.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1 ſqq. ſeruus ſe ipſe ad currendum hortatur, quam ociſſime poſſit — *ex παρέλκει ſummis opibus* ſummopere — 2. *herus minor* herilis filius — 3. *abige abs te laſſitudinem* nulla laſſitudo inpedire officium et fidem debet. Cic. ad Div. 12. 25. ſub finem — *caue pigritiae praevortaris* ne pigritiam potius ſequare. Sic Perſ. 5. 2. 20. *praeuorti litibus* lites potius ſequi. Alii legunt *praeuorteris* quod putatur eſſe perfectum a *praeuorto* pro *praevortor*. Douſa: caue a pigritia praeuorſus fueris — 4. *enicato* peruincas *ſuſpiritus* Douſa: anheli pectoris reciprocationes, aſthmaticis moleſtas — 5. *pleniſſime* toto corporis inpetu *abspellito* abs te pellito. Palmer. mauult *cispellito* vt Amph. 3. 4. 17. eſt *cispellam virum* quod ibi eſt: repellam ab aedibus, hoc vero loco: quemcumque repellam, qui mihi obſtiterit obuiam — 6. *detrude, de-*

Digitized by Google

turba in viam vid. not. ad Curc. 2. 3. 8. capite fiftat in via de semita — 8. *simitu* simul — 13. *hunc cursorem* me currentem — 14. *seditionem facit lien* lien currenti molestias creat. vid. Cas. 2. 6. 62. — 15. *nimis nihili tibicen sim* tibicini enim largo longoque spiritu opus est, qui mihi est angustior — 16. *laciniam* vestis partem: potest et intelligi sudarium. Versum 16 Acanthio non audiuit, nec adhuc herum vidit — 20. *foribus facere assulas* ita arietare in fores, vt disiliant in minutas assulas. vid. Capt. 4. 2. 52. — 23. *ignauior* quam domi nostrae, vbi nemo pulsanti aperit — 25. *principium* quod primum dixisti *inimicis dato* formula solennis, infelicia deprecandi. Sic Ter. Heaut. 5. 3. 23. *istuc nostris inimicis sit!* cf. Asin. 5. 1. 13. — 26. *placide* cui Mil. 2. 2. 65. obponitur *propere*. h. l. est: morae alicuius patiens sis — 27. *ramex* vitium scroti et tunicarum, quae inguina adtingunt, hernia. Quod vero sputum sanguinis non sequi solet scrotum ruptum, *ramices* intelligendi putantur *varices*, venae pulmonis — 28. Charinus ludens: *resinam ex melle Aegypt. vorato*, quam medici negant remedium esse ramicum, chirurgica opera curandorum — 29. heri iocum aegre seruus ferens exsecratur *tu cal. picem bibito — aegritudo* tua, amoris — 34. *quod* quisquam *vti* possit. Sic et *vti* cum adcusatiuo reperitur Cic. ad Attic. 13. 23. ne Silius quidem *quidquam vtitur*. Ter. Adelph. *mea* (meas opes) *vtantur* — 37. *malum quo adcedit* quidam *quoi* i. e. cui — 39. *te mihi ob esse sequentem* tmesis pro: obsequentem esse — 42. *palpo percutis* blandis dictis fallis. vid. Amph. 1. 3. 9. — 51. *thesaurum mali* infra 3. 4. 32. montes mali ardentes. vid. Epid. 1. 1. 78. — 55. *prius quam vapulem* si nempe audiueris, commisisse me, vt amica tua a patre conspiceretur tuo. Alii malunt *vapules*. Quod Charinus v. 54. voluerat *dissolui*, non diutius *pendere*, metaphoram putant a seruis ductam, qui in quaestione pendebant vincti, donec, re satis *exquisita*, vapularent. *Prius quam vapules* esset h. l. ante quam malum, quod tibi dicturus sum, plane cognoscas — 57. *palpatur* ironice — 60. *equidem credidi* me dignum esse, cui subplices. Alii: me indignum tibi videri — 71. *oculis* et *hiantibus* vtrumque iocose — 72. *dierectus* in malam rem. vid. Capt. 3. 4. 103. — 80. pro *studuimus* Scaliger legi vult *tumicibus* velis carbasinis, quae Graecis θωμιγγες. Gloss. *tumex* σωρός, αἰματώδης τύπος, quod latinum esset a *tumendo* — 82. *in*

Digitized by Google

naui ſuper in ſuperiori nauis parte — 90. 91. *mirum, quin me ſubigitaret:* qui poteras quaerere *illam ne?* me quidem ſubigitaſſe eum, in mentem tibi non potuit venire! *Subigitare* enim aut *ſubagitare* eſt: per laſciuiam nequiter adtrectare — 103. *quicque* quidque — 111. *electaret* expiſcaretur, quae reſciſcere eum non vis.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. 2. iisdem verbis leguntur Rud. 3. 1. v. 1 et 2. — 1. *ludum alicui facere* moleſtum ei eſſe Truc. 4. 2. 46. ludum alicui facere *clamore in via.* Moſt. 2. 1. 80. explicatur v. 84. *ſarcinam inponam ei* cura et moleſtia eum adficiam. Rud. 3. 1. 1. v. 3. ne dormientes quidem (dii) ſinunt quieſcere — 2. pro *ſomnia in ſomnis* Paſſeratius vult *omina in ſomnis* — 4. *egi ſatis* pro *ſategi* rerum mearum, i. q. ſequens: fui *exercitus* obcupatus — 7. *ambo* pro *ambae.* Sic et Ciſt. 2. 1. 49. *ambo* matrem filiamque — 10. *ea Simia* de mare, quippe cui v. 15. vxor eſt. *Simiam* autem et v. 24. *haedum loqui*, in ſomnio quidem mirum non eſt — 13. ſe *flagitium* indignam iniuriam *et damnum feciſſe* paſſum eſſe — 15. *ambadediſſe* ex *am* circum, ab omni parte *adediſſe* adroſiſſe. Acidalius ſibi iocum neſcio quem videtur animaduertiſſe, quod ſonus vocis *ambo* in eo verbo ſit, cui obponatur *vna* — 21. *bene velle illi viſus ſum* in ſomnio quidem cupiebam gratum Simiae facere — 32. pro *poſtquam illic*, in portu, Camerarius legit *hic* in vrbe. Scioppius ſe excogitare poſſe negat, quid ad portum negotii habuerit, niſi vt de reditu filii cognoſceret: eam vero ob cauſam *τὸ illic* non repudiarem, quod multi multis in locis negotia habere poſſunt, quae alii excogitare nequeant; ſed *atque ego*, ſtatim conſpicor nauem, magis defendit *τὸ hic* in vrbe. Dicit; ad portum ſe abiiſſe, poſtquam hic, in vrbe, quod voluerit, transegerit, aduenientem vero deinde in portum confeſtim vidiſſe nauem, qua filium audiebat heri aduectum eſſe — 34. *neſcio qui*, qua ratione, cur hoc in mentem mihi venerit, quum, filium iam in vrbe me quaerere, poſſem cogitare.

IN ACTVS II. SCENAM II.

7. *Piſtus* eſt nomen villici, quod qui non animadverterunt, pro *Piſto* poſuere *praeſto* — 10. *lites iudicandas* intereſſe me oportere tribus diuerſis cauſis diſceptandis — 13. non ad poſterius *quid ſit?* ſed ad prius *quid*

Digitized by Google

agis? respondet Demipho: (ago) *quod miserrimus* (agit), miserrimus sum — 19. *Acheruntícus* cf. Mil. 3. 1. 33 sqq. — 20. pro *vetus* Lambinus coniicit *vietus* — 24. *quum extemplo* simulac, vid. Most. 1. 2. 18. — 25. *repuerascere.* Prouerbium: bis pueri senes! Theopompus Comicus *δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ* — 26. *bis tanto valeo, quam valui prius* bis plus sentio ac sapio, quam olim. Respondet versui 24 — 33. *ternas* literas *a m o!* — 37 ad 41. ineptissime senex dicit, se omnem alium, praeter noui amoris sui, sensum amisisse; amando prius perituram, quam ab amore hoc iri abstractum — 49. *hoc non* i. e. *ad hoc n.* Alii: *ne sis me obiurga hoc, non* etc. vt *hoc* sit *propter hoc* — 51. *ne dii siuerint μὴ γένοιτο,* absit — 61. *aduexe* aduexisse.

IN ACTVS II. SCENAM III.

4. *proprium.* Aduersa queritur esse sibi *sempiterna,* nunc, quod cupit, non euenire *proprium* i. e. sempiternum, perpetuum. Sic Most. 1. 3. 68. amatorem *proprium.* Trin. 5. 2. 6. — 11. *animi decem* multae variae cogitationes, consilia — 13. *tantus meo est error animo* ita incertus sum, ex alia in aliam distrahor sententiam — pro *error* quidam *terror* — 14. 15. *dum, dum* pro: mox, mox, *dum* perplacet, *dum* non placet — 18. *quemadmodum* qualem *existimet me,* ad pristinam luxuriam iudicabit me reuolutum — 20. *domo* doctus, pro: in domo paterna iam olim. Sic Amph. 2. 2. 7. experior *domo* pro *in domo* mea — 26. *musca* est meus pater, i. e. ad inuestigandum curiosus est — 28. quin *ibi* illico adsit. Meursius quin *tibi* etc. eleganter quidem — 29. pro spes *certa* Scriverius coniicit *creta* — 31. *attate* interiectio est in re subita et trepida — 33. *recte pater!* Sic apud Ter. Hec. 3. 4. 4. matri roganti: quid es tam tristis? Pamphilus respondet: *recte mater!* ad quem locum Donatus: sic loquimur, quum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Hic ergo Charinus: *recte pater!* i. e. nihil magnopere est, quo commouear — 34. *quod commutatus est color* quod pallet v. 39. viso patre expalluisse iuuenis videtur — 35. minus sum hilaris, licet non possim dicere, qua de causa — 36. *postea* praeterea — 37. 38. *magis* vulgo, cum *opinor* iunctum, tribuitur Charino. Cum Guilielmo autem, quem et Pareus sequutus est, distinxi DE. *nunc oculi terram mirantur tui magis* (terrae, quo diu caruisti, adspectus

Digitized by Google

omnem mentem tuam obcupat) *Char. opinor* — 40. *mandatis rebus praeuerti volo* quae mandata mihi ab aliis sunt, persequenda sine vlla mora puto. Capt. 2. 3. 99. *ei rei* primum *praeuerti* volo — a versu 44 ad 50 vterque loquitur secum. Vterque intelligit, alteri amorem suum nondum suboluisse — 52. *sciscitare* vsitatius *sciscitari* — 55. *nausea* vulgaris morbus insuetorum nauigandi — 57. *non mala* valde pulcra — 64. circumlocutio coquae. *quae habeat coctum cibum* quae cibum coquat — 73. *obcentent ostium* vid. not. ad Curc. 1. 2. 57. — 74. *inpleantur* cum genitiuo *elogiorum*. Sic Aul. 3. 6. 15. omnes angulos *furum inpleuisti*. Men. 5. 5. 3. me *compleuit flagitii* et *formidinis* etc. — *inpleantur meae fores elogiorum carbonibus* quae elogia carbonibus scripta sint, seu: ab amatoribus ancillae, qui ostium obcentauerint, non receptis, inscribatur foribus carmen aliquod — 79. matri ancillam emam *non malam* nobis vtilem *forma mala* sed eam non formosam — 84. *redhibere* redhibiturum, renumerata pecunia recepturum — 87. pro *efferri* recte opinor Pistoris *adferri* — 90. pro *illam* Boxhorn. mauult *ancillam* — 95. post *at ego* plus licitaturum interpellat filius *quin ego* te non sinam licitando vincere — 97. *quo vertisti* auerterat se Demipho, quasi nutum eius obseruaturus, cuius nomine se licitari mentiebatur — 99. *infelicent* vid. Cas. 2. 3. 30. — 101. *commodis* iusti ponderis. Asin. 3. 3. 135. viginti argenti *commodas minas*. Rud. 5. 2. 31. *talentum* argenti *commodum* — 102. *nequidquam poscit* plus licitando mecum contendit — 103. *quinquaginta poscit* minis sibi emi — *non!* stomachose pronuntiatum est: *non* me vincet licitando! *centum datur* si vel centum minis velit emi! — 104. 105. 106. non vult filium porro aduersari sibi patri, et suo simul ipsius commodo — 107. *efflictim perit eius amore* Cas. Prol. 49. *efflictim* vehementer *amat puellam* — 112 sqq. effugere vult filius eo, quod *eam mancupio non adceperit* quod ipsi non propria data sit soli, sed quod v. 114 et 118. *illa communis sibi sit cum alio quopiam*, qui 115 et 120 *venire ne eam velit an non velit* incertum sit, et 118. *qui nunc non adsit*, cui tamen, 117. *rem suam in manu esse* vt vendere eam aut non vendere possit, aequum sit. Hoc vero pater refutat: tu tamen v. 91 sqq. inueni alicui emere eam voluisti, et licitando mecum contendisti, eoque prodidisti, venalem eam esse, eumque alium, qui communis tecum dominus sit, vendi

Digitized by Google

eam velle — 125. pater ludit filium, qui, vt effugeret, v. 42 et 51 rebus sibi mandatis praeuertendum esse dixerat — 127. *bitas* eas.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

1. Pentheum, Thebarum regem, ob spreta Bacchi sacra a Bacchis, in iisque ab ipsa matre et materteris, discerptum fabulantur esse — *nugas maxumas fuisse credo* non negat, id olim esse factum, sed *praeut quo pacto ego diuersus distrahor* Penthei mala comparata cum meis nugae sunt. crudeliori se tristiorique, quam Pentheum, ratione discerpi queritur — 5. *id* exclusum ab Aldo, Camerarius restituit. Elegantius, opinor, exclusum fuit, at verius tamen ob codicum consensum restitutum — 8. *non tu scis* etc. non interrogantis, sed lamentantis verba sunt: nescis, quam ego miser sim! — 11. *tuis ingratiis?* te inuito hoc me scire dicis? Interrogare Eutychum puto, quod v. 13. dicit: *tute heri ipsus mihi narrasti:* qui videor tibi *nimium* scire, quod ex te audiui ipso? — 13. *satin vt* oblitus fui: oblitus *sane* fui — 17. *patri sublinere me os tuo* me patrem tuum decipere. vid. Capt. 3. 4. 123. — 18. *qui potius* velim te ire, *quam voles* non ire, sed volare te cupio — 19. *auro expendas*, vt Bacch. 4. 4. 1. auro contra ponderes. Rud. 4. 4. 43. expendere idem est, quod exaequare: aurum auro expendetur, argentum argento exaequabitur — 22. alterum *tanti πλεονάζει* — 25. *aliquid fiet* in casu aliquo spem putat ponendam, qui saepe in rebus humanis plus valet, quam ratio. Ter. Andr. 2. 3. 24. *interea aliquid adeiderit boni* — 26. *iam istuc: aliquid fiet! metuo.* Sic Ter. Andr. 2. 1. 15. quum Charinus dixisset: *interea fiet aliquid, spero!* Byrrhia respondet: *id aliquid nihil est* i. e. fallacissima solet esse spes, in casu posita — 26. *muto imperas* ex iis, quae Eutychus v. 27. dicit: *aliud cures* et v. 29. *ego fecero* et quae Act. 3. sc. 4. narrat, voluisse eum certe gratum amico facere adparet. Quare τὸ *muto imperas* est: licet taceam, imperium tamen tuum exsequar — 27. *aliud cures* satis mandatum est, nec a me negligetur — *non potest* fieri, vt hanc ego rem curare desinam — 29. *melius* tibi consulueris, si *sanus sis.*

IN ACTVS III. SCENAM I.

9. Aldina: *laborioso;* Camerarius restituit *laborioso* — 13. *malis bene esse solitum est* malae mulieres bene rem

Digitized by Google

ſuam gerere ſolitae ſunt. Taubmanno et Palmerio Plautus riſum captare videtur ambiguitate *malis eſſe* pro *maxillis edere*. Vix credo, mulierem modo flentem voluiſſe iocari; videtur potius dicere, vſu ſe Rhodi eſſe edoctum, malis mulieribus melius eſſe ſolere, quam bonis, quod, ſi Athenis quoque ita fieret, bonae ſibi fore perēundum — 20. *ſubtemen* pars interior panni, quae ſubit ſtamini — 26. pro vulg. *ovem tibi ancillam* cum plerisque codd. poſui *eccillam*, quam, licet vetulam, laudat tamen *generis eſſe graeci*, quae, Plinio 8. c. 48. et Colum. 7. c. 4. teſtibus, ob lanarum praeſtantiam domi fere alebantur, non foris. Recte vero iudicat Gruterus, adludere Lyſimachum ad Demiphonem, ſexagenarium, Graecum, et cui erat, quod detonderetur. Senes amantes Bacch. 5. 2. 3 ſqq. oues vocantur haud ſordidae — 30. *ne tu fruſtra ſis*, ne tua te fallat opinio. vid. Mil. 5. verſ. 29. — 31 ſqq. Lyſimachus *herum* intelligit *maiorem*, puella *minorem* — 40. *limare* Nonius: coniungere; Vetus Lexicon: ſociare, *συνουσιάζειν* — 44. *nam illi* ſeni *dentes exciderunt*, ſed edentulo manſuro. *Puerum* vocat, quod et ſeptennibus dentes excidere ſolent, ſed iis reſarciendi — 46. *praehiberem* praeberem. Perſ. 4. 3. 11. hoſpitium iſti praehiberi volo.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *vt* amore iuuenculae *me* opes, famam, vitamque ipſam *conrumperem*. Apud Ter. Eun. 1. 1. 28. iuuenis quidem dicit: prudens, ſciens, viuus videnſque pereo; hic vero ſenex acheruntieus! — 3. *antiqua recolam* quod iuuenis ſolebam, libidini indulgebo — 4. *decurſo in ſpatio*. Sic Ter. Adelph. dram. ſecund. Prol. v. 6. *prope decurſo ſpatio* — *demum igitur* vide Caſ. 2. 2. 40. — 10. *dum poteſtur* coniectura Camerarii et Lambini. Codd. habent *dum potes* ſeu *dum poteſt*, praeterea inrepſit: *ſi vales* id.

IN ACTVS III. SCENAM III.

6. *veruex*. Sic Caſ. 3. 2. 5. verueces adpellantur ſenes ad Venerem inepti — 7. *prius atque* quam *ades* adis ſeu adeas — 12. *quodne ames* num peruerſe facies, ſi oſcaleris, *quod ames?* — 13. *ieiunitatis plenus* qui ieiunus es, nihil adhuc guſtaſti, vnde *animo foetida*, quod Graeci vocant *πρωτείας ὄζειν*, quaſi *ieiunium olere*. Pro *ieiunitatis plenus* alii *iam plenus aetatis*, de ſenectute vero verſa

Digitized by Google

ſequenti — 14. *ſenex hircoſus* Laur. Ramirez explicat: cui grauiter oleant axillae. Sic Sidonius: *ſpecus alarum hircoſos* — 17. *vnum factum hoc ſi cenſes* fieri debere putas, mihi ſuades — 23. *locum illi* vbi habitet.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

1 ad 4. v. Perſ. 5. 2. 21 ſqq. — 6. *ſi obprimet pater* ſi non patietur eripi puellam amico ſuo, quod 2. 3. 122. minatus eſt — *exſulatum abiit ſolus* perdita eſt. vid. Prol. v. 43. et Curc. 4. 4. 3. — 8. *podagroſis pedibus eſſet* Palmer. *iſſet* — Fortuna cenſebatur *ſpectatrix* atque *hera θεσποινα* hominum. Ennius apud Cicer. Offic. I. *vosne velit an me regnare hera.* Et alii dii ita vocabantur. Catull. carm. 64. *hoſtia coeleſtes pacificaſſet heros* et *temere inuitis ſuscipiatur heris* — 14. *numquid* ſpei *reſtat* — 15. *pectus* meum *ardet*, *haereo* inter ſpem metumque ſuſpenſus — 16. *recipias anhelitum* animam, prius quam reſpires. Sic et Epid. 2. 2. 21. — 20. *inpetrabilior* actiue: qui facilius, quod vult, inpetret. Moſt. 5. 2. 40. — 21. *nusquam gentium* es: plane periiſti — 24. *ad capita rerum perueni* dic ſummatim — 26. *capital* capitale facinus *facis* — 28. *ſirint* ſiuerint — 29. *nullus eſt* ſupereſt mihi animus, *quem* — 32. *montes mali ardentes*. vid. Epid. 1. 1. 78. — 34. *nec tibi diuidiae eſt*. vid. Caſ. 2. 2. 11. — 39. *iſtuc, quod nunc agis* age, vt miſer ſis, quem te vocaſti — 41. *euge papae* ironice laudat — 43. licet tibi credere, quod libet, mihi dicere licet, quod verum eſſe ſcio — 47. *lapidi maximo* homini ſtolidiſſimo — 54. *varus* vid. Mil. 3. 1. 128. — 55. *panſa*, *πλατύπους*, latipes — 56. *theſaurum mali* hominem peſſimum. Nonius: theſaurus etiam peſſimae rei copia dici poteſt. vid. Amph. 4. 4. 13. — 61. 62. *Megara*, caput Megaridis, regionis, quae Atticae finitima eſt — *Eretria*, *Chalcis* Euboeae, *Corinthus*, *Sicyon* Peloponneſi, *Gnidus* Cariae vrbes nobiliſſimae, *Creta*, *Cyprus* maiores inſulae, *Zacynthus* Ionii, *Lesbus* aegaei maris inſulae, *Boeotia* Helladis regio — 64 ad 72 recte quidem: otii cum labore citius, quam loci, mutatio animum ſanabit amore aegrum. Heautontimorumenos Terentianus filium amantem increpat: *nulla adeo ex re iſtuc fit, niſi nimio ex otio!* — 78. *praeconum quantum eſt* quotquot praecones hac in vrbe ſunt — *iubere conduci* conducendos curare, ad mulierem per omnes vrbis vicos inueſtigandam.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM I.

2. *feci ingenium meum* feci, vt ſoleo, vt aduorſatrix marito meo ſim. vid. Ter. Hec. 2. 1. v. 1 ſqq. viris aduerſas eſſe, ſtudium, et pertinacia eſt mulierum, nec declinatam ab aliarum ingenio reperias vllam — 7. *annos octoginta et quatuor* fero. Men. 5. 2. 6. *aetas mala merx mala eſt tergo!* — 11. *da ſane* in aram inpone — 12. Apollo προστατήριος vel ἀγυιεύς cuius ſtatuam conſecratam ante aedes ponebant — 24. *Alcumena* vel Plauti ex Amphitruone ſatis nota, indigna quidem, cuius nomine quaeuis adpelletur pellex, caſta nimirum, ſi per lovem fuiſſet licitum.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

5. *hortator* remigum, κελευστής. — Acidalius, metri cauſa, poſt *ſolet* inſerendum putauit *olim*. Satis quidem latine poſſet recipi; ſic Mil. 1. 1. 2. clarior, quam ſolis radii eſſe *olim*, quum ſudum eſt, ſolent. Poen. 1. 2. 143. tranquillum, quam mare eſt *olim*, quum ibi alcedo pullos educit ſuos. Truc. 1. 1. 46. lenonum et ſcortorum plus eſt, quam *olim* muſcarum eſt, quum caletur maxime: hoc vero loco haud ſcio, an neceſſario recipiendum fuerit.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

3. *commendas* loquitur ad ſe ipſam, ſed v. 4. rurſus *detuli* perſona prima — 11. *vidit* vxor mea Paſicompſam! — 12. *pol hoc eſt* hac cum muliere vt eſſet, haec fuit cauſa *ire quod* etc. — 14. *ſuus vir vxorem ſuam* pro: vxorem ſuam eius vir; ſed, quod *vir* prius ponere volebat, quam *vxorem*, non locum habebat *eius vir* voce non praecedente, ad quam *eius* referretur: pro *eius* igitur poſuit *ſuus* — 15. *vrbani fiunt ruſtici!* mulier, toruo minacique vultu tacita adſtans, ſalutantem non reſalutat, quare *vrbani* tu mulier, cuius in vrbe educatae vrbani deberent eſſe mores, *fiunt ruſtici* ruri aliquamdiu commorata mores ſumſiſti ruſticos — 15. 16. *pudicius* magis pudori equidem conſului, quam tu, qui rus venire noluiſti — 17. *num quid delinquunt ruſtici?* num ruſticorum eſt, quibusdam in rebus delinquere, atque, quod deberent, non curare? h. l. quum: num ruſticorum eſt, ſalutantes non reſalutare? tum ſimul tecte: num ruſticorum eſt, leuiſſima quauis in ſuſpicione furere prius, quam rem, qualis ſit, antea cognoſcere? — 19. *quid autem vrbani deliquerunt?* qua in re ego, qui vrbanam vitam colo, deliquiſſe tibi videor?

Digitized by Google

Adparet, Lysimachum velle, vt vxor ipsa de Pasicompsa loqui incipiat, expiscaturum, quo eius praesentiam ea animo ferat, vtrum percontata iam sit, eam non esse amicam suam, an loquuta cum ea nondum sit. Mox vxorem intelligit, quae res sit, adhuc ignorare, ipsumque suspectum habere — 21. *quoia* cuius, quid negotii ei in aedibus meis sit — 22. *tu me tentas sciens* dissimilas, te, quae ea sit, scire, quae vnde sit, et tu scis, et ego rescisca — 23. dicturus, qnae ea sit, incipit *illa*, et iterum incipit *illa*, sed semel iterumque haesitat, nec vicinum prodere vult, nec ipse, qui consulat sibi, reperit — 24. *haud vidi* eam *magis* vmquam antea, quam hodie — 26. *vrges* interrogando *quasi pro noxio* quasi in peccato conuictum — 27. *scio* ironice *innoxius* tu quidem es! — 31. *iohia* vocula putatur esse inridentis. vulg. *io! illa!* — 32. homo perturbatus quid velit, quid dicat, nescit. *Iam si nihil vsus* (opus) *esset* me, quid rei sit, reticere, ne fidem fallam, Demiphoni datam — nunc exspectatur: *iam dicerem;* sequitur autem *iam non dicerem* quod mulier aliter intelligere non poterat, quam *tamen non dicerem.* quid mirum est, quo se perturbatiorem ostendebat, eo suspectiorem a muliere esse habitum — 35. Qui iudices erant capti in consilium aduocabant amicos, quo rem verius iudicarent meliusque. Sermo igitur mulieris amarae est inrisionis plenus: quo melius rem cognosceres, ream ipsam vocasti in consilium! — 36. *immo sic* (hac lege) *sequestro mihi data est* interuentor sum, *μέσος, μεσέγγυος*, cuius fidem vtraque pars sequatur. Mulier apud me deposita est — 37. *nihil hercle istius quidquam est* non est, quod, ob istam, in suspicione aliqua tibi sim — *numero purgitas* nimis cito, nondum enim adcusaueram te. Cas. 3, 5, 21.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

4. *id habet pro cibo* eius vnius suauitate tenetur captus, ne cibi quidem capiundi memor. — 6. *onustos* saturatos — 15. *filum* lineamentum, figura *mulieris*, *satis scitum* mulier haec formosa satis est — *virum hercle avet* amat — Coquus animaduertit, non amicam hanc, sed vxorem senis esse, at malitiose errorem simulat, et mulieris formam amoremque viri laudat — 16. *dioreotus* in malam rem. vid. Capt. 3, 4. 103. — 28. *ni* pro *ne*. *ni metuis* est; *metuisne* tu istanc? — *sapio* est: metuo eum, in eoque *sapio*, *nam* etc. — 29. *vin me* meam in coquendo operam *expe-*

Digitized by Google

riri? Pro *experiri* Palmer. volebat *expediri* — 33. 34. *incommodi si quid tibi euenit* incommoda si mulier tua intervenit — 38. *dum illi* discipuli *ponunt* opsonium — 46. *obductari* in conspectum adduci — 51. post *quidquam cum illa* addere vult *rei habuisse*, in mentem autem venit, impedire prius, quo minus socer arcessatur.

IN ACTVS IV. SCENAM V.

7. *alumnus* dicitur, et qui alit, et qui alitur. h. l. Eutychus dicit *tuus alumnus* passiue puer olim a te nutricatus; Syra vero *alumne* quem puerum ego nutricaui, — 9. in ipso quidem temporis articulo rediit, quo sua familiaeque salus reditum eius poscebat — 10. *quid istuc negotii est* quid adcidisse potest, quod reditum eius tantopere requireret? — *bellissimus* ironice — 11. *quomodo* hoc crimen potes in patrem meum conferre? — 13. *istarum operarum esse* istiusmodi vitiis esse deditum. — De tribus versibus, quos vett. edd. scenae huic adtexuut, atque de scenis, quae eam excipiunt, omnibus diuerso charactere expressis, vide Argumentum.

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

3 et 11. *scortum ducere* est: scortari. Men. 1. 2, 15. vero additur *ad coenam* — 4. *impune est viro* Cato apud Aul. Gellium l. 10. c. 23.: "in adulterio vxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares; illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque ius est." — 5. 6. *vxor si* etc. *exigitur matrimonio* ergo non sine repudii causa, vt Cic. Phil. 2. Mimam suas res habere iussit, *ex XII tabulis causam addidit*, eiecit. Festus *repudium* ait dictum, quod sit *ob rem pudendam* — 8. *vxor bona contenta est vno viro.* Hor. 3. od. 24. dos est magna parentium virtus, et metuens alterius viri certo foedere castitas.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. Nuptarum circa limina curam vide Cas. 4. 4. 1. hoc vero loco a iuuene, in perpetuum abituro exsilium, liminibus domus paternae religionis aliquid tribuitur. Salutat ea, quorum praecipuus deus erat *Limentinus* — 5. *familiae Lar pater.* vid. Aul. Prol. v. 2 sqq. et 2. 8. 16 sqq. — 12. *non est cupita ciuitas.* Sic Meursius, Gronov. aliique. Camerarius, Lambinus, Taubmann. legunt *cupida* et explicant cupienda. Vtraque lectio in codd. reperitur.

Digitized by Google

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. 2. *Diuum atque* etc. vtrosque versus, quibus hic Eutychus vtitur, 3. 4. 12 sq. proferebat Charinus, vbi vide notas. deprompti versus e poeta vetere, in ora vulgi videntur peruenisse — 3. *fuat* sit. Alii legunt *fiet*, alii *fiat* — *ecquis nam* quisnam: num quis deus ita laetus esse putandus est, vt ego nunc sum? — 4. *domi* meae *erat* Pasicompsa, *quod* quam *quaeritabam* foris, ibique igitur *sex* etc. — 5. ita satis feci *amico*, vt in *ciuitate* sua *laetus* in *ludo iocoque viuere* posset — eodem modo explicandi sunt versus 7 et 8. — *simitu* simul — 9. *conueniendi eius celerem copiam* copiam Charini mox conueniendi — 10. *abiicio superbiam* qui adhuc non sine comitatu iter faciebam, nunc abiens eum non desidero — 11. *ego mihi comes* solus eo, *calator* ipse mihi, ministrabo etc. — 18. *vlla amnis* Nonius et Priscianus docent, veteres vocem *amnis* et feminine protulisse, v. c. Varro R. R. 3. 5. 9. *altera amnis* — 19. *calor* si cum quibusdam adplicemus *τῷ obsistet*, masculinum manet, rectius vero cum *metuo* iungendum videtur, vt neutraliter positum sit. Iunius certe Philargyrus ad Virg. Georg. 2. 349. hunc versum ita citat: neque frigus, neque calor metuo etc. — 21. *non concedam* non, quiescendi causa, in locum quempiam secedam — *interdius* saepe pro *interdiu*. Aul. 1. 1. 33. Most. 2. 2. 14. — 22. hoc si fecisset iuuenis, mortem certe prius inuestigasset, quam amicam. — 23. *vox ad aurem mihi aduolauit* audiui nescio quem loquentem. Amph. 1. 1. 169. iisdem fere verbis: vox mihi ad aures aduolauit — 24. *Lares viales* peregre abiturus deos inuocat, qui viis praeerant, *θεοὺς ἐνοδίους*, eosdem fere cum diis *semitalibus*, *diis viis*, *diis biuiis*, quo in numero Mercurius in primis colebatur — 24. *tutetis* cum Nonio et olim cusis retinui. Quidam *viuetis*, Camerarius finxit *inuetis* — 32. *sol* dies abit. Bacch. 5. 2. 85. *it dies*. Pseud. 1. 3. 12. *it dies* — 34. *Versoria*. Turnebus: funis, quo vertitur velum secundum auram; Alciatus: instrumentum est nauticum, quo secundum auram nauis vertitur; quare *versorium capere* ab incepto aliquo desistere, aliam viam ingredi. Vt Trin. 4. 3. 19. *cape versoriam*, *recipe te ad herum*, sic hic: v. 34. *cape versoriam* v. 37. *recipe te ad terram huc* — 33 ad 39. abeuntem manebunt quaeuis tristia, redeuntem gaudia, quae vna omnium maxime cupis — *hic* apud nos v. 35. *Fauonius serenus* v. 36. *tranquillitas*

Digitized by Google

v. 39. *coelum ſplendere plenum* — *iſtis* peregre 35. *auſter imbricus*, 36. *fluctus conciti*, 38. *nubis* (nubes) *ater* (maſculine). Alii: nubis atra imberque — 40. *religionem illic obiecit.* Eutychus a verſu 36 ad 39 coelum ſodali monſtraſſe videtur, ab ea parte, quo ille properabat, nubilum forte, ab altera vero parte, vnde fugiebat, ſerenum ſplendidumque, quibus omnibus a fuga ſe deterreri patiatur — 46. *quid eſt?* in plerisque codd. non eſt — 48. *quo ego* loco eam eſſe *ſcio* — 56. *nullus viuit* pro *eſt.* Sic Trin. 2. 2. 189. *lepidus viuis* pro *es.* Amph. Prol. 75. *victores viuere* pro *eſſe* — 59. *vt tibi*, niſi interpellatus, additurus erat *dicerem*, quam vocem nonnulli in textum inſeruerunt — 61. amatoribus quicumque locus videtur pulcer, vbi amicam ſuam verſari ſciant. Hic Charinus *aedes* laudat *probas* et *pulcre aedificatas*, non, quia tales eſſe ſcit, ſed, *ſi tu vera dicis* ſi verum eſt, Paſicompſam in iis eſſe — 62. *vidiſtin, an de audito nuntias?* Sic Bacch. 3. 3. 65. quin *vidi*, non *ex audito* arguo. Aliqui *de auditu*, alii *audita* — 63. *inique. rogas* ſatis tibi eſſe poterat, me, eam ibi eſſe, vidiſſe: quid intereſt tua, ſcire, a quo adducta eo ſit? Pudebat nempe Eutychum, fateri, a patre ſuo adductam eam eſſe; diſſimilat vero, ſe hoc ſcire, iniquum potius dicit, diffidere eum ſibi, teſti oculato. — 66. Quidam habent *iſtuc nuntium* — *opta* etc. iocatur Charinus: ipſe optabis ea potiri — 67. *quid* mea referet, *ſi optabo* — *vt* dii *eius* Paſicompſae *faciant* tibi copiam — 69. *ornatum* chlamydem, qua Graeci, vt Romani paenula, iter facientes vtebantur — 71. *atque haec* cetera, quibus ad iter inſtructus ſum, machaeram v. 85. ampullam 86. etc. — 72. *itiner*, apud Lucretium quoque et Varronem etc. obcurrit antiquus nominatiuus *itiner*, a quo *itineris* etc. ſunt, ſicut ab *iter* veri caſus obliqui *itere* etc. reperiuntur — 80. *commoratur* me, quae vidiſſe vult, confinxit, vt abiturum me retineat — 84. quod verba mihi dari ſenſi, *zonam*, in qua viatores pecuniam condebant *ſuſtuli* ſumſi — 85. *machaeram* in vrbe enim nec Graeci nec Romani gerebant gladium — 86. *ampullam* vas ventrioſum, plenum oleo, quo pedes vngebant, antequam calceos induerent. Heſychius: ἠλείφοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὰ ὑποδήσασθαι. Hinc apud poetas λιπαροὶ πόδες. Perſius: Iam pueris *pellem* (zonam) ſubcinctus et *oenophorum* (ampullam) aptas — 90. *in currum eſcendi* i. q. adſcendi. Men. 5. 2. 110. eſt: in currum

Digitized by Google

insecendere — 92. pro: exsilium *parat*, editio Mulingii habet *imperat* — 97. nugari pergit: *percontatus* in Cypro Pasicompsam *non inueni* — 99. *hospitem Zacyntho* Zacynthium — 102. *Zacyntho ficos fieri non malas* loquitur, quae non sunt in rem meam — 104. *Calchas* Graecorum in bello troiano vates. h. l. verus vates — 111. *calces deteris* nimis cupide et properanter vestigia mea premis.

IN ACTVS V. SCENAM III.

De versibus vndecim, qui veteribus in editionibus leguntur praescripti, vide Argumentum — 1. Lysimachum adparet Demiphoni intus exprobrasse libidinem, marito quidem non ignoscendam, quae crimina hic in ipsum conatur retorquere — 3. *tota in fermento iacet* iracundia turget. vid. Cas. 2. 5. 17. — 4. *expurgationem habebo* purgabo te apud vxorem tuam.

IN ACTVS V. SCENAM IV.

1. *ad patrem ibo* Eutychus Charino dicit, Lysimachi in aedibus restitanti — 4. *certe dextras nunc iam* tu et mater mea iungetis — 5. *tibi* Demiphoni etc. — 8. *τὸ ſi* MSS. non habent. — Mirum quantum discrepant viri docti in versu hoc constituendo. Retinui equidem cum Gronovio lectionem, a Camerario e MSS. erutam. Sensus: ni fallor, est: *genus* nobilitatem generis *genere capiunt* sine vllo ipsorum merito debent aliis, quibus prognati sunt, *ingenium* vero, mentem suam, *suapte culpa improbant* improbam esse, ipsi sceleſtis produnt facinoribus — 10. *eo illud verum est magis* quo magis tu, quod dixi, verum adnoscis, eo te improbiorem esse ostendis — 15. quod si esset, si matri eam emisset ancillam, num hoc excusaret tuam senis lasciuiam? — 16. *altrinsecus* altera ex parte, quae vt inuenis dixeris, ego senex confirmabo — 20. *etiam loquere* videri vis parens filii cura et amore tangi *larua* tu homo nihili? — 24. *conuenit* est: decet, quo verbo obiurgans bis paullo ante vsus erat, quare *decet* in mente adhuc habuisse putatur, quum diceret *aetatem*. Quae iuuenibus putantur ignoscenda, ea senes nullo modo decet facere — 28. *vobis habete* eam *cum porcis, cum fiscina* prouerbium olet, quo se puellam illam totam filio concedere et tradere significat. Salmasio videbantur *porci* graecum *πορκοι*, retia seu nassae potius, *fiscina* autem vas vimineum, in quo pisces reponuntur capti. Esset igitur:

Digitized by Google

habete eam cum porcis, cum fiſcinis cum inlecebris, quibus viros inretitos tenet. Alii pro *porcis* legunt *ſportis*, et explicant prouerbium: habete rem ipſam *cum vaſis*, quibus continetur. Alii cogitant *ſportam* et *fiſcinam* quam mulier ſecum adtulerit. Alii *ſcropham*, quae vna cum *porcis* venditur, et cum *fiſcina*, qua ſtercus ex hara efferri ſoleat etc. — 30. *temperi* ironice: hoc dudum facere debuiſſes — 36. Eutycho pergit loqui: *hunc ſenem δεινοτικῶς* me, et tamen addit *me para me clientem* filii, ne vxorem meam de omni hac re certiorem patiatur fieri — 37. deprecari ſolemus, vt, quod filius deliquerit, pater adoleſcentiae eius ignoſcat; hic, vbi pater a filio veniam inpetrare cupit, Lyſimachus Eutychum, acerbiſſime iocans, orare iubet Charinum, vt adoleſcentiae patris ſui ignoſcere velit — 38. *pergin' tu autem* me criminari? — *ſuperbe inueheris* in me, quaſi adcidere nequeat, vt eodem tu, quo ego, modo delinquas! — 40. *iſtas artes* amores meretricios — *nihil* dicis — 41. adſuetus his artibus, miſſas non poteris eas facere — 56. *quas leges teneant* pro: quibus legibus pareant, Gulielmo vix videtur Plauto dignum, quare mutat: *qua ſe lege teneant* — 59. *cum eo hac lege agemus:* ei poenas legibus indictas infligemus. — *inſcitum* iniquum eſſe, ſi, qui ex rebus amoenis et voluptariis exaruerit, (Mil. 3. 1. 46.) iniuriam inferat meretrici, iuuenibus relinquendae — 60. *per nos* egebit: nemo ferat opem — 62. *quod bono fiat modo* modo ne fiat contra leges, et ſupra modum — 63. *praehibuerit* praebuerit.

COMMENTARIVS IN PLAVTI PSEVDOLVM.

IN PROLOGVM.

1. *bona in ſcenam* Gulielm. *bonam ſcaeuam* i. e. auſpicato, bono et liquido auſpicio. *Scaeua* vt *laeua* Romanis ſunt felicia, *bona ſcaeua* auſpicium bonum. vid. infr. 4. 7. 39. — 8. *fugitare* h. l. non a *fugere*, ſed a *fugare*;

Digitized by Google

fugitaſtis in fugam dediſtis, *lege* peruerſos mores, *legionibus* hoſtes: domi militiaeque — *ſubceſſa bona* plerisque ſunt: quae bene ſubceſſerunt, euentus proſperi, vt Cic. filius ad Div. 16. 21. quum omnia velles mihi *ſubceſſa*, Ovid. Metam. 2. 730. *ſubceſſorumque* Minervae. Aliis *ſubceſſis* eſt partic. paſſiu. fugaſtis malos ita, vt hominibus malis ſubcederent boni. Nempe *ſubceſſus* eſt, qui ſubceſſit, vt *disceſſus* qui diſceſſit — 13. *ventre raſo*. vt caput raſum eſt, cui deſunt capilli, ſic *ventrem* iocoſe vocat *raſum* cui deeſt cibus — 14. famelicis fabula non erit riſui, qui, quum cibum non habebunt, quem mordeant, fabulam *mordebunt*, vituperabunt. — 20. 21. *vbi* ſicut in fabula *lepos, ioci* etc. *decent* — 22. *qui* ibi *quaerit alia his* diuerſa ab his. Sic enim cum Gulielmo legendum puto, pro *alta, is* — 23. *vt otioſi hodie* tamquam otioſi hodie ad operam nobis dandam — 24. *exporrigi melius eſt lumbos* qui negotioſi ſunt, eos ſurgere et abire melius eſt. Epid. verſu vltimo: *lumbos ſurgite* abite.

IN ACTVS I. SCENAM I.

3. 4. Vſitatius quidem Plautus ſcripſiſſet *parſiſſem laborí meo, tuo*, Aulus autem Gellius 20. 6. teſtatur non ſolum, ſe *mei, tui* legiſſe, ſed defendit etiam lectionem hanc, non a *meus, tuus* eſſe voces has, ſed genitiuos eſſe ab *ego* et *tu*. Nemo *parſiſſem labori patris* vituperabit, vt minus latine dictum: aeque certe latinum eſt *labori mei*, ac graece dicendum eſt *πόνῳ μοῦ*. Feramus igitur, graecam Plautum rationem potius eſſe ſequutum, quam ſeriorem latinitatis vſum. — 8. *tabellas* quae literae infra v. 39 ſqq. leguntur — *lauis* lauas — 12. *prohibeſſit* prohibeat, poſitum cum duplici adcuſatiuo *id te* pro *id a te* — 13. *ſub Veneris regno* virgines iuuenesque Veneris ſub imperio putabantur eſſe, cui ſacra faciebant, icunculasque conſecrabant, cuius irae inputabant, ſi quid amantibus adcidiſſet triſtius — 14. *antidhac* antehac — 15. *ſupremum comitem conſiliis tuis* ad quem confugere ſolebas, vbi neque conſilii locum habebas, neque auxilii copiam — 17. *iuuabo aut re, aut opera, aut conſilio bono.* Sic ap. Ter. Heaut. 1. 1. 34. aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero — 22. *alia* litera *aliam ſcandit* non ſunt literae recta linea poſitae; alia aliam init, vt gallus gallinam, quare literas v. 21. dicit *liberos quaerere* — 23. Sibylla diuinare certe poſſet, quae legi nequeant. Sic

Digitized by Google

Poen. 1. 3. 34. Oedipus desideratur coniector. — 28. *gallina scripsit* inconditis incompositisque literis hae tabellae exaratae sunt — 30. *non adest* animus — *cita* animum — 35. *quantus es* addere vult *perdant*, Pseudolus vero praeuenit *seruassint* — 36. *herba solstitialis* Erasmus de herba ephemero explicat, quod vltra diem non viuat. Hanc vero herbam *aestiuam* potius, quam *solstitialem* vocasset. Christian. Becmannus *herbam solst.* de quauis herba intelligit, quae tempore solstitii nocte frigidiuscula et rorulenta subnascitur, calore vero diurni solis moritur, aut languescit certe — 40. per *ceram* et *linum* literas signatas. v. Bacch. 4. 4. 64. pro *linum* quidam *lignum* — 45. *pro ligneam' salute* pro literis in cera scriptis ligno inducta — 53. *symbolus* tessera lignea, in qua cerae inpressa erat imago alicuius. v. Bacch. 2. 3. 29. — 64. *amantes compares* qui mutuo amant, *σύζυγοι* — 66. *horridularum* Nonius: prominentium; Lamb.: duriuscularum — 68. *discidium* i. q. distractio. *dissidium* animi esse dicitur, *discidium* corporis — *vastities* i. q. vastitas, solitudo: carebimus iis voluptatibus — 69. pro *aut tibi est in me salus* cum Matthaeo Lancio ponendum putaui *haud tibi est in me salus* quod sensus videtur requirere — 71. *quid ames*, *quid similes* verusne amor tuus sit — Camerar. *te* experiar, Douza, Scioppius *re* exper. — 72. *misere scriptum* Callidoro miserationem hae literae commouent, Pseudolus vero *miserrime* non sine summa difficultate legi possunt — 73. pumex humores absorbet, quare pumiceos vocat, quos exorare oculos nequeat, vt lacrumam exspuant — 77. rogante Pseudolo *quid faciam tibi?* Callidor. eiulauerat *heu!* quare Pseud. verniliter iocans *heu?* vt eiulem, poscis? *ne parsis* peperceris, satis quidem et abunde, si iubes, eiulabo, quod versu 79 et 80 ter statim facit — 82. *thesaurus iugis* miseriarum mihi, seruo tuo, magna est copia — 85. nec ipsi mihi drachma (tres grossi) est, nec est, quod vt mutuum sumam, pigneri obponere possim, praeter me ipsum — 87. *me faciam pensilem* suspendam me. Aul. 1. 1. 38. literam longam ex me faciam — 88. *ante tenebras persequi tenebras* ante noctem necem mihi conscisscere — 94. *cucule* h. l. homo iners, consilii inops. Alio sensu Asin. 5. 2. 73. — *viues* i. q. v. 101. te non deseram. Quidam malunt *viue* — 96. *libella* decima denarii pars — 99. quod censes, te lacrumis probare amatorem verum, egregie falleris. Lenones enim quam parum moueantur lacrumis,

Digitized by Google

Dorio docet Terentianus Phorm. 3. 5. 37.: repperi, qui de non lacrumet — 102. *bona* tibi vtili *opera*, *aut hac me* fraude, qua soleo. Alii intelligunt *hac mea* manu i. furto. Meursius explicat: quo iure, qua iniuria possim Gulielmius legi vult et explicat: *bona aui* auspicio liquid *opera mala* aliis damnosa — 105. *supercilium sulit* veter credebant, si pars aliqua corporis suapte sponte subsiliisset mota esset, eiusmodi palpitationibus aut prosperi aut a versi quid portendi — 106. *dictis facta subpetant* respo deant, vt, quae dixisti, effecta des — 107. *mea si commo sacra* meas artes, *τέχνας* meas — 108. *turbellas* seu *tu belas dare* Bacch. 4. 9. 134. turbellas facere, i. q. *turbas* s *turbulas*. Ter. Eun. 4. 3. 11. eunuchum quem dedisti nobi (pro Eunucho, mentitus Eunuchum esse) *quas turba dedit* — 118. *tuum tangam* decipiam *patrem*. Epid. 2. 40. te tetigi triginta minis — 120. *pietatis* meae *caus ego* non iudicabo inpium, si patrem matremque dec peris — 123 ad 126. ridicule monet omnes spectatore iuuenes senesque, ipsosque amicos suos, caueant in hun diem, ne argentum eorum subduretur — 128. *crura* lenoni *mallem* crepuisse, fracta esse — 129. *penitus periurum capu* Muretus mauult *Poenus*, *periurum caput*.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. *male* cum damno meo *habiti* qui sumtum non exe cent suum, laboris sui fructu alimenta non compensant *male conciliati* quos mallem non emisse. Ter. Eun. 4. 4. 2. — 3. *ad hoc exemplum* scuticam videtur ostendis minax — 5. *noceas* defatigando te — *flagritribae* ita f riendi, vt rumpantur flagra. Pers. 2. 4. 7. vlmitriba 6. *clepe* a *κλέπτω* furor, vt *harpaga* ab *ἁρπάζω* rapio 9. *opera fallunt* inutiles sunt — 12. *vt valide varia sint* Sic Epid. 1. 1. 15. *qui varie valent* quorum tergum virgi et loris saepe fuit cruentatum — 13. *peristromata* stragul *campanica* in Campania laborata — 14. *alexandrina ta petia belluata* belluarum figuris intextis pectine, qua ipsa babylonia phrygiaue, acu picta, pulcritudine supera bant. Plurimis vero liciis texere, quae polymita adpellant Alexandria instituit. Plin. H. N. 8. 40. — *tapetum* Noniu esse dicit: tegmen vnite pictum de variis coloribus *conchyliatus* color est e caeruleo et rubro, qualis Martia violae dicitur, et purpureus, ostrinus etc. — 18. pro *vincit* Meursius forsan recte *vos vincere* vt vincatis *hoc* tergi

Digitized by Google

num *duritia* — pro *ergo* legendum equidem coniicio *tergi atque me* — 21. *terginum* ſcutica e corio — 22. *hem, ſic datur* dicit, plagam vni alterine ſeruo inferens — 25. *caudicali praeficio prouinciae*, vt lignum findas, a *caudex* ſeu *codex* arboris truncus. Claudius, qui primus Romanis perſuaſit, naues conſcendere, cognominatus eſt *Caudex* — 26. *at haec* ſecuris *retunſa* hebes, obtuſa eſt. vid. infr. 4. 4. 8. — 27. *ea gratia* quod plagis retunſi eſtis: quod veſtra opera vti poſſum, licet plagis retunſorum, tu quoque vti poteris ſecuri, licet retunſa — 29. *lectiſterniator eſto* lectos ſterne. *argentum exſtruito* in abaco ordine diſpoſito. Taubmann. — 31. *vorſa* ſcopis, *σσαρωμένα*, a verrendo. *praeſterga* antique pro: praeterſa. *coeta* v. 35. dicit, ſe cocum eſſe miſſurum, quem Act. 3. ſcen. 2. adducit. Quare pro *cocta* quidam legi volunt *coacta*, ſuo quaeuis loco conlocata; Boxhorn. autem mauult *docta* elegantia, expolita. Mutandum vero nihil eſt: vos, quae debet quisque, praeparetis, vt in mora coquo ne ſitis, quo minus domum redux *cocta* omnia reperiam — 33. *ſatin audis? magnifice* cet. Gulielm. a Pſeudolo putat Calidoro dici *ſatin, audis, magnifice!* — 34. *adcipere* conuiuio — 35. pro *celebrate* Gulielm. *celerate* — 36. *praeſtinem* emam. Capt. 4. 2. 68. — 37. *ne quisquam* ſector zonarius — 42. *quae capiti operam det* libertati, vt ab amatore cum magno lucro meo redimatur — 45. *penus annuus*, quantum ſufficiat omni familiae per annum, quam longum, alendae — *proſtituam* vulgi vos permittam libidini — 49. *praehibeo* praebeo — 50. *cupidae vino* pro *vini*. Sic fere Mil. 3. 1. 204. niſi *adulterio ſtudioſus rei nullae* (nulli) eſt — 51. *pantices* (ſing. *pantex* raro obcurrit) proprie: inteſtina pelliculata, h. l. *venter* — 54. *Hedylium* P. Colvius legit *Aedilis ſum:* primum, vt aedilis, edicam, quae ad rem annonariam. Leno autem dixerat, ſe nomine quamque adpellaturum ſuo i. e. proprio — 55. *montes acerui* acerui inſtar montium. — 59. *regem Iaſonem* vellere aureo relato ditiſſimum. Alii intelligunt Iaſonem, tyrannum Theſſaliae, qui Epaminondae aetate vixit. — 64. *carnaria* vaſa — *oneri* pro onere: tergoribus magni ponderis — 65. *Dircam*. Zethus et Amphion, Iouis ex Antiopa filii, Dircen, quam Lycus, Thebanorum rex, Antiopa vxore repudiata atque in vincula coniecta, duxerat, caudae tauri indomiti adligaſſe Lycumque feruntur obcidiſſe — 66. verſu ſuperiori dixerat *eras te* ſc. ſtringam

Digitized by Google

v. 64. autem *niſi hodie* v. 66. igitur *rò hodie* eſt: *hoc* ipſo ſtatim *die* craſtino — 67. *taurus tibi fiet* non tu ibi minus vexabere, quam a tauro Dirce — 68. quam triſte eſt, inuentutem atticam pati, *hunc* hominem nequiſſimum *colere* incolere *hic* Athenis — 69. *amare a lenone* puellas e domo lenonis. Poen. 5. 2. 32. — 71. *ne illi* pro *illine?* — 72. *id facere* iis, *quibus* etc. — 74. *obſonas* obſtrepis, vt ſermonem eius omnem audire nequeam — 77. *oliui dynamin* vim, copiam. Complures vett. edd. legunt *oliuinam* olei copiam. Meurſius malebat *oliuitam*, quod dictum putabat pro *oliuetum* — 79. *pergula* adpendix aedificii, quae in publicum ſpectat, vbi mercatores, opifices, artifices res exponebant venales, h. l. leno puellam expoſiturus eſt in *pergula*, in eo aedium ſuarum loco, qui omnibus in conſpectu eſſet, vbi miſerae *libidinum publicarum*, vt Tertullianus loquitur, *victimae* venales proſtabant — 82. *excetra* vipera Cal. 3. 5. 19. — 83. *tua opera* quaeſtu tuo meretricio ex oleariis facto — 85. *vnctiuſculo* paullo lautius vncto — 86. *vino te deuincis* vinum, quod bibas, adferri tibi mauis, quam, quod in meam rem ſit, oleum. Pro *deuincis* alii *deungis* — 88. *pro capite* libertate *ſaepe iam iamque numeras* te mox ſoluturam polliceris — 92. *Phoenicio corio* tergo flagris cruento.

IN ACTVS I. SCENAM III.

3. *curaſſis* curaueris, cures. *bene curaſſis* noli, ob hoc animo perturbato, minus curare res alias. Gronov. Acidalius autem legit *ne curaſſis*, Piſtoris *tu ne curaſſis. liquido es animo* prius id explicat: de iſta re ſecurus eſto — 4. 5. conſilium ſibi in promptu eſſe gloriatur, lenonis decipiendi — 6. *bat* merus ſonus, *rò at* heri inridens. — 8. *quam re aduerſa* pro *quam rei* tuae *aduerſa:* potius, quod ex re eſt, agas, quam obtemperes animo, iis agendis, quae abs re ſunt, ſeu rei tuae aduerſa. Acidal. — 12. *it dies* abit, praeterit Bacch. 5. 2. 85. — 13. *placide* agas, non praepropere — *prius quam abeat* adloquendus eſt — 14. *tam placide* nimis tarde, gradu teſtudineo *is* — 15. *hodie nate* Ballio ſc. 2. v. 32. — 16. *tametſi obcupatus* ſis, *moramur* tamen te. Lamb. legit *obcupatum moramur* — 18. *ſoſpitalis fuit* multum profuit — *mortuus eſt, qui fuit* cf. Capt. 3. 3. 1. Truc. 1. 2. 94. — 21. *te volo*, ambiguum eſt, ſeu *te volo conuenire*, ſeu *te volo Iupiter perdat* — 22. 23. *liceatne, obſecro, viuere, an non licet?* an eneca-

Digitized by Google

bitis me odio veſtro? *mantare* i. q. manere, reſtare, gradum ſiſtere — 24. *inaniloquus* qui praeter verba querelasque nihil adfert — 26. tum demum, quando dabis, *ducito* Phoenicium — 28. *rem actam agis* Donatus: rem actam apud iudices repetere non licet. *Actum eſt* ſumtum a iure, *ilicet* a iudicio, *periſti* a ſubplicio — 32. *porricere exta* verbum ſacrificantibus ſolenne — 47. Sententia eſt, viro probo indigniſſima: multo facilius eſſe, id ferre, quod pudorem, quam quod damnum adferat. Conſentiunt tamen adagia: *κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον*, lucrum pudori praeſtat, et Sophoclis *τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ* — 49. *manta* exſpecta. Douza: parabit aliquid, tres dies manta — 50. *ob ſimultatem ſuam* quodſi fuit Calidorus obcultus Ballionis inimicus, quem fuiſſe eum dubium vix eſt, inprudenter tamen Pſeudolus eſſet faſſus, eumdem, pro quo apud Ballionem intercedebat, ſimultatem cum eo gerere. Si *ſimultatem* explicem *difficultatem* pecuniae inueniendae, quae tibi *ſimilata* potius videatur, quam vera, id quidem recte dixiſſe, et Ballio ita fere intellexiſſe videtur: qua vero auctoritate hanc vocis *ſimultas* ſignificationem defendam, non habeo — 55. *non lenonium eſt* recte monſtrare — 61. *quin nomen iam interiit Mutuum* toties iam fruſtra rogaui alios *mutuum*, vt ipſum hoc vocabulum abſumſerim, vt nemo ſuperſit, quem rogare poſſim — 62 ad 64. *Heus tu* etc. Lambinus quidem intelligit *de menſa cibaria*, rectius vero, opinor, plerique *de menſa trapezitarum*. *Poſtquam iſti* argentarii *a menſa ſurgunt* crebro bonis cedere coeperunt, *ſaturi, poti*, aliorum ſibi credita pecunia ditati, *qui ſuum repetunt* ita vt prius, quod ipſis debeatur, exigant, *alienum reddunt nato nemini* quae ipſi debent, nemini ſoluunt, *ab alienis cautiores ſunt, ne credant alteri* ex eo tempore homines ab alienis, quorum rem et ſtatum non probe habent cognitum, cautiores ſunt, et non facile cuiquam credunt. *Ab alienis* explicari etiam poſſet *damnis*, aliorum damnis edocti cautiores ſunt redditi. Hos tres verſus plerique omnes recte, opinor, Ballioni tribuunt, Pareus Pſeudolo — 67. *eme die coeca* ſoluntione in diem prolata, *vende die oculata* pecunia praeſenti — 69. *Lex quina vicennaria* Lex Laetoria vetabat filio familias, quinque et viginti annis minori, mutuo quid dare, et, qui dediſſet, ius repetendi non habebat — 71. *an poenitet te* non ſatis tibi viſum eſt — 72. *qui perpetuat data* perpetuo dare pergit —

Digitized by Google

74. *inanis cedis* adeedis nihil adferens — *dicta non ſonant* non tinniunt, vt numi — 80. *apud nouercam* quae parum te exaudiet — *an umquam tu huius nupſiſti patri* muliebria paſſus ab eo es? quod enim ſi eſſet, tu nouerca huius eſſes, apud quam queri eum iubes. In hunc certe, vt in priuignum nouerca, inexorabilis es — 85. *lactes* inteſtina: tibi ſi crederem, idem agerem, ac ſi quis fugitiuam canem adligaret lactibus agninis; vt haec vna cum lactibus, ſic tu aufugeres vna cum pecunia — 89. *vel ſex menſes* prcuniae partem maiorem iam adcepit a milite v. 112. — 91. *non venalem habeo.* iam vendidit v. 108. — 93. *lanios* popas, hoſtiarum mactatores, qui malleo ipſas inpeterent, dum a victimario interim tenerentur. Gutherius — 95. pro *agninis* recepi *minimis.* Exta quidem agnina erant minima, ludit vero in voce *minimis,* reſpiciens ad *minas* viginti, quibus ſibi volebat litari. Scaliger et Lipſius teſtantur, in plerisque calamo exaratis membranis non *agninis* legi, ſed *minimis* — 97. *extra portam Metiam* ad locum ſolennem ſubpliciis, cuius in vicinia carnificum erant aedes — 98. *lanios* intelligit carnifices *cum tintinnabulis*, quibus carnifices ornabant noxios, quaſi hoſtias. Gronov. — 99. *greges virgarum vlmearum* virgas in faſces conligatas — 109. *ſine ornamentis* nudam. In emenda ſerua pro auro et veſte ſeorſum erat ſoluendum. Curc. 2. 3. 65 ſqq. — *cum inteſtinis omnibus* iocoſe additum eſt — 113. *factam eſſe argenteam* cum argento permutatam — 116. *hunc fames iam obciderit* te obciſo, qui victum ei ſubpeditaſti. Licet enim iuuenis careret nunc pecunia, feciſſe tamen eum dubitandum non eſt, quod ap. Ter. Eun. 2. 3. 18. Chaerea: in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum — 117. *quantum terra tegit hominum* mortuorum: quotquot vmquam vixerunt. Sic quum poſſit explicari, contra omnium Mſſ. conſenſum nihil mutandum eſſe cenſeo. Mutarunt autem alii *quantum in terra degit*, alii *quantum terra regit*, alii *quantum terra gerit*, alii *quantum terram tegit* etc. — 119. *conceptis verbis* alio praeeunte, et ius iurandum verbis, certa comprehenſis formula, dictante. Turneb. — *conſultis* bene perpenſis — 121. *ſceleſtus* quem ſceleſtum vocas. Senec. Philoſ. ep. 115. *ſine me vocari peſſimum, vt diues vocer!* et: *vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit* — 124. *aeque* libenter. numquam aeque libenter et celeriter ad praetorem, vt

Digitized by Google

manu ab eo mittar, curram, atque hunc lenonem maledictis onerabo — 127. *buſtirapus* buſta ſpolians, qui ſilicernium rapiebat, manibus defuncti oblatum, de quo guſtare putabatur nefas — 129. *vetera vaticinamini*, inridet: iam ante ignominioſe dicta iteratis. Verſu enim 117 Calidorus iam dixerat *hominum periuriſſime* — 131. *babae!* et *bombax!* interiectiones hominis, admirantis quaſi, inridentis certe, quae alter dixerit — 134. *praehibeo* praebeo — 135. *in pertuſum ingerimus dicta dolium* prouerbium a fabula Danaidum; explicatio addita eſt: operam ludimus. Caſ. 2. 7. 1. — 136. *numquid alium* adhuc me eſſe *vultis dicere?* — 141. *meum* lenonis *officium*, quod quale officium ſit, v. 142. explicat *cum illo perdiderim fidem:* fidem fallam, militi datam. Ter. Phorm. 3. 5. 48. leno quidam dicit: mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt — 143. *operae ſi ſit* ſi eſſem vacuus. Mil. 2. 2. 97. — 148. *exoſſare aliquem vt muraenam* Amph. 1. 1. 163. ſignificat: fuſte aliquem bene dolare; hoc vero Pſeudoli loco: vt ſuadet libido, aliquem vexare — 150. *admoenire.* vid. Ciſt. 2. 2. 5. — 159. *tibi moram dictis creas* quantulumcumque temporis fabulando perdis, rectius conſumeres agendo.

IN ACTVS I. SCENAM IV.

3. *largitus* ſum *dictis* certum promiſi auxilium; cum ablatiuo, vt in Sticho: *largior lingua* — *dapſilis* aliis videtur ablatiuus a *dapſilus*, *dictis dapſilis* promiſſionibus optimis; aliis nominatiuus: *dapſilis* ego ſum *dictis*, promiſſionibus diues — 4. *gutta* paululum *conſilii* — 6. 7. *telam exordiri* incipere *detexere* finire: non video viam, qua argentum *quaeram* atque *inueniam* — 8. *tabulas* explicant: ceratas, in quibus ſcribat. Comma poſt *ſibi* delendum eſt, poſt *cepit* vero et poſt *quaerit* ponendum. Quidam pro *tabulas* rectius forſan *fabulas*. Aliquam certe lineolam in animo oportet eſſe ductam, antequam poeta manus armet, ad poema aliquod perficiendum — 14. *iniicere tragulam.* vid. Epid. 5. 2. 25. — 19. *ex hoc ſepulcro* hero maiori ſene acheruntico. Veteres theſauros ſuos non raro conſtat, ſecuritatis cauſa, in ſepulcris condidiſſe.

IN ACTVS I. SCENAM V.

2. licet omnium Plauti fabularum argumentum graeciſſat, atque res a Graecis in graecaque vrbe aliqua fingantur geſtae, ſaepe numero tamen Plautus habet, quae,

Digitized by Google

eum Romae scripsisse, prodant. Filium Simo. dicturus magis, quam vllum alium iuuenem athenienſem, amore esse perditum, eum, si *dictator* dux, princeps perditorum iuuenum dicendus esset, prae ceteris omnibus queritur fore dicendum. Forsan et hoc *dictatoris* adpellatione respicit, quod omnes ciues de eo *dicant*, quod, vt v. 4. dicit, ille per vrbem solus sermo sit omnibus. Simili fere ratione, vt Simo filium *dictatorem* nequissimorum iuuenem dicit, apud Ter. Hec. 2. 1. 7. Laches, si nequitiae mulierum ludus sit, vxorem suam ei ludo *magistram* esse dicit — 8. *obcisa est haec res.* Sic et Capt. 3. 4. 7. Men. 3. 2. 46. hoc negotium plane perditum est. Eodem sensu Cas. 3. 5. 52. Stalino se dicit obcisissimum — 12. *gestant* renuntiant crimina — 14. *gestores* famigeratores *linguis, auditores auribus* suspendantur, qua quisque parte peccavit, ea plectitor — 21. Post *Vetus* signum exclamandi. Caput quassans senex dicit *Vetus!* i. e. licet vetus sit, vt tu (v. 19.) quaerere posses: *quid nouum* ea in re fecit? *nolo* tamen filius meus faciat, peruersosque aliorum mores imitetur! — *neuis* non vis — 22. *vel tu* ipse *in adolescentia* adolescens olim *tale ne faceres* facere debuisses — 23. 24. dicere voluit: patrem oportet in iuuentute fuisse probum, qui iuuenem filium probum esse postulat, tu vero filium postulas esse probiorem, quam fuisti ipse. — 25. 26. Plautum volunt cogitasse viscerationem, in qua singulis, qui aderant, certa pars carnis dabatur. Sensus est: tantus olim flagitiorum tuorum fuit numerus, vt ea, inter multos distributa in partes aequas, satis fuissent ad eos omnes infamandos — 27. *patrissare* πατριάζειν, patre se dignum gerere, h. l. iisdem vitiis, sed Ter. Adelph. 4. 3. 11. iisdem virtutibus deditum — 28. homines *commodi* i. q. vers. sq. *aequi* — 32. *paedagogus* adsecla puerorum, qui mores eorum obseruaret formaretque — 34. *iram in promtu gerere* iracundum, ad iram procliuiorem esse — 37. *bonus* moderatus *animus in mala* aduersa *re dimidium est mali* rem aduersam dimidio facit leuiorem — 40. *herum saluto primum* aliud seruum cogitasse clarum est; intelligo: primum facio periculum pecuniae hero meo extorquendae — 41. *si quid superfit* intelligi vult: salutationis, cogitat autem: spes heri fallendi si me fefellerit, *vicinum* Caliphonem vicinum *inpertio* salute: adiutorem mihi sumam, ad id, quod volo, perficiendum — 42. *salue; quid agitur?* quasi familiariter rogat, *quid*

Digitized by Google

agitur? quem *scelerum caput* v. 31. vocauerat — *statur hic ad hunc modum* satis friuola serui responsio — 43. *statum* modum corporis gerendi, Amph. 1. 1. 110. *vide hominis, quam basilicum!* confidentem, superbum — 48. *quasi per nebulam scimus, audiuimus* Capt. 5. 4. 27. Plato: κατὰ τὶ σκότος incerta adhuc — 49. *conficiet te hic verbis* confutabit, elinguem te reddet — 54. *aedes vacivas aurium* in quibus aures ad me audiendum vacuae sint, vt filius mihi obediat. Cas. Prol. 29. — 58. pro vulg. *hercle qui* cum Pist. e Veneta et Colon. legendum puto *hercle quin* profecto, sane, quod et Merc. 2. 3. 77. legitur — 62. *quum apud te parum stet fides* id quod Pseudolus v. 52. erat questus. — 65. *Delphis tibi responsum dicito*, quod respondero non minus verum esse cognosces, quam delphicum Apollinis oraculum esse potest. v. 67 ad 73. Hunc locum Gruterus et Gronovius repraesentarunt, vt eum Camerarius e Mss. suis conlegit. Taubmanni vero editio prior 1605 locum repraesentat ita:

Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? *Ps.* Οὐ δεῖ negare. *Si.* Liberare quam velit?
Ps. Δεῖ nec τοῦτο negare. *Si.* Ecquas viginti minas
Per sycophantiam atque per doctos dolos
Paritas, vt auferas a me? *Ps.* Abs te ego auferam?
Si. Ita: quas meo gnato des, qui amicam liberet.
Ps. Fateri δεῖ καὶ τοῦτο ναί.

Petitus autem persuasit sibi, latere in his plures voces graecas, locumque ita restituendum putauit:

Meum amare? *Ps.* Ναί γα. ῥῆμ' ἐόν ἐστι. *Si.* Liberare quam velit?
Ps. Καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο ναί 'γώ. *Si.* Ecquas viginti minas
Per sycophantiam, atque per doctos dolos
Paritas, vt auferas a me? *Ps.* Abs te ego auferam?
Si. Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.
Ps. Φά' τήρει· δεῖ. καὶ τοῦτο, καὶ τοῦτο, ναὶ, καὶ τοῦτο, ναί.

Camerarii in lectione repugnantiae, et apud Petitum obscuritatis non nihil esse videtur: quod vero seruum vterque senex aperte fassum intellexit, Taubmanni lectionem sensum certe loci expressisse arbitror — 77. *praegigni, progigni*, oriri, me auctorem mali moris esse — 78. *herum* herilem filium *apud herum* maiorem, eius patrem, *criminaret* antique pro: criminaretur — 79. *iuberes* alii *luberet* — 81. *rem meam sapio* non insipienter feci. Most. 5. 1. 45.

Digitized by Google

nullam rem sapis: non intelligis, quod intellectu est facillimum. Truc. 4. 4. 1. *sapit ad rem suam:* facit, quod e re sua est — 83. *quapropter te expertem amoris gnati habuerim* quare celauerim te de amore filii — 84. *pistrinum in mundo scibam mihi* certum et praesens esse. vid. Epid. 5. 1. 12. — *faxem* fecissem — 87. *illud* a filio, *istue* a te — 88. *huic erant dieculae.* Ter. Andr. 4. 2. 27. *tibi dieculam addo* efficio, vt, quod metuis, serius certe fiat. Eun. 5. 6. 19. sed *in diem* est fortasse: aliquanto post futurum est — 89. post *hinc* Casaubonus voculas *a me* glossam putat, tollendam — 100. *aetatem* quam diu viues. Asin. 2. 2. 8. — 104. *mortalem graphicum* qui callidior fingi non potest. Epid. 3. 3. 29. et infra 2. 4. 9. — 110. *istam pugnam* vt abs te pecuniam auferam — 114. 115. ordo: *quam tibicinam deperit gnatus, ea circumducam lenonem* ea lenonem defraudabo, eam per fraudem illi eripiam. Sic *circumducere aliquam auro* Bacch. 2. 3. 77. *argento* Pseud. 2. 2. 39 etc. — 118. *Agathocli.* vid. Most. 3. 2. 88. — 126. *consutis dolis* vt ita conuenerit inter eos. Amph. 1. 1. 28. — 129. *compecti* compacti — 132. *stilis vlmeis conscribito* virgis caedito. Virgil.: versa puluis inscribitur hasta. Sidonius: glacies alpina delatur, et hiulcis arentium rimarum flexibus terra perscribitur — 133. *indice* indic *ludos:* adcinge te ad ludum tuum, ad lenonem Phoenicio circumducendum; quod si effeceris, argentum tibi, quod postulas, dabo — 142. *non demutabo* non denegabo, pecuniam, qua lege promisi, soluere — 159. *concenturio* conligo, in album refero, a re militari. Cic. ad Attic. 16. 9. Brutus centuriat Capuae; seu a centuriis, quae ad subfragia conueniebant. Trin. 4. 2. 160.

IN ACTVS II. SCENAM I.

2. constitui, neque dubitare, neque timere — 3. 4. Lambin: in ter repetito *nam* negligentiam animaduertisse sibi videtur, homine seruo non indignam — 4. *res* quaeuis negotia *perinde sunt* difficilia aut facilia, vt forti timidoue animo ea adgrediare — 6. *malorum meorum* habent Mss. et edd. vett. omnes. Gruterus quidem legendum tamen censet *maiorum meorum*, respiciens versum . . quam coniecturam Pareus in textum recepit. Sed licet fama maiorum temere quidam freti sint, virtute tamen defunctorum freti esse nequeunt, non reuiuiscentium, ad opem posteris ferendam. Maiorum virtus efficere tantum potest, quod

Digitized by Google

v. 16. dicit, vt excitet ad facta, qualia maiores fecerunt. *Malorum meorum virtute fretus* explicandum mihi videtur ex Afin. 3. 2. 3. *Scapularum confidentia, virtute vlmorum* (humerorum alii) freti. Se, qui iam multa mala perpeſſus, caſtigatus ſaepe ſit, virtute, qua ea tulerit, fretum, induſtria tamen etc. ſe victurum ſperat. Cf. Bacch. 4. 4. 100. *mea fiducia, me opericulo* — 9. *veſtrum* ſpectatorum. *omnium* — 10. *Ballionem exballiſtabo* vox comice ficta, ad nomen lenonis adludens: ſuperabo eum — 11. *admoenire*. vid. Ciſt. 2. 2. 5. — 16. *quo ſum genere natus* adnectendum eſt praecedentibus: vt ſciant, me natum a ſeruis, aſtutiae laude celeberrimis. Alii legunt *eo ſum genere natus* quod adnectendum eſſet ſequentibus.

IN ACTVS II. SCENAM II.

2. *vt oculis rationem capio* quantum adſpectu conligo — codd. *quam mihi* vel *quas* Lipſ. *nam* — 4. 5. *certum qui mihi faciat.* Sic Men. 2. 1. 17. *certum qui faciat mihi* et 5. 2. 12. *nec, quid ſit, mihi certius facit* — 8. *hoc* nouum conſilium *praeuortar principio*, praeferam conſilio, quod antea ceperam — 9. *ſtratonicum nuntium*. in argumento Priſciani v. 4. vocatur *cacula*, et 4. 2. 52. *calator* miles praefecto alicui militari inſeruiens — *percutiam* dolis, fallam — 11. *compendium faciam pultandi* pultatione ego te ſuperſedere iubeo — 12. *patronus foribus* cf. Afin. 2. 3. 6 ſq. foribus conſeruis ſum amicus — 12. ideo proceſſi foras, vt deprecer, ne quis percutiat fores — 13. *Subballio* vice Ballionis fungor — 14. 15. *procurator peni, atrienſis διαιτάριος, διαιτάρχης.* Atrienſes principes ſerui tricliniares — 18. *non ſoles reſpicere te* etc. Truc. 1. 2. 58. qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet — 20. *haec mihi incus eſt* ſic Codices: pronomen, vt ſaepe Latini ſolent, relatum eſt ad praedicatum, alii tamen legunt: *hic* cacula *mihi incus eſt* — *procudam ego hodie hinc multos dolos* habebo eum gymnaſium fallaciarum, vtar eo ad dolos procudendos — 22. *ab illo milite Macedonio* miſſus — 29. *quoad referret* qua die ſeu ad quam diem ſolueret — 33. *ſi promtas* alii *promtes theſauros Iovis* ſi Iovis aerario praefectus ſis — 34. *ſtrenuas* in omnibus codd. et edd. vett. legitur, licet, quid ſit, non adpareat. Alii malunt *ſternuas*, ſi forte cacula ſternutaverit, et Pſeud. dicat: *aeque cito* res erit ſoluta; alii emendant *renuas*. Si lectio certa eſt recte forſan alii explicant

Digitized by Google

strenuum te geris in pecunia retinenda — 35. Cum Scioppio lego: *vinciam potius, sic seruauero*, vt cacula iocans respexerit illud: res erit *soluta*. Alii legunt *vinctam* — 36. *meam qui forcilles fidem* sensus est: meam qui fidem infirmam subleuamque iudices. id quidem latere neminem potest, *forcillare* autem quid verbi sit, aegre expedietur. Plerique reponendum putant *fuggilles*, Passeratius *furcilles* furcilla stabiliendam putes, alii *furciles* vt furem dictis incessas, Lambin. *floccilles*. Salmasius non repudiat quidem *fuggilles*, sed mauult tamen *forioles*, quod verbum a *forio* formatum sit, vt *lutulare* a *lutare*, vt esset: meam qui inquines fidem etc. — 38. *potest* vtrumque locum habere, *vt alii* etc. *vt ego* etc. — 41. *quid est tibi nomen*. Sic Most. 3. 1. *nomen* quaero *quid* sit. Men. 5. 9. 71. *quid* erat *nomen* matri etc. — Pseudolus a *seruus est* ad *me dicam* secum loquitur, v. 42. demum caculae respondet *Syrus sum* — 47. 48. quidam post *hoc* comma ponunt, *certo scio hoc, febrim* etc. Rectius, opinor, alii post *scio* ponunt *certo scio, hoc* hanc rem *febrim tibi esse* male te habere — 54. 55. *ἀναπόλουθον* nam particula *vt* non habet, quocum cohaereat. Sed *το vt* omnino abesse posset — 59. *ne quid Harpax feceris* ne quid rapias, teque re ipsa praebeas eum, qui nominaris. Sunt qui *Harpax* aduerbialiter positum putent, alii legunt *harpagaueris*, alii *harpagefeceris* — 61. *pol te multo magis* etc. sic Mss. et edd. Lipsio placebat *pol tu viuos? magis opinor* etc. — 64. Donatus legit *doliarem* praepinguem, quod Gruterus reiecit, quod ineptum fuisset, addere *crassam*. Camerarius autem in Mss. suis reperit *diobolarem*, quam quidem vocem nolim cum plerisque explicare, vt Poen. 1. 2. 58. est: quae duobus obolis sui copiam faciat, sed *copam*, vbi duobus obolis i. e. vili pretio onerare te possis ciboque recreare — *cludam* claudam — 68. *ne in quaestione* diu quaerendus sis. vid. Cas. 3. 1. 16. — 71. *iube te operiri* multa veste tegi, ad sudorem eliciendum.

IN ACTVS II. SCENAM III.

3. *Obportunitas* Εὐκαιρία, cuius deae beneficio, quae exoptatissima nobis sunt, tempore eueniunt obportunissimo. Curc. 2. 3. 26. — 4. Mss. et edd. vett. habent *quam haec cauata est mihi obportune epistola* quod explicant e versu 5q. *vbi inest, quidquid volo*. Scaliger mauult *cauita*, quod *cauitionem* Festus dictum olim dicit, quod postea

Digitized by Google

cautio coeptum est dici. Douza coniicit *captata*. Lipsius autem, Scioppius, Meursius aliique posuerunt *allata*, quod versu sq. est, geminatum enim ll facile haberi potuisse pro V, vt pro *haec* seu *haecc' allata* scriberetur *haec cauata* — 5. pro *cornu copiae* κέρας Ἀμαλθείας quidam *cornu copia*, alii *copiaest cornu* — 8. *vt copi* copioso *pectore*, ab inusitato *cops*. Bacch. 2. 3. 117. — 11. *deformata* delineata, descripta — 12. Laudari ad hunc versum solet locus Plin. L. 5. ep. 21.: "Est omnino iniquum, sed vsu receptum, quod honesta consilia vel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerumque eadem facta modo diligentiae, modo vanitatis, modo furoris nomen adcipiunt." Idem multo brevius dicit Livius 27. 44.: adparebat, quo nihil iniquius est, *ex euentu famam habiturum*. cf. Capt. 2. 2. 54. — 13. *vt quisque fortuna vtitur*, vt fortunam habet propitiam — 17. *aurichalco contra non carum* aurichalco pretiosius. Epid. 3. 3. 30. Curc. 1. 3. 46.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

1. 2. Sic Plutarch. amorem vocat γλυκύπικρον. Musaeus γλυκυπίκρων ἐρώτων κέντρον. Catull.: curis hominum qui gaudia miscet, et alio loco: dea, quae dulcem curis miscet amaritiem — 9. *graphicus* quo ad res gerendas ne fingi quidem posset homo aptior. Epid. 3. 3. 29. — 9. *heuretes* inuentor — 11. triplici *io* et 12. triplici *te* non minus, quam adpellatione *tyranne*, et verbo *imperitas* hilaritatem Pseudolus, tamquam de re bene gerenda securus, iocularitер prae se fert — 13 ad 16. ludit numero ternario, quia dixerat praecedente scena, se tres delusurum esse, herum, lenonem, et, qui epistolam ei dederat — 17. *vt paratragoedat* vulgo *paratragoediat*, vt magnifice se gerit, vt grandia verba facit, et tragoediam imitatur — 19. *dic vtram, Spemne an Matrem, te salutem.* Mss. magno consensu habent: *spemne an Matrem:* spemne adhuc meram adferas, an salutem iam peperisti ipsam? pleraeque tamen edd. habent *Spemne an Salutem te salutem.* templa Romae, intra alterum, alterum extra portam Carmentalem, *Spei*, *Matrisque Matutae*, erant vicina, ad quae videtur adludere, ad Spemne demum, an Matris Matutae iam ad aedem deuenimus? vtram te salutemus? — 22. Vestigia Mss. viri docti vario modo conati sunt restituere. Camerar. *Euge iam* χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ. Lamb.

Digitized by Google

Euge iam, χαῖρε οἰωνὸν *probo* i. e. ſalue, omen adcipio. Acidal.: *Euge iam χαίρειν χάρινον volo.* Meurſius: *Euge iam, Charinum volo.* Gronov.: *Χαρίνῳ χάριν ποιῶ.* Ad nomen Charini Plautum adluſiſſe, dubium non videtur — 23. Charinus, quae Pſeudolus dixerat, in eam adceperat partem, vt eum opera ſua vſurum putaret, quare, *quin tu* etc. — 23. 24. quod vero ſc. 3. v. 26. *aliud, quod cupiebat, adcidit*, nunc homine opus eſt, qui caculae vicem ſuſtineret, quod Charinus, adoleſcens athenienſis nobiliſſimus, non poteſt. Gratias Pſeudolus Charino agit, addit vero *nolo tibi moleſtos nos eſſe* hoc eſt: vt nunc quidem res eſt, opera tua vti non poſſumus — 25. indignans Charinus repetit: *vos moleſtos mihi?* et addit: id quidem moleſtum mihi eſt, vos ſuſpicari, moleſtum mihi fore, vobis inſeruire! — 29. *ei os ſubleui* eum decepi Aul. 4. 6. 2. — 30. 31. ſpectatores ſciunt ex Act. 2. ſc. 2. — 33. *ſiquidem hoc viuet caput* δεικτικῶς, ſi ego viuam — 37. pro *viſitatus ſaepe*, multum verſatus, e Pariſ. cum Douza, Paſſeratio, nec Camerario inprobante, recepi *viſitatus* ſaepe conſpectus. Sic Epid. 4. 1. 12. *viſitaui antidhac.* Curc. 2. 3. 64. *adnuo* me eum *viſitaſſe.* Trin. 3. 3. 39. *ignota* facies, quae *non viſitata* ſit. Perſ. 1. 1. 20. mihi quidem tu iam eras mortuus, quia *te non viſitaui* — 40. *Caryſtius* vrbs Eubeoae — 43. Lectio *vnam* non poteſt eſſe genuina, *vna* enim *quinque* minas non poterat ſoluere. Senex autem Act. 2. ſc. 1. v. 142 et 146. promiſerat pecuniam, quam Pſeudolus lenoni daret. Idem Simo 4. 7. 30. dicit: me *viginti* mulctauit *minis*, et 4. 8. 4. inultus promam *viginti minas.* Pro *vnam* igitur, quod Gulielm. et Grut. delent, cum Palmerio ponendum putaui *viginti* — 47. *quid ſapit* callidus ne ſit, rogat, Charinus autem iocoſe reſpondet, quaſi rogaſſet *quid olet?* Interdum enim *ſapere* idem eſt, quod *olere*, v. c. Plin. H. N. 17. 5. meliora vnguenta ſunt, quae terram, quam quae crocum ſapiunt — 48. *Hircum ab alis* olet, hanc lectionem Turnebus inuenit in ſchedis vetuſtiſſimis. *Hircus* autem eſt: teter odor ſubalaris. Hor. Epod. 12. 5. an grauis hirſutis cubet hircus in alis. Alii legunt *vsque a cunabulis* (ſapit) — *manuleatam* autem ſeu manicatam *tunicam* minus, quam colobium, ſeu veſtimentum ſine manicis, pati, tetrum odorem ſubalarem ad naſum peruenire, palam eſt — 49. *acetum* acumen, prudentia Bacch. 3. 3. 5. — 51. *murrhina* pro myrrhina. Feſtus: "eſt genus potionis, quae graece dicitur nectar;

Digitized by Google

hanc mulieres vocabant murriolum, quidam murratum vinum, quidam id dici putant ex vuae genere, murinae nomine." Alii dicunt: factitiae potionis genus exstitisse, atque inter dulcia potius, quam vina reponendum, cuiusmodi dulcibus frequenter vsae mulieres sint, quod nequaquam ebrietatem inducerent. — *passum* quod ex vua passa compressum effluxit — *defrutum* (deferuitum) vinum, musto ad dimidias decocto factum — *melina* potio e melle ὑδρομέλι — 52. *thermopolium* taberna, vbi dulces potiones venibant calidae — 53. *lamberare* Festus: scindere, laniare. Sic Poen. 1. 2. 83. meo me ludo lacessis. Turnebus: iisdem iocis adpetis me, quibus es lacessitus — 55. *versari* velut Proteus in varias formas mutari. — 56. Quaerenti: *ecquid argutus*, ingeniosus, solers est? respondet Char. iocose: malorum facinorum saepissime *argutum* adcusatum, conuictum eum esse. Sic Amph. 3. 2. 2. me dedecoris a viro *argutam*, adcusatam, in crimen vocatam esse — 58. *scitus* h. l. idem quod *callidus* 1. 3. 151. Amph. 1. 3. 8. scitus sycophanta. Sensu bono *prudens* Ter. Heaut. 1. 2. 36. *scitum* est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu sit. Phorm. 5. 5. 2. quam *scitum* est eiusmodi etc! — *plebis scitum non est scitius* vid. Cas. 3. 1. 11. — 70. *defaecatum est* sollicitudine liberatum Aul. 1. 2. 1. — *cor mihi nunc peruium est* nihil est, quod mihi obstet. Meursius mauult *peruiam*, quod Aul. 3. 2. 24. est, vt *obuiam* — 71. pro *omnes ordines* Boxhorn. recte legit *omnes ordine*. Litera enim *s*, sequentis vocabulae *sub* prima, facile praecedenti voci adhaerere, locumque corrumpere potuit. Langius autem pro *legiones meas* malebat *legionis meae* — 72. *auspicio liquido* vid. Epid. 2. 2. 1. — 73. *confidentia est* confido, certus sum, fore vt inimicos meos perdam — 74. *onerabo praeceptis* sic Mil. 3. 3. 29. *onerauit praeceptis* — 75. *ferat fallaciam* Scioppius mauult *ferat*, sed *onerabo* et *ne titubet* requirunt *ferat* perferat. vt Cas. 3. 5. 47. dolum *protulerunt* est inuenerunt, sic hic *ferat* est *ludat*, *lenoni portet*, vt isto Casinae loco ancilla dicit, se *dolum* ab aliis inuentum, *ludere*.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *damunt* dant — *cui puero* etc. quem impuberem dii lenoni dant in seruitutem — 2. eique si addunt *turpitudinem* deformitatem vt v. 7. amatores inuenire nequeat — 3. *quantum ego nunc corde conspicio meo*

Digitized by Google

quantum mea ipsius experientia edoctus scio. Pro *conspicio* Gronovio placebat *concipio* — 6. pro *miseriis* Acidal. legit *ministeriis*, vt Pers. 1. 1. 12. *quin ne suis ministeriis praefulciat.* Et vere quidem puer de ministeriis queritur, quae mandentur sibi; quae vero, quod misera esse, et miserum se reddere deplorat, ipsa potuit miseriae dicere — 8. *vt curet* me leno *tandem nitidiuscule*, vt, quo quaestuosior domino sim, eo melius ab eo habear. Gulielm. legit *curer* — 12. *perbitere* perire, seu periturum esse — 14. pro *quod illi, qui possunt, solent* recte, opinor, Mercerus dispositi *quod illi possunt, qui solent.* Rectius obponuntur *non possum, quod illi possunt*, quam *non possum, quod illi solent.* Hoc vero licet ferendum esset, tamen, quid *solere* sit, vid. Cist. 1. 1. 38. Se autem questus puer est *non solere* non inuenisse amatorem, ideoque donare non posse, quod possint, qui amatores habeant — 16. *fructus fullonius* Donatus explicat: quod fullones expurgandos dealbandosque pannos manibus pedibusque calcent percutiantque, timere puerum, ne, ad illud exemplum, manus calcesque heri experiatur. Quodsi vero versus consulas sequentes, adparebit, non erasse Salmasium, Turnebum, Lambinum, Franc. Iunium, alios, qui hunc *fructum fullonium* sensu obscoeno sumendum esse dicerent. Pro *fructus* Passeratius legi vult *fluctus.* cf. Asin. 5. 2. 57. — 17. *illae* illi — *quam illae rei* etc. ad illam rem, nempe ad sustinendas muliebris patientiae leges. Quod leno Act. 1. sc. 2. meretricibus erat minitatus v. 45. *cras populo prostituam vos*, v. 79. *deportere in pergulam* etc. idem sibi puer euenturum metuit. — 18. *male eum metuo* non lenonem verberantem, sed fructum fullonium — 19. Gronov. retinuit *quoi manus grauior sit*, sed legendum tamen putat *qui* et explicat: si mihi numos in manum det, quibus ea grauior fiat. Sed Plauti potius verecundiae consuluisse eo videtur, quam verbis eius explicandis. Salmasius aliique *manum* intelligunt *mentulam*, qua pro sententia versus sequentes magis, quam pro Gronovio sunt — 22. 23. Plura dicturus herum conspicit, quare conprimenda ei oratio est.

IN ACTVS III. SCENAM II.

6. *Orcus* explicant Dis pater, seu Pluto, vt Most. 2. 2. 68. Poen. 1. 2. 131. — 7. *qui mortuis coenam coquat* coquus novemdiali seu feralis. vid. not. ad Aul. 2. 2. 45. — 11. *praeter alios* ceteris coquis omnibus iam conductis — 13. *in*

Digitized by Google

probior h. l. non: peior, deterior, sed: quem homines minus probent, conducere velint, cuius rei causa vna eorum auaritia sit — 15. *quum extemplo* pro: quum primum. vid. Most. 1. 2. 18. — 17. *vilissimus* qui minimum mercedis poscit. Pareana altera habet *vtilissimus* — 18. *hoc* eam ob causam — *obsessor fori* in foro sedeo a nemine conductus — 19. *drachmis* i. e. drachma quisque *iissent* iuerint, drachmis operam locauerint *illi* alii coqui — *me potest subigere vt surgam* conductorem abducere *nemo quisquam* prorsus nemo *minoris numo, qui numus* apud Plautum, nisi additum sit *aureus, didrachma* est, duae drachmae, sex grossi — 21. *item* eodem modo — 22. *mihi*, vt saepe, παρέλκει — *condita prata* vt v. 24. herbas herbis condiunt — 23. *boues conuiuas faciunt* homines, vt boues, non nisi herbis pascunt — 25. *atrum olus* intelligunt atriplex, alii hipposelinum — 26. *rumex* oxalis — *blitum* Plinio: herba sine sapore, vnde *blitens* Truc. 4. 4. 1. — 27. *laserpicium*, silphium Rud. 3. 2. 16. — *sinapis* vid. Truc. 2. 2. 60. — 29. *exstillent*. Donatus: *stillare* est guttas emittere e corpore, *exstillare* totum corpus guttatim finire — 30. *ei* eiusmodi *homines coenas sibi* ab ipsis comedendas *coquint* coquant — 31. *striges* aues nocturnae, maleficae, h. e. condimenta noxia — 33. *hoc* ob hanc causam *hic* Athenis — 35. *formidolosas* actiue: horribiles, quorum iam nomen formidinem iniiciat — 42 ad 47. *cicilendrum, sipolindrum. sancaptis. cicimandrum. happalopsis. cataractria.* nomina sex aromatum ficticia, quae inter media, ne omnia Ballioni ignota sint, *macidem* nominat, corticem aromaticum nucis myristicae amiculum — 45. *Neptuni pecudes* pisces — 53. *eum in odorem τὸ in* Gulielm. et Acidalius statuerunt tollendum. Boxhorn. coniiciebat *eum nidorem*. Adludere videtur poeta ad *κνίσσαν*, qua Iupiter apud Homerum delectatur. — 55. *demissis pedibus* odor descendisset ad inferos, volanti autem manus erant pro alis. Turnebus. — 57. incoenatus ἄδειπνος — 59. *istaccine causa* vt nugas tuas concoquam — 61. *pro pretio* etc. opera mea ita satis facio, vt merces, qua conductus sim, non videatur nimia — 63. 64. *quemquam* alium *coquum, nisi* qui sit milu. etc. — 66. *constrictis vngulis* ita caute obseruatus, vt furari nequeas — 67 ad 76. hos Ballio versus puero edicit suo, qui, priori scena loquutus, hac in scena mutus adstat — 68. *vti nostra* vtensilia — 71. *pariter progrediminor* tu cum eo simul — 76. vulgo: si *con-*

Digitized by Google

quiniſcet iſtic, conquiniſcito ſimul. Mercerus autem ex Nonio emendauit *ſi conquiniſcet iſtic, ceueto ſimul*, quam lectionem Gronovius recepit. *Ceuere* autem idem eſt, quod *conquiniſcere*, vtrumque *inclinari* — 77. *diſcipulis* coqui ſingulis *priuos* ſingulos *cuſtodes*, cuique priuum — 78. vocem *bonum* adiiciendam putauit Acidalius. — 80. Aeſoni Medeam, ſocero ſuo acheruntico, iuuenilem fabulantur vigorem reſtituiſſe, non vero Peliae, Iaſonis ſui inimico, quem eodem beneficio beaturam ſe ſimilans, necauit potius. Putant igitur *μνημονικὸν* huic loco ineſſe *ἁμάρτημα*, verius autem ſcientem Plautus coquum facit errare, vt, qui promittere vellet videri, reapſe minitetur — 84. *immo* h. l. negat — 90. *illos* Acid. ſuſpectum eſt; Piſtoris legi vult *illo* ad coenam — 92. pro *ſuauitate* quidam, metri cauſa, *ſuaui ſuauitate* — 94. *vt digitos praerodat* Ariſtophanes conuiuas, ob cibi ſuauitatem, aut auiditatem ſuam dicit *καθεστίειν δακτύλους* — 97. *furtificas manus*. Perſ. 2. 2. 44. furtifica laeua. vid. not. ad Epid. 1. 1. 8. — 99. *tinnis* garris. ſed Caſ. 2. 3. 22. et Poen. Prol. 33. *tinnire* eſt acute clamare — 101. 102. promiſſurus, ſe exſpectatione eius celerius coenam eſſe cocturum, dicit, iam coctam eſſe *quin is adcubitum* in lecto triclinari, *et conuiuas cedo* iube adcumbere, *conrumpitur coena* ſi diutius moremini — *ſubolem* diſcipulos coqui — 103. *ſublingio* ad lingendas patinas, quam ad opſonia coquenda, aptior — 104 ſqq. Vide, quid auaritia poſſit. Pactus Simo Act. 1. ſc. 5. erat, ſe viginti minas ſoluturum eſſe, ſi Phoenicium Pſeudolus eo die a lenone abducere potuiſſet: has vero ne cogeretur ſolvere, lenonem de conatu hoc Pſeudoli ipſe certiorem fecit.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

3. *quum te* Simia. adloquitur, quem nondum videt — 5. *malus cum malo ſtulte caui* ego malus minus caute egi cum homine, non minus malo, quam ipſe ſum. cf. Moſt. 5. 2. 21. mihi *tecum* cauendum eſt — 7. *verberem ſtatuam* Simiam vocat: verberibus dignus eſt, qui mutus, velut ſtatua, adſtitit, me, abiiſſe eum, male metuente. vid. Capt. 5. 1. 31. — *infert ſe* vid. 5. 1. 28. — 12. hominis militaris perſona et ea re tuenda mihi eſt, vt ceteros mortales prae me contemnam — 14. *dum ille* cacula. vid. 2. 2. 69. — 21. *qui ipſus eſt* vt in Amphitruone Sofia Mercurium — *obcidis me* odio et moleſtiae mihi es — 24. *immo mihi* me ſeruet ipſi — *condecet* Moſt. 1. 3. 10. — 28. pro *dona*

Digitized by Google

Douza mauult *bona* quod *donæ facere* Plauto indignum iudicat. Omnes vero codd. habent *dona* — 29. *adcurassis* adcuraueris — *sobrie* cum cura et diligentia exquisita — 31. *meditati sunt* passiue — 33. *ita non facient* te non amabunt — 35. *mihi obtrudere palpum* adulando me fallere *non potes*. Vox ab equisonibus tracta. Amph. 1. 3. 28. timidam palpo percutit: blanditiis tranquillare cupit. Merc. 1. 2. 42. palpo percutis: blandis dictis fallis — 40. in *carnifex* ambiguitas est, seu *nisi effecero*, tamquam *carnifex* me adcipito, seu: tu, qui *carnifex* es — 42. *hiscunt* aperiuntur — 44. *mala merx* malus homo. vid. Cas. 3. 6. 22. — 45. *prorsus* prouersus — *ex transuerso* seruis forsan exiens imperauit aliquid, ita, vt non aduersa fronte, sed, secundum parietem transuersus, egrederetur. Lamb. — Varro hunc locum in mente habuit de Lat. Lingu. libro 6: *vt transuersus cedit, quasi cancer, non prorsus, vt homo.*

IN ACTVS IV. SCENAM II.

2. *harpagauit* ab ἁρπάζω furatus est. — 4. *dolose, et ego* Gulielm.: *dolose; i, egò hic* — 5. 6. 7. Simia, progressus, quasi secum hos versus loquitur, sed ita, vt Ballio audiat, quem se videre dissimilat — 5. *habui numerum sedulo* etc. non erraui, angi porta inde a porta numerando, et hoc profecto *sextum* est — 6. *iusserat* miles, qui me miserat, herus. 2. 2. 1 sqq. — *quotumas* quotas aedes. sic 4. 7. 77. quotumo die — 8. *chlamydatus* quem peregre aduenire e veste viatoria intelligo — 9. *peregrina facies* adspectus prodit eum non esse athenienſem *ignobilis* hic a me non visitatus 2. 4. 27. — 12. *cum hirquina barba* τραγοπώγων barba in acutum desinente. Apuleius Milet. 1. 11. qui pallio baculoque, et baxeis, et *hircino barbitio* Philosophum fingeret — 13. *nulla est mihi salus dataria* salutem, quantum possum, mihi potius seruo, quam aliis dandam puto — 14. *a principio probi* vterque personam suam probe coepit tueri — 16. *egomet me noui* — 19. *me quaeritat*. Sic apud Ter. Adelph. 2. 4. 1. rogante Aeschino: vbi ille est sacrilegus? leno dicit: *me quaerit* — 23. *perfossor parietum* τοιχωρύχος vecticularius, effractor — 27. 28. *in medio luto est, haeret haec res* non poterit se expedire. Nomen militis ei dicere omiserant; sed vide, quam facile se expediat, citius, quam apud Terentium Phormio 3. 2. 37. *dic nomen*. Ph. *nomen?* etc. — 31. *putus* (putatus) i. q. purus. Varro L. Lat. 5. 7. *putare* valet *purum facere:* ideo

Digitized by Google

antiqui purum putum adpellarunt. Festus: putum pro puro dicebant, vnde putatae vites, quod, quum id, quod impedimento erat, decisum est, purae remanent — 43. *imaginem obsignatam*, Gulielm. *imagine* — 52. *calator*, Festus: *calatores* vocabantur serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est *vocare*, quia semper vocari possent, ob necessitatem servitutis — 57. *arbitrarem* pro: arbitrarer, vt Stich. 1, 2, 87.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

5. *mihi obuertat cornua* mihi aduersetur, idem est, quod v. 4. dixerat; ne malus erga me sit, vt erga illum fuit — 6. *capsit* ceperit Bacch. 4. 4. 61. *capso*. Rud. 2, 1, 15. *capsimus* — *compar* cuiusuis rei socius. vid. 1, 1, 64. — 11. *etiam dum* Gul. *etiam domum* — 16. *vasa conligunt* milites, castra mutaturi — 19. hunc versum dicit, conspecto Simia, Phoenicium educente.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

3. *dentatum virum* militem glorioſum, dentibus minacem — 8. *retunsum* (pro retusum. vid. 1, 2, 26.) *mihi est cor* defatigabatur, angebatur, *obpugnando pectore* palpitando — 11. *quin hinc metimur* sc. viam. Boxhorn. quidem pro *hinc metimur* coniiciebat *hincmet imus*, sed *hincmet* vix videtur latinum. Coniecturam suam eo vult defendere, quod Curc. 5. 2. 29. legatur *tamquammet Genium meum*, sed omnes codd. ibi habent *tamquam me et Genium meum* — *gradibus militaribus* grandibus, vt Epid. 1, 1, 11. seu celeri gradu, vt Trin. 3. 1, 22. milites vero, vt Vegetius dicit, horis quinque aestiuis viginti millia passuum emetiri tenebantur — 13. *cantharum triumphi* compotationem triumphantibus debitam.

IN ACTVS IV. SCENAM V.

3. *mihi libet nunc venire Pseudolum*, inridens Pseudolum: veniat nunc licet! abducere mulierem conatus, egregie se deceptum sentiet! — 9. *vt conuenit*, non, vt plerique explicant, inter me et Simonem, sed inter Simonem et Pseudolum Act. 1. sc. 5. v. 120. qua de re Ballio certior factus est, quum Simo eum moneret 3, 2. 106 sqq. — *fore* vt in pistrinum Pseud. detrudatur — 10. *Simonem veniat velim* pro: Simo vt veniat, seu: Simonem venire — 11. *promiscam* promiscue, vt laetitia fruamur communi.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

2. *signum* Phoenicium, vt Vlysses ex arce Troiana Palladium — 7. *est instipulatus* i. q. stipulatus est: vt soluere promitteres impetrauit. Camerar. et Lamb. ediderunt *indesstipulatus*, quae tmesis est *in est stipulatus rē d* post *in* inserto — 11. *rogato hercle obsecro, gestio promittere* iisdem verbis 1. 1. 114. Pseudolus Callidorum iubet rogare, causa v. 113. adiecta, cur ita iubeat *vt me effecturum tibi, quod promisi, scias*, quod h. l. Ballio v. 12. ita exprimit *omnibus modis tibi esse rem saluam vt scias* — 14. *nullum periculum est* mihi; facile rogare possum, quod tuo periculo fiet, non meo — 17. *immo ambos* Callidorum et Pseudolum simul. Act. 1. sc. 5. — 22. *haud iratus fui* 1. 3. 137. — 23. *te nec recte dicere* aliquem, tibi maledicere eum, v. 24. *qui* posset esse *si tu* si sequeretur *facias, eas*, quod vero sequitur *faciat, eat* explicandum *rō qui* est *si is* nihili te faciat idque aperte profiteatur — 28. *venisse* venum iuisse, venditam esse — 31. *qui* pro *quo* sc. symbolo — 33. *vnde ea* bona fides *sit mihi* — 34. *ne illic* Pseudolus *sit contechnatus quidpiam* fallaciam aliquam in te intenderit — 36. *adduxit* vulgo; Pareus *abduxit*, quod rectius videtur; nam ex vrbe Athenis iam putabatur *abducta*, Sicyonem vero nondum poterat esse *adducta* i. e. peruenisse — 38. *vt det nomen in molarum coloniam* in pistrinum detur. Educendi in coloniam aliquam nomen in eam dabant. *Colonia* pro quauis habitatione Aul. 3. 6. 40.: *quod habeo, vt commutet coloniam.* Asin. 2. 2. 32. *o catenarum colone.*

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

6. *luxuriantur* Mercerus in libris scriptis inuenit *luxantur*, quare Festum, hunc locum respicientem, putat scripsisse: *luxantur a luxu dictum* — *lustrantur* Cas. 2. 3. 29. *vbi lustratus?* quo in lupanari adcubuisti? Gruterus legendum putabat *comedunt quod habent, quod non habent* alterumque exscriptorum negligentia excidisse — 10. *nobilis* notus, cum his nulla mihi familiaritas vmquam incercessit — 22. *hic homo meus est* quem ad lucrum praedamque reuocare possim — 24. *admordere hunc mihi lubet* eodem sensu v. 26. et Asin. 2. 2. 71. *deuorare* i. e. insidias facere pecuniae eius, periculum facere, pecuniae, quam habet, auferendae — 28. 29. in edd. primis exstat *strenui mihi inprobius visi sunt.* Camerarius mutauit:

Digitized by Google

ſtrenuo damno, inprobi vſui ſunt — 34. *ſe ſuamque aetatem bene curant*, curant ſibi, quamdiu viuunt, bene eſſe, voluptatibus dediti ſunt — 39. *bene praedatus* praeda onuſtus. Sic Perſ. 4. 4. 115. *praedatus probe*, Rud. 5. 2. 29. *bene ego hinc praedatus ibo* — *bona ſcaeua* bonum omen mihi obiicitur. vid. not. ad Prol. v. 1. et Epid. 2. 2. 2. — 42. *fac compendii quaerere* non eſt, quod quaeras. v. ſupra 2. 2. 11. — 44. caue ſis tibi *a curio infortunio*, curarum pleno; Salmaſius enim *curius* deriuat a *cura;* vt Aul. 3. 6. 28. *agnus curio* eſt: qui cura macet, ſic fore, vt Ballionis lenocinio perditus cura macreſcat. Paſſeratio non displicet lectio Pariſ. *a diro infortunio;* Pontano placet *a crucio infortunio*. Feſtus enim habet: *crucium eſt, quod cruciat.* Palmerius legi vult *a Thurio infortunio*. Thurii enim ſunt Sybaritae, qui luxu et lenociniis deorumque contemtu perierunt. Lipſius *a Curtio infortunio:* quod enim Curtius, quum Romae terra hiaſſet, inmiſſo equo praecipitem ſe in foueam dediſſet, Plautum dixiſſe *Curtium infortunio* de eo, qui Curtii exemplo in foueam praecipitetur, et citat Lipſius Perſ. 4. 4. 45. ego ille doctus leno paene in foueam decidi — 45. *in hunc intende digitum* porrecto digito medio ſeu infami et inpudico lenonem deride ac contemne — 46. *flagitaris* a creditoribus. Adroganter Ballionem v. 46. 47. mentitum eſſe arbitror, quo caculae videretur vir eſſe non contemnendus; Simo vero, ſecurus, quemquam crediturum eſſe, ſe mutuum tali ab homine vmquam ſumſiſſe, ſatis forſan habuit, effuſo riſu miſellum confutaſſe. — 48. *quin tu mecum fabulare?* placetne tibi mecum fabulari? — 59. *iam' die* diei (vt Amph. 1. 1. 120.) *multum eſt* πολλὸν τῆς ἡμέρας — 69. *id totum tuum eſt* tua ſine dubio pecunia eſt, quam Pſeudolus furatus per hunc hominem miſit — 71. pro *ludo* cum Lambino Pareoque ſcripſi *ludos* non modo quod litera *S* ob eamdem ſequentis vocabuli primam facile excidiſſe poteſt, ſed etiam, quod *ludos facere aliquem* vſitatum Plauto eſt, et ſequenti ſtatim verſu in paſſiuo obcurrit — 75. quid mirum, vel viliſſimum hominem apud exteros videri velle in patria ſua eſſe aut fuiſſe principem! — 78. *altero ad meridiem* vno die integro et dimidio — 79. *quamuis* admodum *pernix* — 81 ad 85. lenonem inpudentiſſime quaerere mirum non eſt, nec Simonem pudet, cum eo conſentire; miles, quid ii velint, vix intelligit, et, vbi intellexit, indignabundus dicit v. 86.

Digitized by Google

i in malam crucem! — 88 ad 90. Ballio, ſomnians adhuc, militem eſſe ſubpoſiticium, quanto ornatus eius viatorius conductus ſit, interrogat — 89. *helleborus*, et ater quidem magis adhuc quam albus, inſaniae curandae putabatur pérvtilis — 92. *meo peculio*, eo, quod de demenſo meo comparſi, omninoque labore et parcimonia parta, ſciente hero, poſſideo — Leno autem peculium eius τὰ αἰδοῖα, ſeu pygam Hor. Sat. 1. 2. 133. eſſe dicit, *quod* peculium *femina* femora ſumma *ſuſtinet*, ſeu cum Cantero rectius *ſuſtinent* — 93. *Vncti hi ſunt ſenes* libidine pruriunt. Vngebantur prius ſenes, deinde fricabantur — 99. *nullius coloris* plane mihi ignotus, ater an albus ſit neſcio — 102. *non confidit* non eſt confidens, qualem ſycophantam eſſe oportet, ideoque eſt *ſycophanta nequam* — *nugis* forſan legendum *nugas meditatus male* non bene edoctus partes ſuas. — Verſus 108. 109. 110. iisdem fere verbis leguntur ſupra v. 63. 64. 65. quos quia in Ald. Colbn. et Flor. edd. non leguntur, Acidalius hinc exturbat. In primis tamen edd. et Mſſ. vtroque loco reperiuntur — 121. *oculis acutis* argutis, fulgentibus — 126. 127. ſtipulatione, interrogatione et reſponſione 4. 6. 15 et 16. confecta, Simo viginti minas exigere a Ballione potuiſſet — 130. *modicis* eſt in Mſſ. et edd. ante Lamb. qui poſuit *commodis* vt Merc. 2. 3. 101. Boxhorn. autem legendum putat *inmodicis*. Minas, quibus mulctetur aliquis, commodas dici poſſe negat. — 134. *comitia centuriata* omnium erant maxima. Pſeudoli autem conſilia dicit omnibus artibus fuiſſe inſtructiſſima.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

1. *tetigi* decepi v. ſupr. 1. 1. 118. Epid. 5. 2. 40. etc. — 7. *Dolum* pro *Dolonem*, qui Dolon Troianus ſpeculator in caſtra Graecorum miſſus, ab Vlyſſe et Diomede deprehenſus, interfectus eſt. Per Dolonem intelligit Ballionem. Eodem vero modo, quo pro *Dolonem* dixit *Dolum*, in Moſtell. *Tranium* dicit pro *Tranionem*.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *Siccine hoc fit?* Boxhornio *ſicci* videtur genitiuus, et pro *fit* ponit *ſit:* num hoc *ſicco* ſobrio adcideret? Sed mutandum nihil eſt. Miratur Pſeudolus, hoc ſic fieri, vt bene potus titubet. Sic Aſinaria 1. 2. 1. ficcine hoc fit, foras aedibus me eiici? — *pedes, ſtatin' an non?* Sic apud

Digitized by Google

Ter. Eun. 4. 5. 3. *nec pes*, nec mens, satis *suum officium facit*. Notissimus est Taubmanni ipsius, ebrii, versus: sta pes, sta bipes, sta, nec coulabere mi pes — 4. *pergitin pergere* vacillare — pro *faeuiendum* reperitur nonnullis in codd. *sedendum*, Gronovius vero vult *ceuendum*. Vulgatam Lamb. explicat: minari eum pedibus suis malum, quod ita vacillent. — 6. *pedes captat* Virg. Georg. 2. 94. de vua: *tentatura pedes olim*, vincturaque linguam — 7. abeo *madulsa*. Festus: *madulsa*, ebrius, a Graeco μαδᾶν deductum, vel quia sit madidus vino — pro *abeo* Lipsius vult *habeo; probe habeo:* pulcre mihi est — 8. *victu excurato* lauto. Cas. 3. 6. 6. *lepide excuratus* i. e. opsonatus — *mundiciis* 5. 2. 2. cum corona. *digne* vt ebrium decet — *ah!* ipse sibi plaudit — 9. *in loco festiuo* popina, *festiue* ibi enim Poen. 4. 2. 13. bibitur, estur — 15. 16. *bilingui manifesto prehendunt* καταγλωττίζουσι vid. Asin. 3. 3. 105. — 16. 17. *vbi mamma manicula obprimitur alia* vid. 1. 1. 61. papillarum obpressiunculae. Rud. 4. 4. 125. duae connexae *manieulae*. Boxhorn. volebat *mamma mammicula alia* altera puellae mamma mammae alteri obpressiuncula admoueatur — 18. *manu candida* duplicem dicit vini esse dulcedinem, candida amicae manu propinati — 21. Festus: *lemnisci* sunt fascialae purpureae dependentes ex coronis. Solebant enim veteres coronas donare, fasciis laneis ex purpura adligatas — 22. *parcipromi* qui parce promunt. Truc. 1. 2. 81. qui cum geniis suis belligerant *parcipromi* — 23. *prothyme* προθύμως benigne, promte — 24. *ad hunc modum* δεικτικῶς. in proscenio conatur ita saltare, vt in popina saltauerit — *me intuli* artem meam ostendi. Sic supra 4. 1. 7. magnifice *infert se*. Mil. 4. 2. 54. viden, vt *sese inferat;* vtroque loco: ostendere vult, se non esse spernendum — *ex disciplina* explicatur statim sequentibus: quippe qui probe perdidici — 29. *Ionica* saltationis genus petulans et voluptarium. Hor. 3. carm. 6. v. 21. motus doceri gaudet ionicos matura virgo — *palliolatim* Camerar. reperit *palliotatim*, Lamb. *palliolatus*. Tunicam palliolatam, virorum mulierumque, Casaubonus fuisse dicit mixtum vestis genus, vtrumque, tunicae et pallii vsum praestans — 30. *plaudunt partim* non omnes. pro *partim* Mss. quidam et edd. vulg. legunt *parum* — *clamitant me* iubent me. Sic Asin. 2. 3. 10. ianitorem clamat — *vt reuortar* saltationem iterem — 31. *obcepi denuo* instauraui saltationem — *hoc modo* io-

Digitized by Google

nico — *volui κινεῖσθαι* aptum vocabulum ſaltationi hominis temulenti — *amicae dabam me meae* gratum ei facere volebam — 32. *vt me amaret* gratiam eius captans — *id fuit maenia ludo* is finis fuit ſaltationis meae — 33. *enitor* ſurgere conor — *pax* ſt! nihil amplius de ea re! vid. Mil. 3. 1, 213. — *poſiui* poſui — 36. *foedus* promiſſas viginti minas.

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *quid, tu, video ego?* vid. not. ad Epid. 1. 2, 60. — 2. *libere hercle hoc quidem* coronatus tu incedis, quaſi manu eſſes miſſus — *ſed, vide ſiatum* quam confidenter adſtat. Haec et ſequentes duos verſus Simo ſecum — 4. *ſi qua ſpes* aliquid ex pecunia promiſſa ſeruandi — 5. *phui* Moſt. 1. 1. 37. — 6. vulg. *cur ergo me adflictor*, ſed cum edd. vett. legendum eſt *adflictem*. Acidal. pro *ergo me* ponebat *egomet*, ſed reſpondentis ſenis *quid tu ergo* oſtendit, *τὸ ergo* eſſe retinendum; cur ructus reprimendo adflictem me? — 7. *vt madide madeam* plane ebrius ſim. Moſt. 1. 4, 7. — 8. *interdius* interdiu, de die potare magnum putabatur dedecus — 9. *ſic ſine modo* ne iurges ideo mecum — 11. *fructus* vindemias — *hiberna addito* hora, quo enim breuiores dies, eo apud veteres breuiores duodecim ab ortu ad obcaſum ſolis horae. Non igitur modo hora vna, ſed ea vel breuiſſima dicit, quatuor ſe Maſſici vindemias eſſe hauſturum, potorem magis etiam, quam Simo putet, ſtrenuum. 12. *vnde celocem onuſtam agis* vnde venis, vbi te, tamquam nauem, vino oneraſti? 13. *tactus* deceptus — 17. *onera hunc hominem* me argento; quod me tenere iubes, inpone humero meo — 19. *vae victis* triumphantis eſt. Roma capta, quum aurum Gallis adpenderetur, Brennus, gladio ad pondus adiecto, indignantibus dixit: *vae victis* etc. — verba: *vorte ergo humerum* Simoni tribuo, argentum ſerui humero inpoſituro — 20. *hem!* Pſeudolus dicit, onus argenti ſentiens — 21. *ni tu doleres* Phoenicio perdita, *ego dolerem* in piſtrinum datus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI POENVLVM.

IN PROLOGVM.

1. Tragoediam *Achillem*, non quam Aeſchylus primum dedit, ſed *Ariſtarchi*, quam Ariſtarchus, Euripidis aequalis, ſcripſit, ſeu potius, vt Scaligero videtur, antiquam Aeſchyli emendauit, quam, Feſto teſte, Ennius fecit latinam, *commentari* pro quo Muretus in codice vetere reperit *imitari lubet*, qua voce aliquis, ni fallor, obſcurius illud *commentari* explicare voluit — 2. 3. Nihil autem commentatur ſeu imitatur aliud, niſi vt primum Achillis Enniani verſum ſuum faciat tertium, quo quid voluerit Plautus, non video, niſi Ennium perſtrinxit, qui vnam eamdemque rem tribus expreſſerat verbis: *ſilete*, *tacete*, *animum aduortite*, quae tamen verba Fronto ita diſtinguit, vt *ſilere* eſſe dicat: ſermonem comprimere; *tacere* autem: loqui non coepiſſe — 4. *imperator hiſtricus* hiſtrionum praefectus eſſe putatur, niſi, quod magis adhuc comicum videtur, prologum intelligit, ſe nempe ipſum: ego iubeo, hoc quidem in loco imperator! — 9. quod *edit ἀρχαιικῶς* pro *edat* — *noſtra gratia* ad nos audiendos — 10. *incedere* huc veniſſe *ſeſſum inpranſum* vt ſedeat non ante pranſus — 11. *facere audientiam alicui* plerumque eſt: facere, vt verba facturus poſſit audiri, h. l. *fac populo audientiam*, vt, quae hiſtriones agunt, ſpectatores audire poſſint. *Κατασιγάζειν τὸν δῆμον* ſeu *τὸ ἐπέχειν τὰς γλώττας ἀνακηρύττειν* — 13. *quam per viuis et colis* quam per victum cultumque tibi paras — 15. *duplicem mercedem* alteram, qui ſilentium feceris, alteram, qui ſileas ipſe — 16. *bonum factum eſt* formula ſolennis, edictis, boni ominis cauſa, praefigi ſolita — 17. ſcortum exoletum *ne quis*, ad ſexum vtrumque referendum putatur. Mſſ. quidam *ne quid* — 18. *lictor* ordinis, ſi opus ſit, ſeruandi cauſa, adeſſe iuſſus — aut virgae *muttiant* ſonitum edant — 19. *diſſignator* deſignator, Martiali: locarius, qui in ludis loca ſpectatoribus ordine distribuit — non *praeter os obambulet* obſiſtere cogatur ambulaturis — 21. *diu qui domi otioſi dormie-*

Digitized by Google

runt, vt ſerius venerint, locis, vbi ſedere poſſint, iam distributis — 22. *dormire temperent* citius e lecto ſurgere diſcant — 24. *aes pro capite dent* cum Grutero aliisque intelligo: dato pretio libertatem a dominis emant. Lipſius explicat: prò loco, vbi ſedere poſſint, pendant *τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν ὡρα*. Muretus putat, ſubſellia quaedam fuiſſe, quae ab hiſtrionibus locarentur — 26. *varientur* virgis caedantur. vid. Epid. 1. 1. 15. — 27. *curaſſint* curauerint negotia iis mandata — 29. *neu quae* nutrices pueros ſecum adferant — 31. *vagire* Varro L. L. 6. 5. proprie haedorum eſſe dicit, quare *quaſi haedi* — 33. *tinnire* Caſ. 2. 3. 32. — 38. *neue ambitionis cauſa* neue ideo, quod indignis faveant. vid. Amph. Prol. 69 ſqq. *extrudantur* artifices meliores — 42. *inruptionem facite in popinam* vt a ludis abeatis — 43. *ſcribilitae* genus placentae — *aeſtuant* calidae adhuc ſunt — 46. *viciſſatim* viciſſim Stich. 4. 1. 27. — 47. *ignarures* Moſt. 1. 2. 17. eſt *gnarures*. Contrarium exſpectabat populus, *vt ſitis gnarures*, ſed riſum excitare voluit, verum dicendo; non minus ignorabat regiones iſtas, quam ignariſſimus quisque — 49. *finitor* Nonio: agrimenſor; Ciceroni: agrorum metator — 52. *quibus eſt in manu* quorum in poteſtate eſt Amph. Prol. 80. — 53. *Carchedonius* Carthaginienſis, a graeco Carthaginis nomine Καρχηδών — 54. pro vulgari *Plautus* cum Mureto recepi *Plauti*, quod conſtructio videbatur poſcere. Pro *patruus* autem *Poenulus* recipere auſus non ſum. *Pultiph.* vid. Moſt. 3. 2. 141. — 56. *cenſebitur* a vobis ſpectatoribus iudicabitur — 57. *proſcenium* explicant hic: actiones, quas celant homines — 58. *iuratores* vos ſpectatores eritis arbitri et cenſores — 62. *dico* eum mortuum eſſe — 63. *pollinctor* cadauerum vnctor — 65. *abditiuus* ſeparatus — 71. *ſine viatico*. Solebant tumulis mortuorum inponere viaticum, aurum et pretioſa vaſa. Alii ad illum ritum putant reſpici, quo mortuis numum (*δανάκην*) in os inponebant, Charonti portorium et naulum. Ariſtophanes in Ranis duorum obolorum meminit, qui eſſent *πορθμήιον* Charontis; poſtea ad triobolum excreuit — 72. *Calydon* Aetoliae vrbs — 73. *ſeni* Antidamanti — 75. *inprudens hoſpitalem filium* ignarus, pueri, quem emerat, patrem eſſe ſibi hoſpitem — puerum vero ſeptuennem patrem adhuc patriamque ignoraſſe vrbem, vix credibile eſt. Carthagine certe ſe eſſe natum, non ignorauit Agoraſtocles 4. 2. 80. etc. — 79 ad 82. prorſus idem hi verſus

Digitized by Google

dicunt, quod Men. Prol. 49. ad 55. — 86. *Magaribus* alii *Magalibus:* locus in ipsa vrbe Carthagine apud Appianum in Punicis vocatur τὰ Μάγαρα. Horti fuisse videntur, vnde puellae ambulantes cum nutrice subreptae sunt — 87. *Anactorium* Acarnaniae oppidum — 90. *sacerrumo* prae ceteris detestabili, exsecrabili — 92. *cui Lyco nomen siet,* hoc quidem comice tantum addidit, ex nomine enim de moribus hominis coniectura fieri nequit. Hic tamen Lycus vere erat *vir sui nominis,* vt Spartianus hominem vocat, cuius ingenium cum significatu nominis congruit, v. c. Imperatores *Pertinacem* atque *Seuerum*, atque Terentius Eun. 3. 2. 7. Gnathonem, parasitum edaciſſimum, *ex nomine natum* dicit — 95. *quaesti* quaestus — 96. *efflictim perit* Amph. 1. 3. 19. *efflictim deperit* vehementer amat. Cas. Prol. 48 sq. est *amare efflictim* — 101. *tangere aliquem bolo,* vt Truc. 4. 3. 70. *mulctare aliquem bolo,* est fallere, decipere, vt *te tetigi triginta minis* Epid. 5. 2. 40. — 108. *postibi* Cist. 2. 3. 76. — *ducit noctem* non, vt voluptati indulgeat (incestum enim committere incautus potuisset), sed vt quaerat ex iis, an de filiarum suarum sorte possint eum facere certiorem — 116. 117. *si tenetis, ducite, caue dirumpatis.* adludit hoc loco ad ludum puerorum, qui ducebant sparteam restem, et tam diu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omissa funis prehensione, in nates caderet. Scaliger — 123. *ornabor* et 126. *alius nunc fieri volo:* Prologi partibus peractis, alio ornatu alias in hac fabula partes peragam.

IN ACTVS I. SCENAM I.

7 ad 9. de *vetere verbo* seu prouerbio sermo est, hoc vero, quibus in verbis insit, valde interpretes dissentiunt. Turnebo v. 5. 6. latere videtur in: *deberi Milphioni libertatem et grates gratias* (vbi *grates* adiectiue videtur positum). Muretus his in verbis prouerbium inesse negat, vetere e libro aliquo pro *obuiam it* legit *obuiam is,* et prouerbium dicit esse hoc: *scitum est, per tempus si obuiam is* i. e. quum quid promisisti, non exspectandum est, dum rogeris, sed suo tempore obcurrendum, obuiam eundum, et promissis standum est, quod tu non facis, qui, saepe libertatem mihi pollicitus, nihil praestas praeter pugnos. Cum hoc Pontanus consentit. Pistoris autem prouerbium inesse putat v. 9. in *gerrae germanae,* et explicat: *scitum* (bene) *est, per tempus si obuiam it,* si suo

Digitized by Google

loco ac tempore in mentem venit alicui, vt nunc mihi *verbum vetus: gerrae germanae* merae nugae ſunt, quas dicis. Idem ſunt *liroe* ſeu λῆροι — 11. *corios* pro *coria* bubula; pro: loris a te caeſus ſum; ad rem augendam dicit: tria tota coria in me caedendo contriuiſti — 13. quod dixerat Agoraſtocles *ignoſcere te mihi* amanti *aequum eſt*, reſpondet ſeruus ironice *haud vidi magis* aequum eſſe quidquam — 18. *auctor ſum* iubeo — 19. *ſi auctoritatem poſtea defugeris* te iuſſiſſe neges. Apud Ter. Eun. 2. 3. 97 ſq. *PA. Iubesne? CH. Iubeo, numquam defugiam auctoritatem.* Auctor is eſt, cuius periculo et fide res geritur — 23. *mihi quidem hercle* dolet — *iſtuc mauelim* tibi dolere, non mihi — 25. *amo inmodeſte*, inmodice, vehementiſſime — *meae iſtuc ſcapulae ſentiunt* inridet eum, qui *per amorem* ſe caedendum eum dediſſe dixerat: quod inmodice caeſus ſum, inmodice te amare ſenſi — 30. *non lutum eſt eo lutulentius* homo ſordidiſſimus eſt — 31. *nequam* Agor. intelligit *rem, malum aliquod* quare dicit *cupio*, ſeruus vero vt dixit *me dato* quo nequiorem te neminem iudicare ſentio, quod ita caeſus ſum, ac ſi eſſem nequiſſimus, 32. *abi dierectus* in malam rem. Capt. 3. 4. 103. — 44. *quo euadas* ad quem finem tua referatur oratio; quo ſpectent ea, quae dicis. Sic Ter. Andr. 1. 1. 100. quam timeo, quorſum euadas. Eun. 3. 3. 11. huc euaſit i. e. eius verba huc redibant denique — 50. *vbi nequam faciat* nequiter viuat — 56. *dupli* etc. ex ſecundo legis Aquiliae capite ſerui conruptor aut receptor ex infitiatione tenebatur in duplum — 57. *neque id* duplum auri *vnde efficiat, habet* — 58. *addicet praetor* quod fecit rem aduerſus populi leges 3. 4. 15. — 59. *decipiemus foueam lenonem Lycum* ſumtum a ruſticis, qui caeca foueа facta lupos capere ſolent Perſ. 4. 4. 45. 60. *vbi expoliuero* Mil. 4. 4. 37. meum opus ita dabo *expolitum*, vt inprobare non queas — 63. *aphrodiſia* Veneris, ab ἀφρὸς ſpuma maris, vnde nata ferebatur, adpellatae, dies feſtus ac ſolennis — *oculos delectare* 5. 4. 2. oculis epulas dare — 64. *munditiis meretriciis* adſpectu meretricum, quam elegantiſſime quaeque poteſt, ornatarum — 67. *vt ferat fallaciam* Pſeud. 2. 4. 75. — 73. *balliſta* tormenti genus, interdum, vt hic, telum, quod mittitur, ipſum — 74. *balliſtarium* Turnebo: locus, vnde balliſtae mittebantur; Lipſio: machina ipſa — 76. *prior* quam prius nominaui, Adelphaſium.

Digitized by Google

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. *negotii vim* multa negotia — 9. *non conceſſauimus lauari* perpetuo lauatae ſumus. Aſin. 2. 2. 24. conceſſo pedibus — 14. *viri duo* aquarioli, quos Feſtus vocat mulierum inpudicarum ſordidos adſeclas. Lauantibus meretriculis miniſtrabant aqua adgerunda et effundenda — 17. *potis ſunt* poſſunt. Merula legit *poteſſunt* — 22. *non ſcimus facere eum* modum — 23. *niſi perculta eſt* hoc quid ſit, ipſa mihi explicare videtur infra v. 88 ſqq. *bono ingenio ornata* etc. — 29. *optimum eſt habitu* optimum, quod haberi poteſt. Stich. 1. 2. 2. ſeruus habitu haud probus. Mil. 2. 1. 23. amor cultu optimus — 32. *muriatica* ſalſamenta, a *muria* piſcium ſalſorum liquamine — 36. *eius ſeminis* eiuscemodi — 37. *inuenuſtae* parum in amore felices — 45. *dignus* cum datiuo *Veneri* — 54. *prosedas* Feſtus: Prosedas meretrices Plautus adpellat, quod ante ſtabula ſedeant, eaedem et proſtibula — Feſtus: *alicariae* meretrices adpellabantur in Campania, ſolitae ante piſtrina alicariorum (qui e zea faciebant alicum) verſari, quaeſtus cauſa — *reliquias* vetulas, aridas, reliquias potius, quam ſolita corpora — 55. *ſcoeno* non *ſchoeno*. Sabini dicebant *ſcoenum*, vnde *obſcoenus* pro *coenum* vt *ſcoelum* pro *coelum*, *ſcoena* pro *coena*. *Scoeno delibutae* ſunt lutulentae, inmundae. Meurſius. Sunt, qui ſchoenum putent eſſe vnguenti peſſimi genus, ex σχοίνῳ iunco odorato. — 56. *olant* pro *oleant* — *olent ſtatum* etc. locum quo ſteterunt ſederuntue — 58. *ſcorta diobolaria* quae duobus obolis ſui copiam faciunt — 61. *tantilla* muliercula tam abiecta *tanta verba funditat* tam magniloqua eſt! — 62. *nebulae cyatho* viliſſimo vel nullo adeo pretio. Alii iungunt *cuius nebulae* meretriculae viliſſimae, vt puella vocetur *nebula* eodem ſenſu, quo vir dicitur *nebulo*. *Cyatho* vno vini. — 63. *pulcrius* Adelphaſio meo — 67. pro *adſum* dicit ſeruus *escum aſſum*, et, quaſi intellexiſſet *aſſatum* iocatur herus *elixus* ſis volo — 68. *facis delicias* alii: nimis delicatus es, qui elixum malis quam aſſum; alii rectius: inrides me. Caſ. 3. 1. 14. — 68. *de te quidem haec didici* vid. v. 83. — 69. hoc certe de me non didiciſti, vt ames, quod tangere non liceat — 71. *poenitet exornatae vt ſimus* displicet mihi, nimis videtur vilis — 75. vulgo *habitus* i. e. veſtimentorum. Nonnulli vero Mſſ. habent *habitu*, quam lectionem Douza, Acidalius aliique probarunt, et Pareus recepit. Dixerat

Digitized by Google

Adelphasium 73. *satis commode ornatae sumus*, cui v. 74. addiderat *satis bene*. Iam v. 75. philosophatur quoque; verborum ordo hic adnoscendus est: *eo* hanc ob causam *illud* quod dixi *satis*, *quod satis est* subficit, *satius est habitu* melius habetur, *quam* illud, quod *plus est*, *quam sat est*. Vt *satius habitu* sic supra v. 29. *optimum habitu* — 79. *limare caput* Nonius; *coniungere*; vetus Lexic. *sociare* osculando — 81. *limem caput* limo conspergam — 82. *ibi sum* res meae perquam sunt malae; alii: res tuae, quas video, pessimo in loco sunt — *perpetuo volo* te tacere; quidam: mortuum te esse, quod non vident, qua alia re, quam ambiguitate hac, seruus herum dicere possit *delicias facere* — 86. *cordolium* Cist. 1. 1. 67. — 90. *quam beatam* diuitem — 97. *audibis* audies Capt. 3. 4. 86. — 100. *esse et bibere* ego amo edere et bibere — 107. *quae nocturna ora habent* quae deformes sunt. Curc. 3. 35. sunt noctuini oculi — 112. *mulsum* vinum melle mistum. *mulsa loqui* suauissime loqui. Sic Rud. 2. 3. 34. mulsa dicta dicere. Stich. 5. 5. 14. mea mulsa, salta! — *laterculus* scitamentorum genus — 113. *sesamun* principem inter bellaria obtinebat locum — *nuces frictas* tostas. Douza intelligit amygdala — *papauerem* vt Trin. 2. 4. 8. pro papauer. — post *adeas* signum interrogandi; dissuadet enim interrogando — 119. *oleum et operam perdidi* frustra operam conlocaui in me exornanda — 122. *quid tu agis* cur me retines? — 128. *inuendibilis merx* quae non facile vendi potest, mala, inproba — 131. *quo die Orcus* Pluto *ab Acherunte* e sedibus acherunticis *mortuos amiserit* i. e. numquam — 132. numi *lymphatici* furore conrepti, qui in bulga contineri nolunt, exigere gestiunt — 133. *faxo constiterit lymphaticum* vt furore sanato quieti in crumena mea fiant — 134. *bellula hercle!* fastidiose et contemtim dictum: haec vero digna foret, in quam numi isti aurei profundantur! *dierecte* vide supra Sc. 1. v. 32. — 135. *nimbata*, quidam: ventosa; Turnebus: vilis, et quasi pro nebula et fumo habenda; Meursius: quod frons parua inter formae decora, reputabatur, feminae, pulcritudinis studiosiores, frontis magnitudinem nimbis, i. e. fasciis frontalibus, eodem, qui capillorum erat, colore, quo minus dignosci possent, inbutis, inminuebant. *Nimbata* igitur ei est: fascia frontali instructa. Ramirez, ex feminarum suae nationis more, *τὸ nimbatas* explicat: capillos a vertice in faciem demittunt, fasciola deinde frontem ligant,

Digitized by Google

comprehenſis ſubtus capillis, quos deinde retro flectunt. Arnobii libr. 2. locus ad hunc verſum citari ſolet: laminas pertunderent aurium, *inminuerent frontes nimbis*, fuligine oculos inumbrarent — 136. *ſuſtolle amiculum* quod humum verrit. Hoc dicens puellam paullo licentius videtur adtrectaſſe, quare ea: 137. *pura ſum, compesce me adtrectare*. Lambinus: aegre ferens puella, rogat, id ne faciat, *quum pura, a viro pudica, ſit*. Gruterus: *puram* ſe dicit, i. e. lotam *paratamque rei diuinae*, qualem tangere nefas ſit. Breuius apud Ter. Eun. 5. 2. 65. Pythias Chaereae, petulantius adcedenti: *apage te!* — 138. *curam compendii facere*, cura ſuperſedere. Bacch. 2. 2. 6. etc. — Poſt *potes* 138 non punctum, ſed comma ponendum puto, et v. 139. verba: *quid ego nunc te curem?* Milphioni tribuenda eſſe. Nempe *nunc*, poſtquam, me v. 117. diſſuadente, eas tamen adiiſti, *quid nunc te curem?* — 139. pro *quid agis* e cod. Pal. cum Pareo poſui *quid agas* ſi hic ſis? ſi ita ames, vt ego amo? — *ecce odium meum* herus me conſulit de Adelphaſio, quae odio mihi eſt v. 180. — 142. 143. *tam tranquillam, quam mare eſt, quum ibi alcedo pullos educit* vid. Caſin. Prol. not. ad verſ. 26. — 144. *expalpa* fac periculum, eius palpando mitigandae — 145. *pectere* contundere *pugnis* ſaepe apud Plautum eſt, vt Men. 5. 7. 28. Rud. 3. 2. 47. etc. Eſt et *fuſti pectere* Capt. 4. 2. 126. — *Orator* rogator, vt Amph. Prol. 34. — 154. *coloſtra* ſeu *coloſtrum*. Nonius: lac nouum in mammis. Martial. 13. 38. ſubripuit paſtor, quae nondum ſtantibus hoedis de primo matrum lacte *coluſtra* damus — 156. *quadrigis* quam citiſſime. — Poſt *rapi* additurus fere eſt: mori non recuſo. Seruus vero interpellat herum aptius rogando. — 158. ordo: ſi non irata es, ego faxo, nimium pro te dabit, i. e. vt quantumuis pro libertate tua inpendat — 160. hunc verſum Adelphaſium dicit Agoraſtocli, poſt *item* vero ſignum interrogandi ponatur: *qui bene volunt* tibi, i. e. mihi, quam te ſenſiſſe oportet, bene tibi velle, *bene vis item?* num tu quoque bene vis? num tu, quod potuiſſes, et centies te facturum iuraſti, in libertatem me vindicaſti? Muretus legi vult: *qui bene volunt, bene viſitent:* ita viſitent, quos amant, vt eis boni aliquid faciant. Lipſio placet: *qui bene volunt, beneſici ſint* — 162. *at ſcin quomodo?* apud Plautum mox minitantis eſt Amph. 1. 1. 200. Aul. 1. 1. 8. mox dicturi, non ſatis adhuc ſcire aliquem, qualis res aliqua ſit, Aul. 2. 4. 28.

Digitized by Google

et hoc Poenuli loco etc. — 163. *fine, te prendam auriculis; fine, dem ſauium.* Quando amantes alterius auribus prehenſis oſculabantur, hoc oſculandi genus vocabatur κύτρα, quod caput *ollae*, aures anſarum formam referre videbantur. Pollux L. 10. λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν κύτραν. Tibull. 2. 5. Et fetus matronae dabit, natusque parenti *oſcula comprenſis auribus* eripiet — 165. Gronovius legendum coniicit: *atque hic me, ne verberabilem faciat, niſi te propitio* etc. propitiauerim. Vox *verberabilis* eſt Aul. 4. 4. 6. — 168. *homo trioboli* viliſſimus — 171. *inpias* inpie facis, *oratorem* enim legatum verberare, contra ius gentium eſt — 181. *mammeata* mammoſa — 184. Plura dicturum interpellat Adelphaſium — 185. *victitandum ſorbilo* miſere. Explicant: ſuſpiria et gemitus vapulantium imitari ſpiritum ſorbentium — 186. *oſtreatum* verberibus non minus duratum, quam oſtreorum teſtae ſunt.

IN ACTVS I. SCENAM III.

2. *auctionem facias* aedium, aedes vendas, plus obferenti tradas. Epid. 2. 2. 51. — 4. *in ore habitas meo*, ego ſum tibi pro aedibus, cuius in ore pugni tui magnam partem ſic verſantur, vt habitare in eo videare — 9. *perque hanc ſororem laeuam* dixerat *per dextram*, intelligit igitur per *ſororem laeuam* manum ſiniſtram — 11. *nunc nihil obſecras* ſc. per libertatem meam, qui numquam liber ſum futurus — 15. *teſtes*, quibus conuincas lenonem, domi ſuae aurum et ſeruum obcultari tuum — 18. *fugio* propere abeo — *meum iſtuc* magis eſt, vt fugiam ab hero, qualis tu es — 19. *effexis* effeceris — 20 ſqq. Agoraſtocles ita ſeruo libertatem promittit, vt nugari potius videatur, quam certa adfirmatione velle adſtringi. Recte igitur ſeruus eum abire potius iubet, quam nihil dicendo aures ſuas tundere — 34. ad intelligendum, quid Agor. v. 22. 23. 24. voluerit, vere Oedipo *coniectore*, interprete opus erat — 37. *obiexim* obiecerim — pro *meamet culpa* alii *mea culpa* ſeu *mea ipſe culpa* ſeu *meapſe culpa*.

IN ACTVM II.

1. *infelicent* infelicem faciant Cal. 2. 3. 30. Alii *infelicitent* — 5. *ſex agnos* Meurſius malebat *ſex agonas*, quod Iſidor. in Gloſſis: *agones* victimae, *agonia* hoſtia. Suidas: ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων ὡς ἄγονα· τὰ δὲ ἔνεργα τοῖς θεοῖς. Codd. habent *agnos* — 7. *litare* κλλιερεῖν. *Sacrificare* eſt; obferre ſacrum, et

Digitized by Google

veniam poſcere; *litare* autem: propitiare, votum impetrare. vid. v. 41. — 8. *exta proſicarier.* Nonius: *proſecta exta* quae aris dantur, ex fibris pecudum diſſecta. Feſtus: *proſicium* (proſiciae partes) quod proſectum porricitur. Partem enim extorum adolebant, partem conſecrabant ſacerdotibusque dabant, partem ſibi adponebant. Leno, quod non litauerat, iratus deae exta non dedit — 10. *deam eſſe indignam* non dignam, cui ſacrum obferrem. Piſtoris mauult *dea*, quod non probandum eſſe videtur. Dea non fauente ſe non litaſſe dicit, ideoque iratum plura deae exta denegaſſe. *Indignum* ſi auctoritate MSS. nitatur, reiiciendum non eſt, nam ſaepius *deae* vocantur *dei* — 11. *auarae Veneri adii manum*, Veneris, quae, licet plures obferrem hoſtias, me tamen litare non patiebatur, ſpem auiditatemque deſtitui. vid. infra v. 16. Aul. 2, 8. 8. Caſ. 5. 2. 55. Perſ. 5. 2. 18. — 13. *pauſam feci* deſii ſacrificare — 17. *condigne* non melior Venere aruſpex, qui exta inſpiciebat — 21. *mina argenti*, poſtea mihi donata, non eſt malum, quod ille mihi aiebat portendi, ideoque haruſpici v. 20. credendum non eſt — 25. *lenulle* ab obſoleto *lenus*, a *leno* enim eſt *lenunculus* infra 5. 5. 7. — pugna *pentethronica* alii *Pelethronica* etc. nomen fictitium, qualibus Plautini milites glorioſi ſaepe ſolent vti — 27. *volaticorum* hominum, volantium — 32. *farferus*, *farfarus* fruticis genus — 34. *periuras* mentiris ſimpliciter — 40. *pinna ſua ſibi* vid. not. ad Amph. 1. 1. 113. — 41. 42. ita mihi Iupiter propitius ſit, vt hoc non factum eſſe certus ſum — 43. *credo, vt mihi aequum eſt credi* lenonibus autem credendum non erat, ergo: non credo — 50. *addice* vende, et venditam trade — 51. *ita* quidem *res diuina mihi fuit.* Veneri ſacra feci, vt propitia mihi in puella vendenda ſit, ſed *res ſerias* etc. εἰς ἄνριον τὰ σπουδαῖα non tam religione impeditus hoc die eum vendere recuſat, quam (Ter. Heaut. 2. 2. 125 ſq.) arte tractabat virum, cupidum vt illius animum inopia incenderet — Gronov. v. 53. militi tribuendum, et legendum putat *Profeſtos feſtos* etc. i. e. mihi ſunt feſti dies pro profeſtis. — 55. *tuus ſum mercenarius* tu mihi dux es, cui obtemperandum mihi eſt.

IN ACTVS III. SCENAM I.

3. *ſpiſſigradiſſimos* tardiſſimos. Nonius: *ſpiſſum* nonnumquam ſignificat *tardum.* Ciſt. 1. 1. 77. *ſpiſſum* iſtud

Digitized by Google

amanti verbum: veniet! Cic. ad Att. 10. 18. omnia adhuc tarda et *spissa* — 4. *corbitae* naues onerariae grandes et tardae. Festus ita vocatas putat, quia in earum summo pro signo corbis soleat suspendi; vid. infra v. 40. *operam celocem ne corbitam date* cf. Cas. 4. 1. 20. — 5. *fugitaui senes* senes tardos nolui adesse mihi aduocatos — 7. *procos* adolescentes, ea adhuc aetate, qua de vxore ducenda cogitare possent — 10. *gradus subcretus cribro pollinario* gradus tam lentus et spissus, quam tarde e cribro excernitur, vel excretus et percolatus excidit flos ille tritici, pollen. Gronov. — 11. seruos fuisse olim aduocatos eos, qui, argento pro capite dato, liberi erant facti, e vers. 16. 17. adparet. Dicit igitur Agor. peracerbe: 10. ferenda non esset tarditas vestra 11. *nisi* excusaret eam, quod olim *cum pedicis* vincti saepe *condidiciſtis* adsueuistis, *sic hoc grassari gradu* ὀξυποδεῖν, ironice, testudineo gradu repere — 15. *nec tibi nos obnoxii* deuincti *sumus*, vt officio teneamur, te in amore Adelphasii, et in odio lenonis adiuuare. vid. vers. 18. — 16. *pro capite*, libertate — 19. 20. Mss. plerique *seruile esse*, Pal. *seruuli*. Seueri dictum est apud Lampridium: *Cursorem numquam nisi seruum, dicens: ingenuum currere, nisi in sacro certamine, non debere* — 22. *tumultuari* terrorem ciuitati iniicere, quasi infortunio aliquo minitante. Douza Plautum, quasi aliud agentem, Romanorum hic de Poenis victorias adtingere putat — 25. *cerritus* male sanus Amph. 2. 2. 134. Men. 5. 4. 2. — 26. *in aedem ad me*. Acid. adcepit *aedem sacram* quod sacrificantes ad templa amicos vocare solebant conuiuatum — 27. *clauator* Rud. 3. 5. 25. est: qui clauam gestat, seruus igitur, quem velocem esse oportebat. Baptista Pius autem, quem plerique sequuti sunt, legit *grallatorem* — 32. *quod tu inuitus* etc. non cogaris reddere — 34. quod *edimus* edamus — 35. quantillum domi est, nostrum est, non aliunde petendum — 36. *flagitamus* mendicorum ritu — *neque nos quisquam* creditor *flagitat* nec aes alienum habemus — 37. *ramices* vid. Merc. 1. 2. 27. — 40. vid. supra v. 4. — 41. *adtrepidare* vt conemini saltem properare — 47 ad 49. docendos esse spectatores, vt, quid agatur, sciant, per se patet, non recte vero inter agendum histrio, vt eos doceat, moneri videtur. Eodem fere modo peccauit poeta Pseud. 2. 4. 30 sq. — 61. *addicetur* a praetore — 62. *rem* negotium: nec, vt Lambino videtur, obscoeni quid hoc in loco est — 63. res adeo

Digitized by Google

pauxilla est, vt vix quidem teneri possit digitis primoribus. Gron. — 66. Acidalius legi vult *pessime itis, optime dicitis.* Sed ironice Agor. ne abeant aduocati *optime itis*, addit vero *pessime dicitis* non id, quod agendum vobis est, sed, quaecumque moneo, iracundi in malam partem accipitis — 74. *basilice exornatus* 3. 3. 31. chlamydatus incedit, et ita, vt miles haberi possit, qui peregre aduenerit.

IN ACTVS III. SCENAM II.

2. *callum* pro duriore qualibet apri parte. Capt. 4. 3. 4. Pseud. 1. 2. 33. Hoc Poenuli loco iocatur poeta in ambiguitate verbi *callere*, eodemque modo Pers. 2. 5. 4. *magis calleo, quam aprugnum callum callet.* — 3. *condocta* vt fideli memoria teneas ea ipsa verba, quibus vt in agendo vtaris, te docuimus — 7. *nefasti dies.* Varro: per quos nefas, Praetorem fari do, dico, addico. Ovid. Fast. 1. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: fastus erit, per quem lege licebit agi. h. l. *istorum* hominum *nullus nefastus est* i. e. nullus intestabilis, omnibus est testimonii dictio, seu, testes esse licet — *comitiales sunt meri* quouis die fasto in foro sunt, exponentes venalem operam et fidem — 9. *iuris coctiores* ridicule dicit pro *doctiores*, respiciens ad ius culinarium. — 11. post *vos quidem hercle*, quia aduocati dixerant *di te perdant*, exspectandum videbatur *di perdant;* sed addit *commendo*, nam, quod dixi, in commendationem vestram dixi. . Alii legunt *vos quidem hercle* di perdant *cum eo lenone* — 20. *aurum comicum*, lupini, in Comoediis pro numis adnumerari soliti — 24. *nobiscum oraueris* pro *nos.* Asin. 3. 3. 72. Cas. 2. 5. 16. etc. — 27. *Ego eum docui* Agor. sibi laudem vindicat, villicum aduocatosque docuisse, esse malos. Milphio autem *quis te porro* ista docuit, nisi ego? mihi quidem omnis ea laus tribuenda est vni — 32. *fores fecerunt flagitium* et 33. *crepuerunt clare*, putant, hominem rusticum adludere ad crepitum ventris. *Flagitium* quidem P. Vict. l. 11. 8. potius nomen esse dicit, rei foedae atque indignae polito homine, quam sceleris alicuius aut inique facti — *scurrae quod consuerunt* vid. Epid. 1. 1. 13. — 36. *bonus* est, qui in eo, quod facit, eximium se praebet, h. l. *bonus leno, nam similis malo est* e vultu iam adparet, hominem eum esse pessimum.

Digitized by Google

IN ACTVS III. SCENAM III.

2. *conuiuas commodos*, qui tuis obsequantur studiis, qui aeque, ac tu, hilarum velint hunc sumere diem — 7. *Aetoli ciues nos* Calydon enim oppidum Aetoliae erat. Alii legunt *Aetolus non est* quod lenoni adhuc tribuunt, vt aduocati incipiant postea *te salutamus Lyce*. Alii legunt: *qui sequitur procul aetolica veste* quod probat Meursius. et per *vestem aetolicam* tunicam intelligit, cui chlamys super esset inducta — 9. *leuiter* parum, seu: nullo modo. Sic 5. 3. 35. leuiter laudabitis — 10. 11. quo modo erat salutatus, eodem resalutat. Ab initio videtur bene precari: *fortunati omnes sitis* addit vero, *quod* vt fortunati sitis *scio nec fore*, ideoque facile precari possum, *nec* licet vos aliiue pro vobis nihil non moliantur *Fortunam* deam ipsam esse *futuram*, *id fieri* vt fortunati fiatis — 12. 13. non miramur, te haec dixisse, nam stultorum hominum, quales vos estis, thesaurus lingua est maledica, qua meliores homines proscindere quaestui habeant — 14 ad 19. qualem ego vestram salutationem adcepi, talem vobis salutationem reddidi — 23. *aetatem expetit* diu durat, iniuste laesus non facile placatur — 30. *benignitas σιρωνικῶς* — 32. *ei Mars iratus est* magno mulctabitur infortunio, scil. v. 33. ad te diripiendus adducitur. *Mars* auctor mali eius dicitur, quod Collybiscus miles esse fingitur. Simillimus locus est Truc. 3. 1. 11 sq. *fuit Mars meo periratus patri, nam oves illius* (viginti minae mihi datae) *non longe absunt a lupo — capiti vestro istuc quidem*, vt et 34. 35. Collybiscus loquitur secum — 34. lenone ex sententia decepto domum redibo — 35. *canes* aduocati — 42. *sermonem nobiscum copulat* in sermonem ingreditur — 43. *oppido* Calydonis — 45. *vbi nequam faciat* potare, amare vult v. 48. — 46. *Tu* quod non habet, quo referatur, explicant *heus tu!* — 50. *latro* Curc. 4. 3. 16. — 57. trecentos numos portat *praesidii* dignos quidem, quos capere coneris. vid. Pers. 1. 3. 45. — 64. *nunc melius* est, *te* ipsum *illum* capere — 68. Collyb. aduocatis in aurem insusurrat — qui v. 69. submissa voce respondent — 70. Lycus loquitur secum, Collyb. autem audiuit tamen, qui igitur v. 71. vt calces iactat retro, sic lucrum non ad Lycum iturum, sed retrorsum — 77. *a muscis* liberum. *muscae* autem vocabantur, qui conuiuis superueniebant non vocati. Collyb. autem v. 44. locum quaeritabat *liberum* 50. *arbitris* 49. clam furtim esse volebat — 78. Collyb. quod negat, se

Digitized by Google

hoſpitium quaeritare *a muſcis*, hoc *a muſcis* alio, quam illum, ſenſu adcepiſſe oportet, ſenſu forſan proprio: in carcere enim, frigido plerumque, non facile reperientur micae, quae muſcas adliciant. Collyb. autem vult molliter curari — 81. *quam regi Antiocho curantur oculi.* Qui in aula Antiochi erant praecipui, Suidas dicit ὀφθαλμοὺς βασιλέως eſſe vocatos. Pollux 2. 37. ἐκαλοῦντο δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως. Apuleius: inter eos (Perſarum regis miniſtros) aures regiae et imperatoris oculi quidam homines vocabantur. Alii putant, Antiochum aegrotaſſe oculis, quod Plautus ſcire potuerit, licet ab hiſtoricis non narretur. — 85. *is leno viam* rem acu tangis. — 87. *vino vetuſtate edentulo* comice: ita vetuſto, vt, ſi dentes vinum haberet, eos prae aetate iam amiſiſſet — *aetatem* te — 88. *vnguentum ecccheumatis* vnguentorum effuſionibus — 89. 90. faciam, vt balneum, vbi tu laueris, ita vnguentis effluat, vt officina potius vnguentarii, quam merum balneum videatur — 91. *haec latrocinantur* oculatae ſunt manus meae — 97. *qui furem captas*, Agoraſtocles, qui lenonem captas.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

2. *datat* dat. Aul. 4. 4. 10. Moſt. 3. 1. 73. — 6. *promum* qui in ſumtum eroget *feciſti prodigum* qui aurum tuum ſatis propere abſumet — 9. ſc. 3. v. 50. aduocati de Collybiſco erant mentiti *hic latro in Sparta fuit.* Perſonam igitur ſuam Collyb. recte tuetur; milites enim de bellis, quibus interfuerunt, loquaces eſſe ſolent — 15. Cum edd. primis et Salmaſio legendum puto: rem aduerſus populi *eſſe* leges. Piſtoris lectionem *ſaepe* defendit, et *ſaepeleges* dictum putat, vt apud Ter. in Andria *ſemper-lenitas*, explicatque: leges ſaepe repetitas, crebris ſanctionibus iteratas — 19. *ſi pultem* ianuam, leno *non recludet*, aduocati autem iocantur, quaſi intelligerent *pultem* a *puls*, et dicunt: *ſi pultem neget*, *panem frangito* i. e. ſi, te pultante, non aperit, ianuam frangito. Pro *panem* legunt alii *pedem* alii *pede* — 21. meus ſeruus *ſi* ad eum venerit, pro *an* venerit — 29. *diespiter vos perduit* (perdat) cum veſtro *quippini* et eiusmodi voculis, adfirmantibus, at nihil conſilii addentibus — aduocati autem non ſolum *te* Iupiter perdat, reſpondent, ſed *quippini* ſtatim adiungunt, eaque vocula vti pergunt — 35. *illices* vid. Aſin. 1. 3. 68.

Digitized by Google

IN ACTVS III. SCENAM V.

5. *explicaui meam rem* dilataui, auxi — 9. *vtcumque eſt ventus, exin velum vortitur* qualis eſt fortuna, talis eſt hominum animus, vultus, oratio. cf. Epid. 1. 1. 47. — 11. *non tibi* Adelphaſium valet, ſed chlamydato — 14. 15. *calidum* etc. num calido prandio aduſſiſti os, quod hisce verbis refrigerare cupias? quae effutiuiſti, nihil aliud, quam ardorem animi ridicule produnt — 24. *hi* non habet, quo referatur, vt 3. 3. 46. *tu* — 32. *negasne* dicisne eſſe apud te *nec* aurum *nec* ſeruum — 33. *rauio* contenta voce vsque ad rauim clamans pernego. cf. Aul. 2. 5. 10. — 38. *vae* dira inprecantis eſt *voſtrae aetati* vobis. Rud. 2. 3. 44. iungitur: vae capiti atque aetati tuae — *id* vae *quidem tuae* aetati, tibi *in mundo eſt* paratum eſt. vid. Epid. 5. 1. 12. Aſin. 2. 1. 16. — 40. *manifeſto fur es mihi* deprehenſus es, qui cum dolo malo rem meam contrectaſti. Hotomannus — 42. *haud arbitrario* non veriſimile tantum eſt. vid. Amph. 1. 1. 216: hoc quidem profecto *certum eſt, non arbitrarium.* cf. Stich. 3. 2. 41. perii hercle vero plane, nihil obnoxie — 45. *obtorto collo* veſte ad collum prehenſa, qua, gula faucibusque preſſis, vrgear traharque — 47. *pro ſpiſſo euenit* perquam tarde et ſero. Turneb. — 49. 50. ſolent Plautini homines in ſumma rerum deſperatione adhuc iocari. Leno conſulturus amicos eſt, non, ſuspendatne ſe an non, ſed quo modo ſe ſuspendat!

IN ACTVS III. SCENAM VI.

5. *cras ſubſcribam homini dicam* Aul. 4. 10. 30. — 6. *ornatum tuum* depoſita veſte militari, tuam villici ſume — 12. *eſtote obuiam* praeſto mihi ſitis, adſitis cauſae meae — 14. *iniuriam inſignite poſtulat* aperte a nobis rem iniuſtam poſtulat — 15. *noſtro cibo* nulla ab eo mercede adcepta — *cenſet nos ſibi ſeruire* vult nos commodis eius inſeruire — 18. *plumbeas* grauiſſimas *iras* — 21. negotio ſuo, licet iniuſtiſſimo, praeclare tamen de ciuitate ſe meritos eſſe gloriantur.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

2. 3. *velut meum herum* leno *macerat*, ita *is me verberat:* quo leno inportunior eſt hero, eo hic moroſior mihi — 3. Trin. 3. 2. 43. amor mores hominum moros et moroſos efficit.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. 2. Deos hominesque infestos oportet esse ei, qui herum habet, hero meo consimilem — 4. *luteus* abiectus. Truc. 4. 4. 1. lutea meretrix — *coeno conlitus* Most. 1. 3. 133. pulcrum ornatum turpes mores peius coeno conlinunt — 5. *lautumiae* lapidicinae. Capt. 3. 5. 65. vbi qualis vita sit, vid. Capt. 5. 4. 1 sqq. — 11. pro *vt* cum Gulielm. recepi *vt vt* qualiscumque homo est — 14. *fictiles epistolas* testas seu amphoras, literis inscriptas. Rud. 2. 5. 21. vrna literata — 15. *nomina insunt* Consulum, quibus condita erant vina, aut locorum, vnde erant. vid. 3. 3. 86 sq. — 16. *vinariorum* oenopolarum, vt Asin. 2. 4. 30. *delectum vinariorum* delecta vina, quaecumque in oenopoliis venduntur. Gulielm. legit *viuariorum* turbam hominum, saginantium se malo suo, bono lenonis — 17. 18. iocose: defunctum esse oportet lenonem, fallaciis meis interemtum, et hunc puerum instituisse heredem, quod hic meditari secum videtur, quid in funebri eius laudatione dicat. Heredum enim erat plerumque, defunctos laudare — 20. *pretiis emtos maximis* seruos apud nos prodigere, quae, si liberi cuperent fieri, heris erant reddenda — 21. *expeculiatos* peculio apud nos perdito *seruos fieri* perpetuo manere: quod iis non est cura peculii, nec spes libertatis esse potest — 22. *nihil adparet* tot spolia hominum congesta ad nihilum recidunt — *male partum disperit.* Sallust. male parta male dilabuntur. — 24. Ignauiam ipsam docere posset, quo fieret ignauior: homo est ignauissimus — 27. 28. Adelphasium et Anterastilis primis hostiis litauerunt — 33. *tu corium subferas* tuum pro me tergum subponas. Lamb. — 34. *te volo* malum esse tibi, i. e. si peccaueris, ipsum plecti. Syncer. autem intelligit *te volo* conuentum — 36. *nostrorum* pro *nostrum.* quidam vero explicant: inter eos, qui nostri sunt — 41. *refero vasa salua* ludit in ambiguo; refert vasa, quibus hero puellisque ad rem sacram opus fuerat; vasa autem, quae v. 40. moechi manifesto deprehensi haud ferme referunt, sunt partes viriles — 44. *memora dum* saepissime apud Plautum *dum* imperatiuis adiicitur — 46. *gratiis* gratis Epid. 3. 4. 38. Asin. Prol. 5. — *meae alae pennas non habent* facultate careo, aliquid conandi. Asin. 1. 1. 80. tu sine pennis vola — 50. *nolito deuelliſſe.* Quas puer *alas* dixerat, Milphio axillas, et *pennas* eius pilos se intelligere similat subalares, eosque, id quod cinaedi solebant, velli a puero pila-

Digitized by Google

rique vetat. id ſi duos fere menſes omiſeris facere, 51. *volucres tibi erunt tuae hirquinae* lanugo illa ſub axillis ſatis eruperit, et erit tibi pro pennis, vt volare poſſis — *hirquinae* ſeu *hircinae* vid. Pſeud. 2. 4. 48. cf. Pſeud. 4, 2. 12. — 52. *qui homo* ſi quis *eum* lenonem *norit*, ſciat eum ingenuas apud ſe habere ſeruas, *cito homo* leno *ab eo peruerti* obprimi *poteſt* — 54. *reſiſtam* perſiſtam. *Rectius tacitus tibi reſiſtam* magis tectum tacitumque praeſtabo tibi, *quam quod malae* garrulae *mulieri dictum eſt*. Palmerius legit: tectius *tacitius tibi rem ſiſtam* — 62. *ne a te perdeam* pro peream, interpoſita litera *d*, metri, vt putant, cauſa; idem eſt, quod *ne a te perdar*. Sic Plin. H. N. 11. 37. Marcellus, quum *periit ab Hannibale*. Gronov. coniecit: *ne a te pendeam*. — 64. pro *me ex Synceraſto* cum Meurſio e Ven. Baſ. et Pariſ. recipiendum putaui *med exſynceraſtum*. Nomen pueri erat *Synceraſtus*, Varro autem L. L. 6. 3. dicit: *ſynceraſtum* eſt omne edulium, antiquo vocabulo graeco. Dicit igitur puer: me, nunc ſynceraſtum medulla plenum et pinguem, herus ita mulctabit, vt talis eſſe deſinam, et crurifragius potius fiam. Coluius autem et Acidalius ductu veteris ſcripturae legendum putarunt *exſinceratum fecerit* i. e. virgis caeſum. Moſt. 4. 1. 11. — 66. *indicaſſo* indicauero — 68. Fidei, deae, de qua Aul. 3. 6. 47. etc. — 71. id *Facile:* quomodo facile eum perdere poſſit — 75. *quanti?* rogat hic, vt 76 *duas minas?* miratus vile pretium. Sed paruulae adhuc erant, quum venderentur, et venditor ſe *furtiuas* ſubreptas vendere non diffitebatur — 83. 84. in *cauſa liberali* iudicio ſeu actione de libertate. *manu eas adſerat* a lenone liberali cauſa ingenuitati; ſeruitio liberatas in libertatem vindicet — 85. *incita* (ab incieo) *linea* in alea erat ea, quo calculus a luſore redactus moueri amplius non poterat. Vnde *ad incitas redigi* tropice eſt, ita coarctari in anguſtiasque compelli, vt, qua euadas effugiasque, nulla videatur via eſſe reliqua. Trin. 2. 4. 136. — 86. prius quam *vnam calcem* vnum calculum *ciuerit* ciere potuerit, *disperibit*. Fallaciam a Milphione excogitatam puer, euentumque eius Milphio ipſe adhuc ignorabant — 92. *dum calet* ſine mora, prius quam leno puellas vendat — pro *eum mones* forſan *commones* — 98. 99. vid. not. ad 3. 1. 47 ad 49. — 100. ſpectatoribus fuiſſet odio, ſi, quam rem audiuerant modo, iterum narraſſet, hero autem res noua erat, eaque non odio, ſed perquam grata. Boxhorn. igitur

Digitized by Google

mutari vult: *hero vni potius intus ego* sc. narrabo, *odio quam hic sim vobis omnibus.* Sed iocatur seruus — 102. *sed ego nunc est, cum me moror;* primitus cusi habent *sed ego nunc cur me morer;* posteriores *sed ego nunc nihil est, cur me morer;* Scioppius *non est, cur me morer* — 104. pro *nocte* cum Gulielmio ponendum putaui *docte.* Nox huc nihil facit, et fabula eodem die paracta est, *docta* vero consilia, *docti* doli Comicis semper in ore sunt — *et hoc* quod a Synceraſto didici *consulendum* non negligendum est — 105. *et illud consilium vernaculum* a nobis ipsis excogitatum.

IN ACTVS V. SCENAM I.

De Punicis huius scenae vide Argumentum. Petitus ea ita putauit latine esse vertenda: 1. Inclinate et aduertite, o Dii Deaeque, quorum sub numine viri huius ciuitatis sunt, 2. Deprecationem et integritatem meam adcipite. Duas filias generaui, robur meum: 3. Fato inpulsus feci, vt irent singulis deorum festis ad hortos, 4. cum gaudio multo, quod conturbauit deus, et in die cantici fuit vacuitas: 5. Puellae subreptae abierunt! quonam ibo, thalamos omnes calcans? 6. vbi est, qui illas rapuit? vt tollam ineptitudines doloris mei, quas quasi fructus producit mihi gignere et educare 7. liberos. Dixerunt hic pro certo habitare Agoraſtoclem: 8. Est hospitalis tessera, Saturni immago (hanc fero) 9. inter nos. Esto aliquis finis itineris mei, quo tandem integritati meae requies concedatur, 10. ne solus et miser adflictusque errem huc illuc, quin potius in liberis meis innouer, et rependam dona et oblationes 11. diis deabusque, quos inuocaui consultores et adiutores mihi 12. ad lustrandam domum meam a dolore, quo adfectus sum, quum illos laudarem. Sed orationem non adceperunt, adflictissimusque sum et animum despondeo. 13. O spes mea, huc veni, et, qui me cumque manet labor, perferre facito, animos sume a veritate oraculi et responsorum dei Ταῦ, a diuinationibus et ostentis prodigiisque: 14. Numero adimplere: erige te et precare. Vtinam exaudiant: faceſſat dolor a patre religioso, et dignoscam fratris filium Ariſtoclem. 15. Adtente audi lamentationem istam, Deus, mea potentia, festina ad veritatem verbi exaltationis meae, o Deus, et cessabunt sterquilinia mea. 16. Ecce deinceps de meis facultatibus honorem habebo, sacrificans far diis omnibus, et laudans!!!

Digitized by Google

17. *qui colunt* quorum haec vrbs praecipua in tutela eſt. vid. infra 5. 4. 14. — 19. *fratris* patruelis. ſc. 2. v. 109. Iachonis *filium* Agoraſtoclem — 25. *de teſſera hoſpitali* vid. Ciſt. 2. 1. 27. et infra ſc. 2. v. 88 ſq. vt Petitus ſupra verſum 8 latinum fecit, in hac Hannonis teſſera erat Saturni imago.

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *dixe* dixiſſe — 4. *liberali cauſa* etc. vid. 4. 2. 84. — 5. iam popularitas, quo longius a patria abſis, eo plus ſolet commendationis habere, eoque ad officia humanitatis praeſtanda promtiores reddere — 8. *Creta eſt profecto horum hominum oratio* Camer. et Lamb. explicant: ſermo eorum candidus et fauſtus eſt; Gruter.: vt creta emaculantur veſtes, ſic illa oratione omnes dicit animo ſuo ablutas eſſe ſordes — 14. *inpetrare* plerumque eſt *exorare* Caſ. 2. 3. 51. quid, ſi ego inpetro atque exoro a villico. Iac. Durantius vero verbum deriuat a *patrare*, vt *inpetrare* idem proprie ſignificet, quod *perpetrare*, ad exitum perducere, conſummare; quae ſignificatio huius loci eſt — 15. *auem* nominat Poenum ob manicas, alarum inſtar vtrimque penſiles libereque fluentes — 16. *circumductus* per fraudem ſpoliatus. vid. Bacch. 2. 3. 77. etc. — 17. poſt *edepól* addiderunt *punica eſt* et Lamb. e cod. quodam addit *gugga eſt homo* i. e. Afer, ſeu homo ex Libya. — 20. dixerat Milph. *ſeruos veteres antiquosque habet:* rogante igitur hero *qui ſcis?* reſpondet *viden' homines ſarcinatos conſequi.* Sub onere non poterant non incurui incedere: inde iocatur, incuruos eſſe ſenes — 21. *annulatis auribus* male audiebant apud Romanos Poeni aliique barbari, qui aures habebant perforatas — 28. 29. Hanno gemens ſecum, audiuit enim, quae Agor. v. 26. 27. dixerat — 31. *punior* comparatiuus comice fictus: *magis Poenus*, fraudulentior, qui hodie plures dolos callide excogitauerit; alii: punicae linguae peritior; quod hero quidem facile perſuadere poterat, eius linguae ignaro; ipſe autem, qui punice neſciebat, loquentis Poeni verba ex ſolo interpretabatur ſono. — 33. *ne parſeris* nihil horum quaerere obliuiſcaris — 34. *auo* Scaliger explicat, ad verbum eſſe *viue* a חיה, et *aue* Latinorum eiusdem eſſe originis — 38. *doni* Druſius dicit eſſe ex *Adoni* mi domine — 43. *miſeram* aegram, morboſam — 44. *fortaſſe* cum infinitiuo, *arbitrari*, rariſſimum quidem eſt: qui

Digitized by Google

vero Scioppio elegantiſſimum poſſit videri, non intelligo. Edd. vett. habent *arbitratur* — 48. *qui zonam non habes* qui veſte vteris Poenorum more discincta. Adludere eum ad pecuniam etiam putant, quae in zona geſtatur, et citra quam in vrbe ſumtuoſa non ſat commode viuitur. — 51. *mures Africanos* Alciatus Niloticos ſeu Aegyptios intelligendos putat, quibus Plinius 10. 65. durum, vt erinaceis, pilum eſſe dicit, eosque ceu Alpinos ambulare bipedes; Lipſius vero Romanos veteres et ſimplices *elephantem* dicit vocaſſe *bouem Lucam* (lucanicam); *ſtruthionem paſſerem marinum; Camelopardum ouem feram; Pantheras mures africanos; leones vrſos numidicos* ſeu libycos. — 54. pro *canalis* Douza legi vult *venales* — quid vero eſſe hic poſſunt *ligulae?* recte opinor Acidalius emendauit *ficulas, fabulas.* Sic enim et Stich. 5. 4. 8. iunguntur: *nucibus, fabulis* (a faba), *ficulis* — 58. *palas* ad terram fodiendam, *mergas* furcas, vid. Rud. 3. 4. 58. ex ſono vocum haec fingit, modo ab Hannone prolatarum — 65. 66. *ſub cratim* (cratem) etc. *ſub crate necare* ſubplicium, quod Carthaginienſibus vſitatum fuiſſe dicitur. Tacitus de eo, in libello de morib. Germ.: "Proditores et profugos arboribus ſuspendunt, ignauos et inbecilles et corpore infames coeno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt." Livius 1. 51. "ibi tam atrox inuidia orta eſt, gladiis in medio poſitis, vt, indicta cauſa, nouo genere lethi, (Turnus Herdonius) deiectus ad caput aquae ferentinae, crate ſuperne iniecta ſaxisque congeſtis, mergeretur." Liv. 4. 50. ad vociferationem eorum, quos necari ſub crato iuſſerat, concurſu facto etc. — 71. *aduenam qui inrideas* hero qui perſuadeas, me dixiſſe, quae mihi in mentem non venerunt — 73. *migdilybs* mixtus Libys eſt; Carthaginienſes Tyriorum et Afrorum vtebantur lingua, quare bilingues audiunt, quod alio ſenſu eſt *fallaces* inprobi. Alii: qui mox punice, mox latine loqueris — *biſulcilinguam* et *proſerpientem beſtiam* i. e. ſerpentem itidem alterutro ſenſu vocat — 85. pro *Antidamarchi* Lipſius et plerique omnes legendum eſſe conſentiunt *Antidamae.* Huius v. 87. ipſe ſe filium vocat. Antidamas autem v. 100. Demarchi erat filius adoptiuus. Non male igitur coniiciunt, *Antidamarchi* ortum eſſe ex *Antidamae Demarchi* ſc. filii — 89. *nam habeo domi* alteram teſſeram, cui haec plane par eſt — 109. *frater patruelis meus* ille et ego fratrum eramus filii — 119. iungunt plerum-

Digitized by Google

que: *num nouis* non vis? Rectius vero iungendum puto *numne vis?* Sic Truc. 2. 6. 65. *numne* vis, me ire ad coenam? Cic. Nat. D. 1. 31. deum ipſum *numne* vidiſti? — 125. *ſi quid me fuat* ſi quid mihi adcidat, ſi obiero, nempe filiabus non repertis — 128. *vteris operam meam* opera mea. Raro quidem, ſed apud Terentium quoque, Adelph. 5. 7. 29. *mea* quae praeter ſpem euenere, *vtantur*, ſine! — 132. *amat a lenone* vid. Pſeud. 1. 2. 69. — 136. *neque eam inceſtauit* nec rem cum ea habuit. Serv. ad Aen. 12. *inceſtus eſt quaecumque pollutio* — 147. *pol magis quam vellem* tibi placeo, nolim reperiri in adſimilando artifex, verum autem meum eſt deſiderium — 148. *crudum* inhumanum. Truc. 2. 8. 14. — 151. Milphio hactenus non dixit, puellas ibi eſſe cum nutrice: qui poteſt igitur Hanno quaerere, qua facie earum nutrix ſit? Non habeo, quo excuſem hoc, niſi, quod Hanno, vnas ſuas filias cogitans, interrogare quidem omiſerit, an nutrix cum iis ſit, at tamen, quaſi ille, quod cupit, adfirmaſſet, porro quaerat, qua ea facie ſit — 152. *corpore* colore *aquilo* ſubnigro.

IN ACTVS V. SCENAM III.

2. *tunicatum* hominem. Ennius de Carthaginienſibus *tunicata iuuentus* — 3. *nam quem* quemnam — 9. *filiis* filiabus — 20. *earum mutarentur nomina* ex hoc ipſo Plauti loco Alciatus obſeruat, mulieres, quae ſtupri licentiam apud Aediles profeſſae meretricium inſtituerent quaeſtum, nomen mutare conſueniſſe. Douza addit: quae quaeſtui renuntiarent meretricio, iſto nomine cum perſona depoſito, liberum ingenuumque nomen ſibi adſumere ſolitas. Conſentiunt Pithoeus, Durantius, alii. Cellis meretricum ſuperinpoſiti erant tituli, earumque nomina in fronte pendebant. — 22. Hannonem puer felicem videtur praedicare, 23. nutrice forſan adſentiente, aut populares ſuos ſalutante — 28. *hos* ſeruos meos ſarcinatos — 30. *illas* filias — 33. 34. haec Hannonis ſeruis putant dici, quare Gruter. ea Hannoni tribuit ipſi, quod non videat, cur Milphio iſtis tam inclementer debeat dicere. Nec vero cauſa adparet, cur Hanno ſeruis minitetur. Milphionis verba eſſe puto, non vero Hannonis ſeruis, ſed ſecum dicta: ſe probe exerciturum eſſe Agoraſtoclis ſeruos in coena adparanda, quam curare iuſſus erat. — 34. *robuſtum codicem.* Feſtus: robur in carcere is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſtis

Digitized by Google

includebatur — 35. addit: *ego faxo* vt vos, conſerui mei, *hoſpitium hoc leuiter laudetis* omnes vos habebo ſollicitos. Ter. Heaut. 3. 1. 52. — 44. *praeterbitamus* praetereamus, alia quam illae via euntes. Epid. 3. 4. 1. — 49. *Graecae ſunt has columnae, ſuſtolli ſolent.* Salmaſius: punicae columnae ligneae videntur fuiſſe, quae ſimul cum baſi conficiebantur, Graecae autem lapideae, quae, quum in baſes ſuſtollerentur, celſiores fiebant. Gronovius: columnae omnes non in alium conficiuntur vſum, quam vt erigantur, quo facto grandiores videntur: Graecae autem columnae prae ceteris erant elegantes.

IN ACTVS V. SCENAM IV.

1. *qui amabilitati animum adiiceret* qui elegans formarum ſpectator ſit. Ter. Eun. 3. 4. 18. et Stich. 5. 4. 58. vox *amabilitas* reperitur — 2. *oculis epulas dare* ſupra 1. 1. 64. oculos delectare munditiis meretriciis — 4. *opus* alii *opes* — 6. *murrhinus* vid. Pſeud. 2. 4. 51. — 9. *praepotentes* formoſiſſimae. Sic et *fortis* pro pulcra Bacch. 2. 2. 38. Mil. 4. 3. 13. — *pacis potentes* v. 4. 2. 27 ſq. primis hoſtiis Venerem placauere extemplo, et 5. 3. 16. — 12. *Et pol ego* hoc ſpero, *quum cognoſco*, quanto nos ingeniis praeſtemus aliis, quae in delubro aderant, puellis: quanto plus commendationis noſtra in modeſtia ſit, quam ceterarum in proteruitate — 14. *vitalem aeuum.* Lucretius 3. 60. habet: non *omnem* poſſit durare per *aeuum.* Pro *vitalem* autem in Mſ. aliquo reperitur *talem*, vt conſtrui poſſet: per quem talem (qui talis eſt) viuimus aeuum. — 15. *dæ diem ſoſpitem rebus meis agundis:* ſoſpitare velis, quae hodie ago — 17. *inuictae* in qua manſi, a qua nullis me difficultatibus moleſtiisque abstrerreri paſſus ſum — 18. *nam mihi eſt* leno *obnoxius* in plagio furtoque deprehenſus — 20. *cluet victoria* victoria excellit; ita vincit, vt inclareſcat — 23. *illic* in delubro *non os oblitum eſt fuligine* vid. v. 10. ſi a iuuentute ibi non es inridiculo habita, quod aliis meretricibus ita videtur adcidiſſe, vt os iis oblineretur fuligine — 24. 26. *patruiſſime* ſuperlatiuus comice confictus — 34. *nimisque operam dant, vt placeant viris* h. l. vbi ſermo de puellis eſt, ſententia veriſſima eſt, et ſine dubio Plauti genuina. Alii legunt *minusque operam dant* etc. quam lectionem probarem, ſi ſermo eſſet de vxoribus, vt *viris* eſſet *maritis* — 38. pro *quid* Gulielm. mauult *qui.* Sed non eſt,

Digitized by Google

quod mutetur — 39. *mea fiducia* pro *mei*, me ſpectans et amorem meum; confiſus, me non paſſurum, vt ſeruae maneant — 54. *ſitiunt qui ſedent* ſpectatores, ergo *in pauca confer*, quae reliqua ſunt — 59. *auteſtare me* vid. Curc. 5. 2. 23. — 64. in *me meae latrant canes?* qui pro me facere deberent, mihi aduerſantur? — *adludiare* dicuntur canibus ſuis, qui blandiuntur iis, eos demulcent Stich. 2. 2. 58. — 65. *linguam obiicito* vid. Aſin. 3. 3. 105. — 67. *ite, ſi itis.* Sic Camerarius. Aldina: *ite, ſultis* — 78. *ſatis ſunt* hae ſorores *maceratae* perterrefactae, adflictatae. Gruterus haec verba Hannoni tribuit — 82. *ne di darent indigna* h. l. ſeruitutem *indignis* vobis, quae non eſtis meritae, *id ego euenire vellem* mallem, deos non eſſe paſſos, vos meliore fortuna dignas, ſubreptas adhuc fuiſſe ſeruas — 87. *huiusce δειχτικῶς*, ſe ipſum digito monſtrans dicit: *huiusce* meus patris veſtri *fratris filius* — 96. *tenere collum* patris tui — 97. *omitto* collum patris, quo ſe Agoraſtocli deſponſari cupere prodit — *ſperata* tu mea ſponſa. *ſalue* dicens oſculaturus eam eſt — haec vero, quod nondum patris ex ore audiuerat, eum ſe huic deſpondiſſe, dicit quidem *omitte* ne amplectaris me, addit vero 98 *ſalutem* tibi dico, tamquam cognato meo. — Altera vero, Anteraſtilis, quae eum ſororis amatorem eſſe ſciebat, amplexaturo dicit *nolo ego iſtuc!* et tamen amplexanti; *enicas me!* — 99. pater nunc iubet filias amplecti, alteram ſponſum, cognatum alteram — 102. *numero* nimium cito Caſ. 3. 5. 21.

IN ACTVS V. SCENAM V.

2. *ſcurrae* vid. Epid. 1. 1. 13. — 4. *atrienſis* Caſ. 2. 8. 28. — 6. *pro minore parte prandii* explicant: cepi pignus, quod maioris pretii eſt, quam prandium, quod mihi debebatur. Leno igitur, quum miles ſc. 6. v. 22. oſtendiſſet ei, quid ferat ſecum, arrhabonem, v. 23. exclamat: *perii hercle!* — 7. *ſic dedero!* minitantis aut triumphantis. vid. Men. 4. 2. 40. *ſic datur!* — *aere militari*, vt milites ſolent, ſpoliando, caedendo — 8. *circumduceret* vid. ſupra 5. 2. 16. — 9. *mea amica* Anteraſtilis — 10. *morula* maurula i. e. nigra. Sed Mſſ. praeter Brix. habent *merulea* i. e. nigra, vt auis *merula* eſt — 12. *qui cortinam* etc. homines ſole peruſti, qui vas, aqua plenum, ludis circenſibus circumferunt, vt eques curſu defeſſos frigida adſpergant. Lamb. — 16. *hoc* quod intus furatus ſum — 18. *congeminatio* altera Ago-

Digitized by Google

raſtoclem, altera ſenem quemdam tenet amplexa — 22. *bulliolum* ſubfuſcum, quales Afri ſunt — 24. *tunicis demiſſitiis* ad talos demiſſis — 25. *ad amatricem Africam* alii explicant: in Africa natam, quod vero militem ſciuiſſe vix credibile eſt; alii: amatricem Afri, quod puellam videbat amplexam tenere Afrum. Alterum magis videtur maledictum ex triuio adreptum, et hoc quidem milite dignum — 28. *nolo* te eam tangere — 29. *hanc tactio.* vid. Aul. 3, 2, 9. — 30. *ligulam* vocat contemtim, puſillule — 31. *hallex* pollex *viri*, pollice non maior — 33. *maena* piſcis eſt vilis, deglubi ſolitus — *Sarrapis ſementium.* Serapis, Aegyptiorum dei, qui agriculturae in primis praeerat, imagines, per ſementis tempus a ſacerdotibus, per pagos, ad ſtipem conligendam circumferebantur, vt, quo largius donarent ruſtici, eo vberior proueniret a deo meſſis. ſenſus igitur: qui aeque deformis es, ac Serapidis iſtae ſolent eſſe imagines. Pro *ſementium* alii *ſenicinctium* alii *ſemicinctium.* Turnebus vero Lambino aliisque locum videtur ingenioſe reſtituiſſe, qui pro *Sarrapis ſementium* legi vult *arra piſa ementium* i. e. homo viliſſime. Quid vilius *piſis*? qui pro iis *arra* datur, cum ipſum nullius pretii eſſe oportet — 34. *maſtruga* veſtis ſcortea, quae peſſime olebat, qua Sardi vtebantur et barbari ſeptemtrionales — Palmer. dicit ἅλς eſſe contumeliae vocabulum, vnde Curc. 4. 1. 2. *halophanta*, et hoc Poenuli loco *halagoras* ſeu ἅλς ἀγορᾶς, qualis ſal in foro interdum venditur conruptus. *Hama* autem Salmaſio eſt vas, in quo ſal ille venditur — 34. *plenior es allii* magis foetes allio — 35. *vlpicum* allii ſpecies. Columella 11. 3. *vlpicum* quod quidam allium punicum vocant — *quam romani remiges* quorum victus erat cum atro pane allium — 36. *prurire* dicuntur malae, dentes, dorſum, caput Amph. 1. 1. 130. Mil. 2. 4. 44. Bacch. 5. 2. 75 etc. quando pugnos et verbera praeſagiunt aut metuunt — 38. *tympanum* vt Galli, Cybeles ſacerdotes ſemiuiri — 43. non ingrata tamen Anteraſtilis eſt erga militem, a quo amari ſe ipſique ſciebat praeponi Adelphaſio. v. 43 ſqq. monet hominem, v. 50. pro eo intercedit — 57. Satius Hanno eſſe putat, verbis comminationibusque, quod cogendus leno erat, eum cogere, quam iure iudicioque. Fraude quidem, a Milphione reperta, quod nunc ſine ea conſequi ſe quaeuis poſſe videbat, vti amplius noluiſſe videtur.

Digitized by Google

IN ACTVS V. SCENAM VI.

14. 15. 16. dicens *fume hinc* collum ſuum monſtrat, quo v. 17. omnibus ſe ſatis facturum dicit, qvali *baiolus* qui collo humerisque onera geſtat — 18. *aduorſum quidem* nihil extricare intpp. potuerunt, niſi vt iocum neſcio quem obſcoenum his in verbis latere dicerent. Agor. v. ſq. intelligit, eum nihil recuſaſſe; emendauit igitur Turnebus *haud verbum quidem*, et Lamb. legit verſum *Ag. numquid recuſas contra? Lr. ne verbum quidem.* Priorem ſequutus ſum — 23. *immo haud multo poſt* peribis.

DE SCENA

quam poſt Act. 5. Scen. 6. Edd. Vett. adiecerunt, in Argumento pauca dixi.

COMMENTARIVS

IN PLAVTI

PERSAM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. pro *princeps* Meurſius legendum putat *priceps* i. e. *praeceps*, quod non videt, qui primum amanti maiores, quam ceteris amantibus, aerumnae exantlandae ſint, et quod, veteres *pri* pro *prae* dixiſſe, Feſtus in *prinignus* teſtatur. Sed pro *princeps* eſt Mſſ. auctoritas, et ſenſum eſſe adparet: *qui princeps* vt primum *amans* amore aliquo captus *ingreſſus eſt in amoris vias* animum adiecit ad vias, quibus amica potiatur, indagandas, *egens* licet opibus deſtitutus — 2. ei plures grauioresque, quam Herculi, labores erunt ſubeundi — 3. 4. perſequitur nonnullos Herculis labores: *cum leone* Nemeo, *excetra* hydra Lernaea, *ceruo* cerua Dianae aeripide, capienda viua, *apro aetolico* ſeu erymanthio, *auibus Stymphalicis* quae Stymphalides vulgo vocantur, *Antaeo*, gigante in Libya, Oſiridis fratre, obcidendo — 6. *non eſt!* explicatur Trin. [illegible] — 11. *quaſi lippo oculo* etc. prouerbium de re, qua abſtinere non poſſumus, licet eam damnoſam nobis eſſe ſciamus — 12. *praefulciat* vid. Pſeud. 3. 1. 6. Apud Ter. in Phormione 2. 3.

Digitized by Google

57. ſeruus, ironice quidem, vocatur *columen familiae* — 17. *vt queo.* Ter. Andr. 4. 6. 10. *vt quimus*, aiunt, *quando, vt volumus, non licet* — 19. *nimis ſtulte amicis vtere* neſcis amicis vti — 20. *viſitaui* vid. Curc. 2. 3. 64. Epid. 4. 1. 12 et 24 etc. — 21. *ferreum fortaſſe* negotium fuit. Moſt. 1. 1. 18. *genus ferratile* vocantur compede vincti in piſtrinum aut ad opus ruſticum dati. — *plusculum* alii putant aduerbium eſſe *plus quam annum* alii adiectiuum *maiorem partem anni* — 22. *praeferratus apud molas* in piſtrino vinctus *tribunus vapularis* vbi prae ceteris vapulabam — 26. *Titani* alias *Titanes* de quibus fabula ſatis nota eſt — 27. *quibus ſat* par *eſſe nequeam* quorum iuſſa non capeſſere queam — 28. *vlmeae catapultae* etc. ne virgis caedatur latus tuum — 29. *eleutheria agito* ſolennia in honorem Iouis Eleutherii, i. e. iam libertate fruor, hero peregre profecto — 32. *ſcapulae pruriunt* vid. Poen. 5. 5. 36. — 34. *haec dies ſumma hodie eſt* hoc die res in discrimine verſatur — 37. *numos ſexcentos. numus*, niſi additum ſit *aureus*, apud Plautum putatur eſſe didrachma, ſeu duo denarii, quorum denariorum ſeu drachmarum centum aequant minam argenti. Sexcenti igitur numi ſeu mille ducentae drachmae ſunt duodecim minae — *pro capite* libertate, vt Pſeud. 1. 2. 42. Poen. 3. 1. 16. — 38. *reponam* reddam, rependam — 39. edd. vett. *age ſis, benignus ſubveni.* Camerar. reperit: *age, ſi benignus, ſubueui.* Pareus: *age, ſi benignus, ſubueni* — 41. *poteſſit* antique pro *poſſit* — 42. *aquam a pumice* (alii *e pumice*) poſcere ab aliquo, quo ille caret ipſe. Pſeud. 1. 1. 73. Aul. 2. 4. 18. — 46. pro *habeo* Douza cum Pariſ. Ald. et Baſil. legit *habes*, quod ſenſus videtur requirere — *habes in mundo* domi. Epid. 5. 1. 12. Caſ. 3. 3. 3. — 49. *obſecro te, reſecro* pro: redobſecro, obſecro iterumque obſecro. Siberus — *odio me enicas* moleſtae mihi ſunt preces tuae, qui, ſi potero modo, te iuuare cupio — 51. *iamne abis?* Toxilus diutius adhuc orare et monere eum cupit. ſed, quod hoc moleſtum ei eſſe audiuerat, pergit *bene! ambulato, ſed recipe* etc. Abiens Sagariſtio clamat: *caue ſuas mihi in quaeſtione* ſi rediero, i. e. ne quaerendus mihi ſis. vid. Capt. 2. 2. 3. — 53. *excoxero* i. e. excogitauero.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. *meum alimoniae* eſt a coniectura Camerarii, alii *maiorum meorum* — *antiquus* et *vetus* etiam Moſt. 2. 2. 45.

Digitized by Google

iunguntur — 6. iisdem verbis Capt. 1. 1. 9. quasi mures semper edimus alienum cibum. Diogenes, quum mures videret ad mensam suam subrepere, *ecce tibi*, inquit, *etiam Diogenes parasitos alit* — 8. *duris Capitonibus* vid. not. ad Capt. 1. 1. 21. cf. Curc. 3. v. 24 ad 28. adludit autem ad familiam Capitonum, Romae non incelebrem — 10. *quadruplari me. rò me* abundat. Asconius: "quadruplatores adcusatores seu delatores criminum publicorum sub poena quadrupli, siue, quod ipsi ex damnatorum bonis, quos adcusauerant, quartam partem consequebantur." Sed quadruplum certe non est quarta pars. Alii explicant: parasitum nolle ereptum ire bona aliena, *ne quadrupletur* ne cogatur ad quadruplum soluendum. Niti putatur haec explicatio Vlpian. l. 2. π. de vi bon. rap. *in hac actione intra annum vtilem verum pretium quadruplatur.* hoc vero parasitus v. 11. *sine suo periculo* facere non potuisset. Gronovius explicat: parasitum nolle adcusatorem vel delatorem esse, licet is quaestus tum multo esset vberrimus, et, nisi delatores manifestae calumniae conuincerentur, sine suo periculo e damnati bonis potirentur parte. Plautus ipse v. 11. explicat: non decere, aliena bona (fraude mala) ereptum ire — 13 ad 22. nihil mihi videtur mutandum — 13. 14. 15. rei publicae interest, noxios puniri, quare, *quicumque id facit* adcusat *rei publicae magis* reip. vnius *non sui quaesti* quaestus *causa, animus induci potest* adduci possum, vt credam, *eum esse ciuem et fidelem et bonum* — 16. 17. *sed legirupam qui damnet* sed qui in iudicium aliquem vocare velit ob leges violatas, *det in publicum dimidium* hoc paullo post explicare videtur v. 20. *aequa parte prodeant* et v. 22. *non albo rete obpugnent;* adcusator non sit sine periculo, sed eius, calumniatoris deprensi, non minus sit periculum, quam rei, noxii reperti, seu adcusatori reoque dimidium i. e. aequum vtrique sit periculum — 17. *atque etiam mea lege* si mihi legis de adcusatoribus ferendae esset copia *adscribitor* hanc adderem clausulam: 18. *vbi quadruplator quoipiam (cuipiam:* sic cum Acidalio lego pro *quempiam*) *iniexit* (iniecerit) *manum* in ius eum vocauerit — 19. *Tantidem* etc. eadem poena proposita adcusatus adcuset adcusatorem suum — 20. *vt aequa* pari vtrimque *parti* (parte) proposito periculo *prodeant* etc. ad praetorem eant, qui per *tresuiros* Amph. 1. 1. 3. damnatum in carcerem mittet — 21. *ne adpareant* vt absterreantur a malitia sua — 22. *qui albo rete*

Digitized by Google

(reti) qui fraudibus tectis, insidiose, specie rei publicae consulendi, persona boni ciuis inducta *aliena* etc. Gronovius autem vult *albo* praetoris, in quo is edicta, actiones, interdicta proposita habebat, *rete* tamquam reti. Accusator adripiebat aliquid ex albo praetoris, quod ad accusandum videbatur aptum. Nec praeteribo, Acidalium v. 1.. pro *quicumque* legendum putasse *qui non*, et v. 14. animus *haud* induci potest — 26. *quieuerint recte, nec ne* an intactae adhuc adsint.

IN ACTVS I. SCENAM III.

1. pecunia *sua*, qua eum fraudauero — *sibi* prorsus abundat — 2. hunc versum clamat seruis, qui intus erant — *ocius* in MSS. non legitur, sed *oculus* aut *oculos*, quare Gruterus legendum putat *foculos*. vid. not. ad Capt. 4. 2, 67. nisi malis *focula*. vid. infra v. 24. Nonius dicit: *focula* sunt nutrimenta, vnde foculare dicitur et fouere — 7. *struthea* malorum cydoniorum genus, quae Dioscoridi *vera*, parua, rotunda et odorata sunt, vnde Genuenses vinum parent delicatum; magna vero minus sunt vtilia — *coluthea* fructus arboris, quae vocatur coluthea — 8. *scutrae* patinae scutiformes — *calamum* odoratum — 9. *congerro* Nonius: dictus a gerris, i. e. nugis, ineptiis; consulor, sodalis Most. 3. 1, 27. — 12. *collyrae* panificii quoddam genus, quod ex iure sumeretur, vnde v. 15. *ius collyricum* — *colliphium* panis cum recenti caseo commixtus — 16. *epicrocum* Festo est: genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum — 17. *iuream* etc. ius collyricum tam crassum et concretum sit, quasi e iure placenta fieret — *in vesicam eat* nimis liquidum, quod non facit ad saturitatem — 23. Nunc non Saturio vocandus sum, sed Esurio — 24. *focula* vid. v. 5. — *at edis* edas, seu edes — 27. *alecis*, aleo, alex, halex ἰχθὺς τεταριχευμένος, seu salsugo et liquor, in quo pisces seruantur — 28. *sapis ad Genium* meum: de esculentis adprime sapidis idem mecum indicas — *here* heri — 29. *qua de re* putat: de numis — 30. *muraena* piscis delicatus, *lampetra* a lambendis petris dicta — *conger* optimi saporis est frigidus. Mil. 3. 1. 163. probus hic conger frigidus — 31. *obpectuntur* digitis, quasi pectine, circumroduntur et comeduntur — 32. *proelium committere* discumbere ad ientaculum — 33. *omnes esse* edere *mortales* — 34. *mane quod tu obceperis* etc. Heliodus: ἡὼς τοι προφέρει μὲν ὕδωρ, προφέρει δὲ καὶ ἔργον —

Digitized by Google

40. Inopia domestica facit parasitos: cui opes sunt ipsi, vnde indulgeat genio, ei non opus est, aliis parasitari — 41. *coepere* praetens huius verbi, nisi apud comicos, haud facile obcurret. Men. 5. 5. 57. lites *coepio*. Truc. 2. 1. 33. alium quaestum coepiat etc. — *tuburcinari*. Nonius: vorare — 43. *Cynica esse e gente* coniectura est Douzae. Alii: *Cynicum esse egentem*. Gulielmius malebat: *Cynicum esse gentem oportet parasitum*. Volebat enim *parasitorum*, quod *vnus homo* non videbatur dici posse *gens*. At Virg. Aen. 10. 228. est: vigilasne, deum *gens*, *Aeneae*? Sed recipienda mihi tamen Mss. Pall. lectio videbatur: *Cynicum esse gentem oportet parasitum probum*, quam Gronovius iam genuinam esse adnouit — 44. *ampullam* vas olearium, quo in balneo vtatur, *strigilem*, qua se ibi defricet, *scaphium* intelligunt alii vas vinarium, alii matulam — 49. *non ad istoc* ad concubitum — 57. *Megaribus* metaplasmo pro *Megaris* — 58. 59. *pereunt reliquiae* cibus corrumpitur, edamus prius, *posterius istuc tamen* fieri *potest* — 59. *scin quam potest?* eodem sensu dicitur, quo apud Plautum saepe *at scin quomodo?* v. c. Amph. 1. 1. 200. etc. — 60. *edis* edes — *ne frustra sis* ne spe fallaris inani. Men. 4. 3. 18. — 63. ex hac *decuria* conuiuarum meorum — 75. *cauſiam* pileum. vid. Mil. 4. 4. 41. — 79. *abs chorago* praebitore adparatus scenici. Trin. 4. 2. 16.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. 2. *indoctae* artium meretriciarum; *inmemori* explicant: indocili. est autem, quod Ter. Heaut. 5. 1. 8. dicit: nihil intelligens, nisi idem dictum sit centies. Sed minus videtur Plautus id curasse, vt quinque, quibus vteretur ancilla, voces sensu magnopere essent diuersae, quam imitatus esse morem mulierum; in obsensa praecipue aliqua, plerumque verbosiorum. Aegre ferebat, Soph. *bardam* ingenio tardam se videri habitam. — 3. 4. *simul vna* iungitur quoque Poen. 3. 1. 50. omnes *simul* didicimus tecum *vna*. Alii: *simul bibere*. *Vnam quidem* etc. Alii: *simul bibere*. *Nam me quidem* etc. — 5. *sector* tecum vixi, seu potius: te artium meretriciarum vsa sum magistra — 6. *cucus* i. q. cuculus — 7. *meum ingenium* me non insipientem esse *non edidicisti fans atque infans* seu docueras me, seu nihil dixeras. Non temere ancilla vtitur voce *infans*. Magna nimirum *infantia* Lemnis. cernitur: tacet,

Digitized by Google

quamdiu potest, et quoties loquitur, verba proferit quam pauciſſima. Ignauiae hoc eſt, quam leno ei 5. 2. 68. exprobrat — 9. *id* eo, amore *tuus ſcatet* turbidus eſt *animus*. *Scatere* ſpectat *placidum*. Palmer. pro *ſcatet* malebat *earet* — 13. quod in Mſſ. eſt *eius auris quae* ortum id nonnulli putant ex *eius aures iis quae*.

IN ACTVS II. SCENAM II.

2. *Verbereum caput* i. q. verbero. Coniecerunt quidam *verueceum caput* pro homine ſtupido. Apud Plautum vero Caſ. 3. 2. 5 et Merc. 3. 3. 6. *verueces* non ſunt: ſtupidi, ſed: ad Venerem inepti — 6. *Eo dem pignus tecum* me melius ſcire, quot ſint mihi digiti in manu, quam tu ſcis, quod ego tibi dixi. Diſſaldaeus — 7. *ſine me ire* cum tabellis et mandatis tuis ad Lemniſelenen — *et iubeo et ſino*, non modo *ſino* te ire, ſed etiam *iubeo* — 8. *vt domi ſis* meae redux, *quum ego te* vix *illic eſſe cenſeam*, i. e. properato opus eſt, vt citius negotium confeceris, quam ego te inchoaſſe putem — 9. puer hoc ita iocatur intellexiſſe, vt domi ſuae eſſe iubeatur, quando ad puellam iuiſſe putetur — 10. *aliquid te peculiabo* donabo tibi aliquid, quod ad peculium tuum adiicias. Sunt, qui ſibi neſcio quid obſcoeni odorari hic videantur, ob vſitatiorem in primis vocis *inpudicitia* ſignificationem, quae mihi vero hic locum non videtur habere. — 11. dicit puer: *ſcio* notum eſt *fidei herili* promiſſis heri ſeruo datis *vt obprobrari ſoleat* vt ineſſe dicatur *inpudicitia* hoc vitium, vt non pudeat heros, ſi promiſſis iſtis non ſtent — 12. *nec ſubigi queantur vmquam* et vt cogi non poſſint heri, *vt pro ea fide habeant iudicem* vt a ſeruo, ob promiſſum non ſeruatum, in ius vocari poſſint — *queantur* eodem modo, vt *coeptum eſt*, additur infinitiuis paſſiuis, actiuum vtriusque verbi infinitiuis actiuis — 13. *ego laudabis faxo* haec verba, quae Paegnio tribui ſolent, tribuenda ſunt Toxilo: *abi modo* quo iuſſi, *ego laudabis faxo* promiſſo, quod tibi dedi, ſtabo, *ſed* etc. — 17. *paſſer marinus* ſtruthio. vid. not. ad Poen. 5. 2. 51. *ſtruthio* ita volare ſolet, vt a terra ſe non tollat, ſed, alarum paſſis velis, vna currens remiget. Quare, quum Tox. iuſſiſſet *vola curriculo*, puer ſecum dicit: *iſtuc ſtruthio ſolet* — 18. *quis haec* feminine. v. Epid. 4. 1. 6. — 20. *perhibetur* dicitur — 21. pro *obieci*, quod in Mſſ. eſt, Camerar. reſtituit *obicem* i. e. apud ancillam hanc, quae me remoratur. Douza mauult *inebram*. Feſtus:

Digitized by Google

inebrae aues, quae in auguriis aliquid fieri prohibent, et prorsus omnia *inebra* adpellantur, quae tardant vel morantur agentem — 29. *nemo homo* pro: nemo hominum, apud Cic. quoque et alios legitur, vt *nemo ciuis*, *nemo quisquam* — 30. *probas* aestimas; alios putas esse malos, quod ipsa mala es — 31. *vt decet lenonis familiae. decet* cum datiuo, pro: vt decet mulierem e lenonis familia — 34. *quo agis* te? i. e. quo is? — 38. *me quidem haud decet* quod paria sibi puer et ancilla reddunt, legendum Gronovius putat *haud dedecet* — 40. *quo te inmittas* i. q. v. 39. *quo iter facias*. Palmer. mauult *quod* (pro *quo*) *inbitas* — 42. pro *adsta* Douza diuisim *at sta*, cui Paegnii *at propero* festiuius respondeat — 43. *cedo manum ergo* ostende huc manum, vt certior fiam, te nihil habere i. e. manu tenere — 44. *vbi illa altera est furtiua laena?* vid. not. ad Epid. 1. 1. 8. cf. Aul. 4. 4. 13 sq. — 45. *ne me adtrecta subagitatrix* ne me inpudice adtrecta. *subagitare* enim est: inpudice adtrectare — 46. *ingratum* non redamantem — 47. *tempori* mature: dum per formam et aetatem licet, debes voluptati indulgere — 48. *capillus versipellis fiat* albescat — 49. *haud etiam es octoginta pondo*. Explicant quidem *octoginta annorum*. equidem mallem: vix pendis octoginta pondo, vix pondus corporis tui octoginta pondo aequat; nondum adultus, pusillus adhuc es. Conf. Asin. 2. 2. 33. *quot pondo te censes esse nudum?* — 49. 50. *illa* Veneris *militia militatur multo magis confidentia* neruorum, qua confidere possis, firmitate *quam pondere* mole corporis — 51. *peritae* in palaestra meretricia exercitatae — 55. *exterebrabis* Nonius: vi extorquebis — 56. *merx tu mala es* vid. not. ad Cas. 3. 6. 22. — 62. *tippula* Festus: bestiolae genus, sex pedes habentis, sed tantae leuitatis, vt super aquam currens non desidat. Gloss. ἴφυδρις. Varro: leuis tippula lymphῶν frigidos transit lacus — 67. *abietem* tabellas abiegnas, cera inductas. Bacch. 4. 4. 64. Pseud. 1. 1. 18.

IN ACTVS II. SCENAM III.

1. mauult Iouem *Ope*, quam *Rhea* natum vocare, ad opes adludens, sibi commodatas — *viripotens* viribus potens — 2. voces *lubens meritoque* in gratiarum actionibus iungi solitae — *vitulor* laetus Ioui gratulor. Nonius verbum *vitulor* deriuat a *vita:* vitulantes veteres dixerunt gaudentes, a bono vitae commodo, sicuti, qui nunc est in summa

Digitized by Google

laetitia, viuere eum dicimus; eaque pro deriuatione esse videtur, quod Ennius et Naevius syllabam *vi* producunt. Festus deriuat a *vitulus:* vitulans, laetans gaudeo, vt in prato vitulus; quocum consentit Varro, qui *vitulari* graeco μοσχιᾶν respondere dicit, quod apud Menandrum est — 4. *danunt* dant. Lipsius reponit *danit*, quod hae gratiae Iovi dicuntur vni — 6. *coelo missum* dicebatur, quidquid inopinato contingebat — 7. *Eretriam* Euboeae vrbem. Merc. 3.4.61. Passeratius autem reponendum putat *Erythiam*, insulam prope Gades, vnde Hercules Geryonis boues abstulisse dicitur. Iocose seruus Erythiam nominasse potest, in Hispania vero die septimi esse non poterat — 8. *die septimi* die septimo. Men. 5.9.94. cf. Most. 4.1.25. — 10. *non erant* non venales prostitisse causabor — 12. *diu quod bene erit, vno die absoluam* totius vitae laetitias in vnum diem conferam, de futuro securus — *tax tax tergo meo erit* verberibus caedar. Vox *tax* ad strepitum verberum exprimendum comice ficta est — 13. *bobus domitis ex crumena* numos commodabo amico, quos in boues emendos inpendere iussus eram. cf. Asin. 3.2.43 sq. nimis vellem habere perticam, qua verberarem *asinos*, si forte obceperint *clamare* hinc *ex crumena* — 15. *bene admordere* insigni damno adficere. Pseud. 4.7.24. iam *admordere* hunc mihi lubet — *salinum cum sale*, vas in quo est sal. Aldina pro *salinum* habet *allium* — 16. *quid faciet mihi?* verba sunt periculum aut minas alicuius spernentis. Sic apud Ter. Eun. 5.2.40. Chaerea: haereo, quid faciam; quid mea autem? *quid faciet mihi* Thais? — 19. *vapulet!* vapulare est quidem serui nequam; sed etiam, quod insigniter a se contemni volebant ostendere, iubebant vapulare. Curc. 4.4.12. leno militi: *vapulare ego te vehementer iubeo* vbi vide notum illud: *vapula Papiria!* Sic et Asin. 2.4.72. MERC. *male seruus loquere?* LE. *vapula!*

IN ACTVS II. SCENAM IV.

2. *emere oportet, quem tibi obedire velis.* Sic Trin. 4.3.54. emere melius, cui imperes — 3.4. *exhibeas molestiam* odiosus tu sis flagitator *si quid debeam, qui nunc sic tam es molestus* quum non sim in aere tuo — 5. *quid sim aetatis* me puerum esse infirmum: quod nisi esset, non inpune auferres maledicta tua — 7. *vlmitriba* i. q. Asin. 2.2.96. *vlmeus* qui virgis vlmeis caeditur — 12. *perciderim*

Digitized by Google

tundendo cruentauerim — *morticinus* conuitium in eos, qui facie sunt exsangui seu cadaueroſa, vt Ter. Hec. 3. 6. 17. Plutarchus tales vocat νεκρώδεις. Sargastionem palluisse mirum non est 1. 1. 20 sq. — 13. *iam incubitatus es* paedicatus, stupratus — 14. sum quidem, sed *non gratis* sine mercede pacta — 16. *quod dicis* quod me interrogasti (obscoene intellectum) facere tu *non quis* — 17. antiquitus *praes esse* significat *praesentem esse* vnde *praesens*. Sag. dixerat *abi in malam rem* cui puer respondet: *at tu domum* abi, *nam ibi* domi tuae mala res *tibi parata praes est* praesens est, te manet — 18. Sag. se de *praede* intellexisse simulat, ergo *vadatur hic me*, in ius vocat, vbi praedibus opus est. — 22. *alapa* fit palma, *colaphus* digitis compressis et in pugnum coactis — 27. *vmbra mea intus vapulat* verberaret herus me ob moram, si adessem — 29. *eccere* v. Trin. 2. 2. 105.

IN ACTVS II. SCENAM V.

3. *adleuat* aegritudine — 4. *aprugnum callum* vid. Poen. 3. 2. 2. — *conscreabor* qui screatus praenuntius ei esto, me magni quid adportare — 8. *vt valetur* pro vt *vales*, nescio an alio loco reperiatur vllo — 9. 10. Sagaristio respondet, vt patroni ridicule inflati clientibus solent. Ii enim mox dicunt *adito* adplica te ad me; mox: *videbitur* consultabo, quid fieri tua in re possit; mox: *factum volo* propensus ad salutem tuam sum; mox: *venito* domum meam; mox: *praemoneto* multis me negotiis districtum moneto, ne memoria tui excidat ex animo meo — 11. Toxilus ad nugas istas nihil respondet: visa enim crumena numis praegnante, quam Sag. e collo gerebat, quaerit potius: *quid hoc in collo tibi tumet?* — *vomica* est: absceſſus malignus latens, puris plenus, apostema — 12. *mala manu* h. l. forsan nihil aliud, quam: *male, incautius*. Saepe vero mala manus tribuitur veneficis, v. c. Amph. 2. 1. 58. huic homini nescio quid est mali *mala* obiectum *manu* i. e. excantatus est — 16. *eaue fis a cornu* — et *quia boues* etc. vid. not. ad 2. 3. 13. — 18. *in bubilem* sc. caulam, alii legunt *in bubile* sc. stabulum — *reiicere* compellere intro in bubile — *ne* longius *vagentur* vt recipere eos non facile possim, et forsan intercipiantur. Gruterus pro *vagentur* in altero Mss. suo reperit *vagientur* i. e. *vagiant* quam lectionem valde probat, et Pareus recepit, vt sit: ne mugitu suo

Digitized by Google

furtum noſtrum prodant, vt Herculis boues furtum Caci. — 19. *ego reiiciam* operam tibi meam in reducendis bubus polliceor: argentum, quod commodaueris, reddam.

IN ACTVS III. SCENAM I.

2. *Perennitatis* quaſi alicuius deae. — 3. *ſuperſit* abvnde ſit, *ſubpetat* ſemper paratum ſit, *ſuperſtitet* quamdiu viuam, abſumi nequeat — 7. *ad hoc exemplum* quo nunc modo induta es. v. 1. 3. 78 ſq. — 8. *venibis* venderis — 11. *mirum quin* ironice, et alterius deridendi cauſa dicitur: hoc quidem mirum eſt, quod non etc. — 14. habebo te pro ancilla filiaue, *vtrum magis erit in rem ventris mei* — 18. vt non aberremus ab eo, quod homines probos decet — 20. *ſubleſtior* v. Bacch. 3. 6. 13. — 23. *vt res eſt*, ſed vt anſam homines praebent ad reprehendendum calumniandumque — 30. *neuis* non vis. fruſtra repugnas mihi — 32. *fiat!* ſic volo, ſic iubeo. *quae hae res ſunt?* ſunt interdum formula indignantis, et h. l. putantur ſtomachantis eſſe paraſiti: quid mihi tam diu aduerſaris? Si interpungas: *fiat, quae hae res ſunt*, explicari poſſet: ſic volo, quod ſine periculo tuo ventri meo bene poſſis conſulere — 38. quae *praeter* plus ſapit, ſeu ſapere ſibi videtur — 41 ad 43. quod pater v. 41. dixerat *malo cauere* et filia v. 42. reſpondet *tibi cautum volo* i. e. tuae famae conſultum, pater iungit *tibi malo*, et derideri ſe putans v. 43. quaerit *malusne ego ſum?* — 49. *ſi mihi liceat* in manu mea res eſſet, *mihi lubere haud lubeat* non, quod tibi placeat, placeat mihi: filiam vendere. Pareus ex prius cuſis recepit: verum lubere haud liceat, ſi lubeat mihi — 57. *nunc hominum τῶν νῦν ἀνθρώπων* hominum, quales nunc ſunt, vt apud Virg. *ante malorum*, apud Ter. *ſemper lenitas* — 58. *cuiusmodi cum fama* explicant: puellas cuiuscumque famae facile nubi, quod quidem eſt: vel turpiſſimis probris diffamatas mulieres *hic* Athenis facile nubere, *dum dos modo ſit* — 64. Feſtus: *Soracum* vel *ſarracum*, genus vehiculi, quo ornamenta portantur ſcenicorum. Gloſſ. *Sarraca ἅμαξα* — 66. filiae dotem promittit ex artis ſuae libris *ſexcentos logos*, facetias, dicteria, ridicule! ſed Homerum quoque Aelianus 9. 15. narrat, Cypria ſua carmina filiae in dotem dediſſe — 67. Aſconius Siculos neque graeca, neque latina lingua bene vſos eſſe teſtatur. Cic. ſi literas graecas Athenis non Lilybaei, latinas Romae non in Sicilia didiciſſes — 68. *vel men-*

Digitized by Google

dico exſpectabatur, vt diceret: hac dote vel ditiſſimo nubere potes, et *παρὰ προσδοκίαν* dicit: mendico! Alii: hac dote, ſi vel mendico nuberes, non egeres.

IN ACTVS III. SCENAM II.

2. *dare* daturum eſſe — 4. *ius iurandum amiſerit* fidem amiſerit, i. e. ſi hodie ius iurandum non ſeruauerit, in poſterum ne ſanctiſſime quidem iuranti fidem habebo. Apud Nepotem Eum. c. 10. exercitus, qui ter iurauerat, ſe Eumenem defenſurum, prodendo eo *fidem amiſiſſe* dicitur.

IN ACTVS III. SCENAM III.

1. exiens conſeruis clamat, qui erant intus — 2. 3. hic *lutum* et *coenum* de lenone, Bacch. 3. 1. 17. *lutulentum coenum* de aedibus blanditiisque meretriciis — *coenum commictum* ſeu *comminctum*, commingendo lutulentius factum — 4. *iniure* Nonius legit *iniurie* — *illex* vid. Aſin. 1. 3. 68. Poen. 3. 4. 35. — 6. *procax* inpudenter poſcens — 13. ſtabulum *ſeruitricium* alii putant eſſe a *ſeruitrix* i. q. ſerua; alii explicant *plene tricarum ſeruilium;* alii *ſeruitio trite.* Colerus legendum cenſebat *ſeruitutium*, Gronov. *meretricium* — 14. *ſubiculum flagri* flagro adſidue ſubiecte. Meurſius legebat *ſudiculum* quod genus erat flagelli, ita dictum quod vapulantes ſudantes faceret, ſc. ſanguine — 16. *perenniſerue* qui per vitam quam longam ſeruus manebis — *lurco.* Feſtus: lura, os culei, vel etiam vtris, vnde *lurcones*, capacis gulae homines, bonorum ſuorum conſumtores — 25. niſi lingua mea regerere poſſet maledicta, ne digna quidem eſſet, cui ſalem darem lingendum — 28. *mirum quin* v. 3. 1. 11. — 31. *ex porta* in caueis erant portae ad beſtias emittendas, ſi ludi in circo darentur — 35. *cui hoc* argentum *ſpectandum*, vtrum probum ſit, nec ne, *dem* — 42. *ſubplicatum* diis, quorum benignitati manumiſſionem libertatemque adceptam referat ſuam.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

2. *ſub manus* i. e. ex ſententia, proſpere ſubcedere. legitur etiam Mil. 3. 2. 59. lepide hoc *ſubcedit ſub manus* negotium, et Mil. 4. 4. 7. negotium omne iam *ſubcedit ſub manus* — 3. 4. *Poſtprincipia* quae principia ſequuntur. Senſus: qui a principio rem ſobrie adcurauerit, ei poſt bene ſubcedet. Varro apud Gellium 16. 18. de diſciplinis mathematicis dicit: "ſed haec aut omnino non diſcimus,

Digitized by Google

aut prius desistimus, quam intelligamus cur discenda sint. Voluptas autem vel vtilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quum perfectae absolutaeque sunt, in principiis vero ipsis ineptae et insuaues videntur." — 13. *adtulisti* adiuliſſe te dices.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. *tiara*, pilcoli genus, quo Persas Chaldaeosque vsos esse, Herod. L. 7. docet. Tempora et buccas velasse eum ostendunt Ovid. Metam. 11. 181. (Tempora purpureis tentant velare tiaris) et Iuvenal. Sat. 6. (Phrygia vestitur bucca tiara) — *condecorat* reliquum *tuum ornatum* persicum — 4. *Tragici et Comici.* Sic et Poen. 3. 2. 4. quin edepol condoctior sum, quam Tragoedi aut Comici.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

2. *in dies* in singulos dies *compendi feci hodie* (Bacch. 2. 2. 6.) feci hodie, vt minus dare opus sit *binos panes* — 3. *ancilla* Lemnisselene *sua nunc est* edit panem suum *argento vicit* redemta — 7. *sui benignus* multis credidi — 8. *nec satis a quiquam adcepi* nec sponsorem a quoquam adcepi, cuius fidem sequutus crederem — 9. *in iure* apud praetorem *abiurasit* abiurauerit, periurio negauerit, se adcepisse — 11. *transenna* funis extentus, quo captantur aues Bacch. 4. 6. 22. Rud. 4. 7. 10. — 13 ad 20. Ex vsu verbi *credo* his in versibus adparet, lenonem nihil aliud, quam iocatum esse, quum in superioribus diceret, se multis *credidisse* — 11. *quid agis? Do. Credo. To. Vnde agis te?* Haec Gruteri lectio Mss. auctoritate nititur. Alii, *quid agis, cedo, vnde agis te nunc?* — 14. *vitam viuas* Mil. 3. 1. 34. est *vita viuere* — 17. *tabellas* vid. 4. 1. 1 sq. — 38. *plenam bonarum rerum* opulentam — 41. *hospitium praehiberi* praeberi. Merc. 3. 1. 46. praehibere locum. Pseud. 1. 2. 49. vestem. vid. ibid. 1. 3. 145. cibum etc. — 46. *faculam* occasionem *lucrificam* lucri faciendi *adlucere vult* praebet — 47. *istas* literas, *quae norunt, roga* — 52. *forma liberalem* pulcram Mil. 4. 1. 20. Ter. Andr. 1. 1. 96. forma liberali — 53. *aduectum* alii *adductam* — 55. *suo periculo* si quisquam eam liberali causa manu adferat, argentum pro ea datum non exspectet iri redditum. Curc. 4. 2. 4. — 59. *cerae creditum* in tabellis ceratis scriptum — 61. *nisi mancipio adcipio* nisi mea fiat ita, vt, si quis eam liberali manu adferat, venditoris id periculo fiat. Curc. 4.

Digitized by Google

2. 8. — 64. *matulam* h. l. inertem, dignum, qui pro matula habeatur. Most. 2. 1. 39. — 66. *mihi, haud inperito*, qui haud inperitus sum, *non euenie*t — 68. *refero* certiorem te ea de re facio — 70. *te* non est *te Toxilum*, sed, vt in sententiis saepe, *tu* ponitur pro *homo* aut *aliquis*. h. l. *hominem* de aliis, quam alios de eo, doctos fieri suauius est. Ter. Heaut. 1. 2. 16. scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu sit — 71. ironice: metuendum scilicet est, *ne quis* etc. — 72. *destinas* emturus es Most. 3. 1. 113. quanti destinat (destinauit)? — 75. *iuxta tecum aeque scio* hoc ego non magis scio, quam tu — 76. *liberalis* v. 52. — *quisquis* feminine — 77. *facie concinna*, hanc laudem vero minorem esse adparet, quam *liberali*, quod Tox. dicit *contemtim* parce laudat. Sic fere ap. Ter. Heaut. 3. 2. 12. vbi seruus dixerat: *forma luculenta est* senex respondet: *sic satis*.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

3. *verbum docte dicere* Douza mauult *doctum*, sed non est, quod a Mss. et edd. abeas — 10. *facinus* Popma vi aut malitia, *flagitium* libidine vel nequitia dicit fieri, scelus vtrumque comprehendere — 11. ἄνδρες πόλεις, καὶ οὐ τεῖχη — 20. *obcentabunt ostium* Curc. 1. 2. 57. Merc. 2. 3. 73. — 26. *quanti indicet* quo pretio venditurus eam sit, infra explicatur v. 37. *indica, fac pretium*, et 41. *indica* minimo daturus qui sis — 29. *quantum* quam primum *potest* fieri — 30. *pretio suo* iusto, quod ad praestantiam puellae conueniat — 36. *si tibi subiti nihil est* etc. si tibi venditio nimis adceleranda non est, nec mihi emtio — 38. *bene, pulcre*, vterque cum lucro, non carius emere, nec vilius vendere — 39. *prognariter* Nonius: fortiter, strenue. Sunt vero, qui apud Plautum Noniumque legi malint *prognauiter* — 40. *mancupio* v. sc. super. v. 63. — 45. *in foueam decidi* labsus sum, peccaui. Poen. 1. 1. 59. — 46. *adesses* Douza mauult *adesset*; vrbanius autem *adesses* gratias Toxilo agit, *adesset* autem leno satis rustice dixisset, Toxilum non contuens — 55. *vt ne contemnat te ille* inertiorem esse putet — 54. *a terra ad coelum* Prov. ἀπ' οὐρανοῦ μέχρι γῆς percontare, quidquid lubet — 56. abstitit adhuc puella, non longo quidem interuallo, a conloquentibus, quae modestia et seruam decebat, et, inter ignotos viros, virginem; Sagaristionem igitur Toxilus rogat, vt propius eam adcedere iubeat, ad

Digitized by Google

se, quasi proxenetam. Vocat eam Sag.: *i, ac morem illi gere* — 56. Toxilo dein permittit, *exquirere* quidquid vellet, qui propius eam ad emtorem adire iubet — 57. *vide* puella, *vt ingrediare* primum adcedas ad futurum herum *auspicato*, ne quid adcidat, quod mali ominis sit — Dordalus vero, *liquidum est auspicium* dicens, cupiditatem prodit eius potiundae, seu lucrum spectans, seu, quod v. 1. prodiderat iam, lubidine incensus — 58. adcedentem autem Dordalum concedere Toxilus iubet, donec adducat eam — 60 ad 62. non detrectat vna adesse, licet Sag. opus id esse negaret — 70. 71. Toxilus loquitur secum. *habet cor* callida est. Pseud. 3. 1. 3. *corde* conspicio. Epid. 1. 3. 3. *cor* sapientiae — 76. mensem *vertentem* integrum — 79. *in culina* de industria inepte respondendo, lepidissime lenonem ludit — 86. homo *qui fuit*, mortuus. Sic Capt. 3. 3. 1. me fuisse, quam esse, mallem etc. — 104. *si crebro cades* fines te futui, viris te praebebis — 106. *dabit grandes bolos* magno tibi erit emolumento.

IN ACTVS IV. SCENAM V.

2. *si quid bonis* etc. vid. Capt. 2. 2. 108. — 4. *Persa* Sagaristio, qui nunc Persam te esse mentiris — 8. *ne cum argento* etc. ne solus praedam hanc auferas, sed me participem esse sinas. vid. 5. 1. 5. — 10. *praeda* leno cum sexaginta minis, seu talento, progreditur.

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

2. *quid ei numi sciunt?* hoc esse: quare absunt? nemo non videt. Pro *sciunt* placuit quidem *fiunt* i. e. quid de his numis fiet, seu: quid his numis fiet; et versu tamen 3 Dordalus respondet ita, vt *sciunt* videatur audiuisse: *sciunt emere, facere.* Duo numi sunt tetradrachmum, seu quatuor drachmae, duodecim grossi — 4. *ne non sat esses leno* sat ostenderes auaritiam sordidissimam. Citari ad hunc locum solet Ter. Phorm. 3. 5. 23. *ne parum leno sis* quod vero est: ne parum callere videaris artem iuuenum inescandorum — 9. *hunc in collum.* Gruterus legi malebat *huc.* cod. Florent. et Paris. habent *hanc.* Sed et Capt. 4. 3. 2. legitur *collos*, et ibidem 2. 2. 107. *collus* — Crumenas autem a collo pendentes gerebant. v. Asin. 3. 3. 65. Epid. 1. 2. 24. Truc. 2. 1. 7. — 12. *mandatae* epistolae. alii *mandata* — 13 ad 17. cur

Digitized by Google

haec de fratre fingat gemino, vid. 5. 2. 48 sqq. — 20 ad 23. Ridicule conficta nomina, quae historiam quasi fraudis continent, qua leno deceptus est, *Vanaloquidorus* qui vana loquutus sum, *Virginisvendonides* qui virginem vendidi, *Nugip.* non nisi nugas protuli multas, *Argent.* qui argentum exterebraui tuum, *Tedign.* te digna loquutus sum, *Num.* numos a te expalpaui. Versus 23 totus vnum est nomen Quodsemeladripidesnumquamposteripides: quod semel adripui, numquam mihi eripies — 24. *multis modis* alii *multimodis* — 26. *contortiplicata* e multis vocabulis contorta.

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

10. *nam sensi* etc. nondum sentit quidem, se in foueam decidisse, at tamen praesagit ei animus malum, quod lenonibus interdum adcidisse sciebat — 11. si lectio certa est, *seruire* multo plus dicit, quam *operam dare*. Codd. habent *serui*, quod Camer. omisit, Acid. *immo serio*, Gulielm. *seruii* alii *seruio*.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

1. 2. Puellam in aedes suas ducturus, omnia vult ibi nitere, ipse nimirum forma eius captus — 4. *bonam vitam tibi feci* in gaudium et voluptatem te conieci. Sic Cas. 4. 4. 17. Venus multipotens *bonam vitam mihi dedisti.* — 6. *istuc omne* quod precatus mihi es, sc. vt bene sit mihi — 7. *inclinabo me* adcumbam ad mensam. alii concumbam, sed 5. 1. 11. pro priori explicatione est.

IN ACTVS IV. SCENAM IX.

1. Post *perdo*, quum plura videretur additurus, similans, se nunc demum conspexisse lenonem, pergit: *atque optime* etc. Acidalius vero et vocem *perii* Saturioni tribuit, ita, vt nihil desit. Haec vero vox plerumque putatur esse Dordali, Saturione turbam faciente territi — 9. *illi* vt saepe pro *illic* — 10. *nonne antestaris* vid. not. ad Curc. 5. 2. 23. — 14. *feles virginaria* leno, qui virgines rapis, vt feles pullos. Sic et Rud. 3. 4. 43. leno vocatur *feles virginalis*.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *pacibus perfectis* Nonius: paces, plurali numero, nouae positum. Varro: constituere paces. Hor. Epp. 2. 1. 102. paces bonae. Sed vterque forsan de pace cum pluribus hostibus — 4. *ea* ob ea. Legitur et *eas* — 7. *statuite hic lectulos* Asin. 5. 1. 2. pueri, mensam adponite —

Digitized by Google

quae adſolent flores, corollas, vnguenta, panem, opſonia, vinum, talos etc. — 8. Legunt quidam *aquulam* calidam, frigidam, quae ſtatuebatur manibus lauandis, et vino lymphando. De aqua verb v. 17. praebenda iam ante menſam adpoſitam. Moſt. 1. 3. 150. cedo aquam manibus, puer, adpone hic menſulam. Vulgaris lectio *aquila* faceta eſt ſerui comici ad aquilam militarem adluſio. Tamquam imperator victoria parta laetificare vult, qui ſub ductu ſuo rem bene geſſerint. Pro *lubentes* MSS. *ludentes*. ſed *lubentes* conviuii verbum eſt proprium. Aſin. 2. 2. 2. eſt *Lubentia* dea hilaritatis, Stich. 2. 1. 3. hilaritas et lubentia iunguntur. Ter. Ad. 5. 4. 38. hilarum ac lubentem hac te gnati in nuptiis — *hilaros faciam vt fiant*, pro: vt hilari fiant, Plauto vſitatiſſimum. Sic Epid. 4. 2. 36. exitiabilem illi faciam *hunc*, vt fiat, *diem* pro: exitiabilis hic dies — 10. *inprobus* etc. vt ap. Senec.: beneficia haurit perforato animo, et transmittit, quidquid adcipit — 15. pro: *cedo parem*, *quem* Lamb. Acid. Manut. ponendum iudicarunt *partem* pecuniae *quam*, Palmerius autem Sambuci e libro *partam* amicam aliquam *quam*. Priorem emendationem putaui praeferendam, quod Toxilus id, quod Sagariſtio poſcit, in craſtinum videtur differre; quod v. 5. dixerat *nunc diuidam*, Sag. forſan non audiuerat, aut τὸ *nunc* intellexerat *ſtatim*. Toxilus autem v. 16. dicit *tempori* i. e. adcipies, quod pepigiſti, hunc autem diem agitemus ſuauem — 18. *hanc florentem* corollam — talis plerumque ſortiebantur *regna vini* Hor. 1. od. 4. v. 18. idem 2. 7. 25. *quem Venus* feliciſſimus talorum iactus *arbitrum dicet bibendi*, ſeu *magiſteria* in compotatione. Cic. ſen. 14. qui magiſter ſeu arbiter leges bibendi praeſcribebat, quot pocula biberentur a quoque, quantumque vino admiſceretur aquae. E verbis autem *do hanc tibi* adparere putatur, et ſine ſortitione, ſola corolla inpoſita, *magiſtros* iſtos interdum eſſe creatos: hoc enim magiſterium Toxilus amicae tradit ſuae, *dictatricem* eam dicens — 19. *a ſummo* vid. not. ad Aſin. 5. 2. 41. ab eo, qui ſummo loco in lecto triclinari adcumbit, a Sagariſtione — *committe* Nonius: *committit* i. e. incipit — *hos ludos* adludit ad ludos circenſes, qui dicuntur committi, quando factiones quadrigarum e carceribus emittuntur — *ſeptenis* Gell. 3. 10. ait, curricula ludorum circenſium ſolemnia fuiſſe *ſeptem*. Auſonius Epitaph. heroum epigr. 35. Phosphore clamoſi ſpecioſa per aequora Circi *ſeptenas* ſolitus victor obire *vias* — 20. *bene mihi*, *bene vobis*, *bene amicae meae* ſa-

Digitized by Google

lutem ſingulis propinat — 23. *bene ei, qui inuidet mihi* Valla et Lambin. intelligunt: Sagariſtioni, qui non habet ſecum amicam liberam, vt ego. Acid. mauult legi: *qui non inuidet mihi* quod vero idem fere eſſet, ac v. 24. *qui hoc gaudio gaudet.*

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. Poſtquam dixerat: *qui erunt*, addit *qui futuri ſunt*, quare prius ſuſpectum quibusdam videtur: ſed leno loquitur perturbatus — 2. *antideo* anteeo — 4. *perfabricauit* fabricis et dolis perdidit — 5. vocem *amiſi* Acidalius, vt gloſſema, expungit — Ingenioſe autem Piſtoris pro *vehiculum* legendum coniicit *verriculum.* Licet enim Acid. phraſin *vehiculum eiicere* defendere conetur illo Epid. 4. 2. 22. *plauſtrum perculi*, hoc tamen vix quadrare dicit, et *plauſtrum percellere* concinnius dici, quam *plauſtrum eiicere: eiicere* autem proprie dici de retibus et verriculis piſcatorum. Explicat igitur *eieci verriculum argenti* proverbio: aureo hamo piſcatus ſum, et *amiſi* hamum, *nec, quam ob rem eieci, habeo*, piſcis, quem captabam, euaſit. Vix me contineo, quin hanc coniecturam genuinam eſſe putem Plauti lectionem. Simplicior tamen Lambini videtur explicatio: tantam vim argenti inpendi, cui portandae vehiculo propemodum opus erat, ſed amiſi omnem, eieci, perdidi, quod puellam non habeo — 7. *ita miſer ſum.* Piſtoris autem mauult *ita miſera Toxilus haec* etc. — 9. 10. aut abeſſe poſſet v. 9. *vt non*, aut v. 10. poſt *ſpero* non nihil deeſt. Sic fere ſolent irati plus minusue dicere, quam voluerunt — 11. pro *fabula* quidam *familia.* Sed *fabula* hic eſt *res: quid hoc eſt?* — 17. *crux* qui cruce dignus es, *ſtimulorum tritor* ſtimulis ſaepe trite, confoſſe — *verſauiſti* vexaſti, exercitum excruciatumque habuiſti, vt mare, fluuius, ventus, quae abstulere, ſurſum deorſum verſantes agitant — 18. *tricas* nonnulli derivant a τρίχες crines, quibus pullorum inplicentur pedes, deinde eſſe difficultates quasque, quibus inpediatur aliquis — *manus mihi adita eſt*, vid. not. ad Aul. 2. 8. 8. — 20. *praeuorti litibus* potius lites ſequi — 21. 22. *vritur cor mihi* cf. Merc. 3. 4. 1 ad 4. h. l. lenoni *vritur cor* ira; in Merc. *amor* Charino *in corde facit incendium;* vterque perturbatiſſimus eſt. Charinus dicit: ni oculos lacrumae defendant, iam ardeat, credo, caput, i. e. ni lacrumae fierent curarum mearum leuamen, mente, credo, caperer; lenoni Toxilus vinum iubet praeberi, ne caput ardeſcat —

Digitized by Google

23. *ludos me facitis* ludibrio me habetis — 23 ad 29. Paegnium videtur exsultim saltasse, et repente de industria lenoni ita insultasse, vt prope percelleret eum — 29. *ferua, rursum* incursabo — 30. *delude* etc. leno dicit Toxilo — 31. puer, quasi sibi dixisset *delude*, dicit ei: *viden, vt dictis tuis pareo?* vt te deludere pergo? — 35. *caue sis me adtingas* ne iterum insultes mihi — 36. *vtere* ipse magno isto malo, *te condono* malum. Sic Bacch. 5. 2. 24. *te condono* quam v. 23. promiserat *malam rem magnam*. Ter. Phorm. 5. 9. 54. argentum, quod habes, condonamus te — 37. *da pausam* desine saltare — 38. at *te ille* eradicabit — 40. *circumfer* praebe in orbem a summo — 42. *quod vos numquam transeat* venenum intelligunt, seu omnino, quod meiere nequeatis — 43. *staticulus* saltatio minus motoria, in qua interdum statur — *Hegea* videtur saltatrix, et *Diodorus* saltator fuisse, eo tempore nobiles — 47. *inritassis* inritaueris — 48. *admutilasti ad cutem* vid. not. ad Capt. 2. 2. 18 sq. et Mil. 3. 1. 137. — 49 ad 51. vid. 4. 6. 13 ad 16. — 53. *inconciliauit* aduersatus est. v. Bacch. 3. 6. 22. — 56. *prostibilem* meretriculam vilissimam. Stich. 5. 6. 4. quidam codd. *prostibulam* — 57 ad 62. obiurgat puellam, quae peruersos imitetur libertinorum plerorumque mores, vt ingrata sit minusque obsequens sibi, cuius vnius sit liberta, qui eius patronus sit, non leno — 59. Mss. *ni id efficit* vt patrono aduersetur. Sequutus tamen sum Venetam et Paris. *ni illi obficit*, quod Pistoris et Acid. recte putant esse concinnius, licet Acid. tamen praeposuerit *obfuit* — 62. *meo in loco* κατ' ἐμὸν μέρος — 64. *liberas virgines* mercatur? — 65. *qui fuit quondam fortis* amator — 65. *colaphum icit* κολαφίζει Sagaristio — 66. *heu! nates pervellit!* nates ita adtrectat, vt eas depilet, pilos vellat, id quod moechis deprehensis solebat fieri: quare Paegnium v. 67. *diu saepe sunt expunctae* nates tuae, depilatae in adulterio tibi deprenso — 67. *frustum pueri* vocat eum propter staturam adhuc breviorem — 68. *patrone* etc. puella dicit lenoni ad eum inridendum, vt Toxilo satis faciat — *mea ignauia* plerumque dicunt esse ablatiuum: propter meam ignauiam, qua me eludi patior, et tu me deludere audes? Mihi vero videtur esse vocatiuus: tu, quam ignauam esse scio, tamen etiam hiscere maledicendo conaris? 72. *manus do* victum me esse fateor — 73. *sub furcis* vinctus virgisque caesus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS
IN PLAVTI
RVDENTEM.

IN PROLOGVM.

1. Vno verbo: *Iovis* — 2. ſub Iove et ego in numero deorum ſum — 3. *ita* quatenus deus ſum *ſum ſplendens ſtella candida, vt videtis* quemadmodum in Amph. Prol. 142 ſqq. Mercurius pinnulis in petaſo, Iupiter autem torulo aureo ſub petaſo inſigniebantur, ſic hiſtrionis, Arcturi perſonam ferentis, in fronte ſtellae ſimulacrum ſplendebat — 4. *exoritur* ſtella diebus XI. ante aequinoctium auctumnale. Quod vero v. 5. *hic* in terra *atque in coelo* exoriri dicitur, cum Acidalio equidem de tali ortu intelligendum puto, quo per vices, nunc in coelo nunc in terra, adſit — 5. *Arcturus* ſtella clara, ad femur ſeu coxam Bootae, quod ſidus et Arctophylax vocatur — 6. noctu meum numen ſtellam conluſtrat, meo a nomine vocatam — 7. *interdius* i. e. interdiu, in terram demiſſus verſor inter homines — 8. quo et ceterarum ſtellarum diis deſcendendum eſt. 9. 10. Iupiter nos *alium alia disparat* Ioue nos alium ad alias gentes amandante — 11 ad 21. qui, moribus factisque hominum exploratis, probos beneficentiae commendemus, inprobos deferamus ei puniendos — 12. *vt quemque adiuuet opulentia* qua quisque ratione opes adquirat — 14. *in iure* apud praetorem. Iupiter cauſam, perperam iudicatam, iterum iudicat, eosque, qui vicerunt, mulcta mulctat, quae maior eſt vtilitate, quam iſta lite auferebant — 21. adluditur ad διφθερᾶν, pellem caprae Amaltheae, in qua Iupiter omnium mortalium acta deſcripſiſſe fingitur — 23. In vett. edd. eſt *omnibus hoſtiis*, quod in Mſ. Palat. ſec. eſt *omnibus oſtiis*. pro *donis* autem Camer. et Gulielm. legi volunt *duonis* (antique pro *bonis*) *hoſtiis*. ſed Douza defendit lectionem *donis*, *hoſtiis* copula omiſſa. Iſidorus dicit: *dona* proprie dei dicuntur, *munera* hominum. Cic. de Legg. l. 2. *impius ne audeat placare donis iram dei.* Donatus ad Ter. Eun. act. 5. *donum* deorum eſt, *praemium* virorum fortium, *munus* hominum — 24. *perduunt* pro: perdunt — 25. *ſubplicium* pro precibus, ſubplicationibus.

Digitized by Google

Sic Salluſt. Cat. 9. ſn ſubpliciis deorum magnifici. Liv. 25. 50. ſubpliciis votisque fatigare deos etc. — 26. Aeſchylus λιτὰς δικαίας θεὸς κλύει. Demoſthenes τοσοῦτῳ πλείους ἀφορμὰς πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ εὔνοιαν ἔχει τις, ὅσῳ διατελεῖ ἐυσεβέστερος καὶ δικαιότερα πράττων — 33. *Cyrenae* vrbs Africae, quae regioni, cuius caput eſt, nomen dedit Cyrenaicae — 36. *malitia* κακία. Cic. N. D. 3. 30. malitia eſt verſuta et fallax nocendi ratio — 38. Locus Trin. 2. 1. 24.: "fit ipſe, dum illis (meretricibus) *comis* eſt, inops amator" non facit ad hunc Rudentis locum explicandum. Laudatur enim viri probitas, qui, fidei iuſſor et benefactor, ipſe ſe inpediuit: non exprobratur inter ſcorta et paraſitos profuſio — 43. ludo *fidicino* vbi fidibus canere diſcitur. Mſſ. *fidicinio* — 45. *deſtinare* emere, pretio pacto, ſed non ſtatim ſoluto, quare v. 46. emtori arrhabo dandus erat, et venditor iure iurando adligandus — 47. *vt ſe aequum eſt* intelligo: vt lenone dignum eſt, vt ſolent lenones — 49. *par illius* eiusdem farinae, eo non probior — 50. *Agrigentum* Siciliae vrbs nobilis — 56. *eſſe quaeſtum maximum meretricibus* ſic et infra 2. 6. 57. pro: ex meretricibus, lenocinio faciendo — 68. *tetuli* pro *tuli* vt Amph. 2. 2. 84. etc. — 69. Quae ſtellae verno auctumnalique tempore, vtroque ventoſo, oriuntur aut obcidunt, ipſae ventos tempeſtatesque putabantur ciere; Arcturus auctumnali obcaſu ſuo Hor. od. 3. 1. 27. *ſaeuus Arcturi cadentis impetus;* Heſiod. Ἔργ. 566. Ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο. quare *increpui* tremendo ruebam tumultu *hibernum* aduerb. hiberno more, vt hieme ſoleo — 73. *eiecti* naufragi — *ibus* pro *iis* vt Mil. 1. 1. 74. etiam *iibus* Curc. 4. 2. 20. etc. — 74. *virgo* Palaeſtra — *ancillula* Ampeliſca — 77. *ſenex* Daemones — 79. *ſeruus* Sceparnio — 80. *adoleſcens* Pleuſidippus.

IN ACTVS I. SCENAM I.

4. *Euripidi* genitiv. antiquus pro Euripidis — Tragoedia *Alcumena*, qua muliere pariente ſpurcam Iupitur tempeſtatem oriri iuſſit — 5. *deturbauit* turbo — 6. *inluſtriores* non tam propter fulgura, quam propter *feneſtras* rimas, in tecto, tegulis vento deiectis.

IN ACTVS I. SCENAM II.

Verſ. 1 ad 7. Pleuſidippus amicos tres chlamydatos cum machaeris 2. 2. 9. dimittit, ſuos, lenonem inueſtigaturi, comites — 2. *id, qua gratia* latinius eſt, quam *cuius gra-*

Digitized by Google

tia — 3. *prehendere* antequam nauem soluat — 4. quantulacumque raptoris adsequendi, vobisque opem ferentibus retinendi, supererat specula, ei quidem defes ego deesse nolui — 6. *visere ad locum* ire aliquo, rei alicuius cognoscendae causa. Capt. 4. 2. 113. vise ad portum — *venio* in via sum — 8. ad aedes reficiendas opus erat lutamento: seruus igitur: *hoc lutum* puluerem imbre maceratum, *quod me mactat* euntem, fatigat, *concinnem* Nonius: *conficiam:* parabo, vt vti eo possim in resarciendo tecto — 12. *vsus est* opus est — *terram confode*, quam luto huic admisceas — 14. *quam cribrum crebrius* pluribus foraminibus — 15. *patrem* iuuenis salutat, quem videt esse senem — 16. *vtrum mas* etc. seruus, qui hero sciebat numquam fuisse filium, inridens quaerit: num tu filia eius es perdita, an mas es, quem vestitus videtur indicare? — 17. *quaere patrem* ego nec pater tuus sum, qui filium non habui, nec socer fieri possum, qui filiam perdidi, quam habebam vnam — 19. Varro *secus* neutrum, et vnius casus i. q. *sexus*. Sic Liv. 26. 47. init. *virile secus*. Sueton. Aug. 44. *muliebre secus* omne. Tacit. Annal. 4. 62. *virile ac muliebre secus* etc. — 24. *peculiosus* cui multum peculii est — 25. *quem hero praesente praetereat oratio* qui hero praesente praeloqui inpune audeat — 31. *praeloqui* priorem loqui. vid. sc. 4. v. 28. — 33. *atque in negotio* licet ad confabulandum otiosus non sim — 34. *exsicas* pro exsecas arundines, quibus pertegamus villam — 35. *sudum* coelum serenum — 37. *incanum* canum — 38. *palpator* qui blandiendo decipit. Men. 2. 1. 35. — 47. *aulam exstarem* ollam, in qua coquantur exta — 50. *vt verba praehibes* i. q. Asin. 1. 3. 36. verba perhibes, praebes: ex eo, quod tu dicis — 52. *fana ventris causa circumis βωμολόχος* es, qui templa et aras frequentas, vt sacris epulis ventrem expleas — 55. *nullus* non — *admodum* ita esse doleo — 59. *deludicauit me ille homo* Labrax, leno, qui me ad prandium vocauit — 60. 61. *quid illuc est hominum* quam inpii illi homines sunt — 62. Festus: *propter viam* fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem deus est. Hoc in sacrificio, si quid ex epulis supereſſet, igni erat consumendum. Iocatur igitur seruus: hi naufragi perdiderunt in vndis, quod alii in flammis. Cui hic, in mentem non veniat *sacrificii* (memoria) *de via*, de quo Moses Exod. c. 12. cuius etiam reliquiae erant

Digitized by Google

comburendae? — 69. *sacerramus* v. Poen. Prol. 90. — 71. *Palaemon*, antea Melicerta, Athamantis et Inus filius, postea Palaemon, Latinis *Portumnus* qui portubus praeest — 72. Quidam non *hercule* legunt, sed *Herculis*. Colerus *Hercule* vocandi casum dicit. v. Act. 3. sc. 5. v. 42. — 77. gubernator scapham non potuisset maiori arte auertere a saxo ad litus — 91. *de illarum coenaturus vesperi* quam illae praebere tibi poterant coenam. vid. Mil. 4. 2. 5. *qui de vesperi viuat suo* de quadra sua — 92. *curo* cum dativo *illis* vid. Trin. 4. 3. 50.

IN ACTVS I. SCENAM III.

1. 2. Miserias rerum humanarum qui ipsi non experti sunt, multo minus, quam sunt, acerbas esse autumant! — Voces v. 2. *quam reapse* et v. 3. *hoc deo* nec in Mss. sunt, vbi lacuna adparet, nec in edd. primis, in posterioribus demum editionibus additae — 3. *hoc* hoccine. post *est* ponatur colon — 4. me *eiectam* sc. errare? — 5. quibusdam a Mss. hic versus abest totus, forsan, quod v. 6. eadem voce incipit, librarii negligentia omissus — 6. qui sibi videbantur pii, in rebus minus secundis cum diis non verebantur quasi iniuriam expostulare sibi inlatam — 22. *solis locis compotita* in solitudines delata *sum* — 25. *summae opes* sunt meae, praeter vestes nihil habeo reliqui — 26. *nec* quo *cibo* tecta sim, *nec quo loco tecta sim, scio*: nescio, vnde cibum petam, quasue in terras sim eiecta.

IN ACTVS I. SCENAM IV.

1. *quam* vt *corpore vitam sesludam* mortem mihi conscisam — 2. *curae exanimales* tabificae, *βιοφθόροι*, *ψυχολέτορες* exanimant me. Lamb. Bacch. 4. 8. 7. *exanimalem facere* est: interficere — 3. pro *nunc* in codd. lacuna est, et pro *dein* legitur *dem* — 8. *neque magis solae terrae sunt* nullae terrae magis possunt esse solae — 10 sqq. intercessisse oportet in scena inter mulieres collis, virgultum aut tale quid, quod vero circuiri facile poterat, vt vocem sequutae mox congrederentur — 27. *laborum* laboribus *leuas* — 28. *obcupas praeloqui* prior dicis mihi, quod dictura eram tibi — 35. hunc locum, quem desertum incultumque abhorrebamus, diis non indignum videri, quem colant — 37. lacunam in Mss. Camerar. expleuit *nunc quisquis*. Ita enim de nomine dei alicuius incerti solebant dicere. Sic Virg. Aen. 4. 577. sequimur te, sancte deorum, *quisquis es*.

Digitized by Google

IN ACTVS I. SCENAM V.

1. *expeteſſo* dari mihi cupio. v. Epid. 2. 2. 70. *preces expeteſſunt* precibus aliquid beneficii petunt. Lamb. pro *preces* mauult *paces*, at Cato etiam R. R. 134. dicit *preces precari* — 2. *foras excitauit* exire coegit. Sic Amph. 1. 1. 10. a portu me *excitauit* eſt: miſit — 3. *haud grauatam* quae non aegre tulit, cui preces non fuerunt moleſtae — 4. *exſequuntur* pretibus, votis deam proſequuntur, adorant — 10. *equo ligneo* naui — *per vias caeruleas* vndas — 12. *candidatas* veſte candida, *hoſtiatas* hoſtiis inſtructas — 17. *in locis neſciis* paſſiue: ignotis — 25. *vix vitam colo* vix victus mihi ſubpetit neceſſarius — *Veneri cibo meo ſeruio* me ipſa ſustentare cogor, ſacerdotio meo victum non praebente — 28. *quo noſtra copia valebit* quantum, pro re noſtra, potero.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. Miſeri *viuunt* ſunt — 4. iron. *de ornatu* noſtro *propemodum ſcitis* ex habitu noſtro iam adparet, *vt* quam parum *locupletes ſimus* quam ſimus pauperes — 5. *hisce hami* pro *hice* ſeu hi quidem. Sic Mil. 2. 4. 21. *hisce oculi*, ibid. 2. 6. 6. *hisce homines* — *ſunt nobis quaeſtui* et *cultui* pro: quaeſtui, cultui — 6. Camerar. ſuſpicabatur deeſſe *cottidie*, quod Lamb. in Mſſ. ſuis legiſſe vult: *cottidie ex vrbe*; alii vero Lambinum hominibus cum Mſſ. ſuis fucum ſuſpicantur feciſſe — 7. hoc exercitium nobis *gymnaſii* et *palaeſtrae* vicem eſt. Moſt. 1. 2. 73. — 8. *echinus* h. l. conchae genus, mitylus — *lepadas* vid. Caſ. 2. 8. 57. — *balanus* h. l. piſcis quidam marinus — 9. *vrtica marina* zoophytum quoddam marinum — *muſculus* conchae genus — *plaguſias* Cam. vult *pelaguſias*, alii *placuſias* πλακοέσσας quod hi piſces cruſtam patulam et latam habeant: *ſtriatae* a teſtae quaſi ſculptura putantur nominari — 10. *piſcatum hamatilem* et *ſaxatilem* piſces hamis capimus, et ſaxis adhaerentes manu — 12. *falſi* aqua marina *lauti* non epulis, ſed madidi, *pure* tamen, quod aqua ſordes a corpore abluit — *clanculum* quod praeda non eſt ea, qua ſuperbire liceat — 15. *capſimus* ceperimus.

IN ACTVS II. SCENAM II.

5. *fures maritimi* piſcatores *conchitae* qui conchas legitis *hamiotae* qui piſces hamo captatis — 6. pro *vt valetis* dicit *vt peritis* ob eamdem piſcatorum miſeriam,

Digitized by Google

quam ſcenâ ſuperiori ipſi erant quæſti — 9. *chlamydatos cum machaeris* veſtitos armatosque, vt milites, quorum opera lenonem e fuga retraheret — 11. Pleuſidippus lenonem 1. 2. 37. *criſpum, inanum* vocarat, hic vero Trachalio eum depingit *recaluum*. Eſſe vero poteſt, vt idem homo a fronte caluus, in obcipitio criſpus canusque ſit — *Silo* Ciceroni *ſimus*, qui naſum habet reſimum, i. e. ſurſum verſus repandum, more ſimiae — *ſtatutus* qui magnae ſtaturae eſt — 21. *ſceleris ſemen* ſcelerum auctor et artifex — 23. *eadem* ſc. opera, ſimul. Sic Capt. 2. 3. 99. *eadem* percontabor. Sed ibidem v. 90. *opera* additum eſt: *eadem opera*.

IN ACTVS II. SCENAM III.

Verſus 1 et 2 puella e fano exiens ſacerdoti dicit. vid. 1. 2. 45 ſqq. — 3. *ad aures vox mihi aduolauit* iisdem verbis Amph. 1. 1. 169. — *cuia* cuius. Bacch. 4. 9. 55. *cuianam vox prope me* ſonat — 5. *calator* v. Merc. 4. 2. 52. — 7. *aetatem* ego, quae *haud mala* ſum, *male* tamen ago. Conf. 1. 3. 6. Edd. autem veteres habent *aetatem haud malam* i. e. iuuentutem *male* ago. Senectus certe *mala aetas* dicitur Aul. 1 1. 4. Men. 5. 2. 6. — 11. *vera praedicas* eſt: non venit. vid. v. 17. — *non meum eſt* vera praedicare — 17. *hariolare* veridicus es i. e. non facimus rem diuinam. Adcipit enim puella, quaſi non interrogaſſet, ſed dixiſſet *non facitis* — 26. *auferre* Acid. *auehere* quod *auferre* h. l. vix vſurpatum putat — 27. *inpoſiuit* inpoſuit — 29. 30. Et *aleator* et piſcator *bolum iacere* dicitur. Curc. 5. 2. 13. Tu Neptune, in iaciendo reti, ſapientiam ſuperaſti aleatoris, qui talos iacere callet — *perdidiſti* cepiſti, euertiſti — 32. *magnis poculis eum invitauit* pocula bibenda ei dedit — 33. *anancaeum* poculum capax, in compotationibus exhauriendum, quaſi ἀναγκαῖον. Adludere videtur ad ſorbitionem cicutae neceſſariam, vel ad hauſtum e flumine Lethaeo — 34. *mulſa dicta dicis* auditu mihi ſuauiſſima. Poen. 1. 2. 112. vt mulſa loquitur! — 42. *quamuis* admodum faſtidioſus — 43. *aediles* plebeii, ἀγορανόμοι Graecorum, merces inprobas, vt edulia, quae putebant, in profluentem iactare ſolebant. Capt. 4. 2. 43 ſqq. — 43. *inprobas* malas *merces*. vid. Caſ. 3. 6. 22. — 46. fatidicorum erat mos *capillum promittere*, alere — 50. *vt* quod non *multifecit* amicam, *ita probe* iron. parum *curauit* eam — 53. *quem illorum*

Digitized by Google

obſeruet a quo praeter ceteros caueat, *falſus eſt* ille non fuit fur — 54. fur eum nouit, cui inſidiatur, non vero cuſtos inſidiantem — 56. *ſedentem* adorantem numen — 61. *in vidulum* Epid. 1. 1. 20. Men. 5. 7. 47. — 64. *ſcilicet* cum adcuſ. cum inf. pro: manifeſtum eſt. vid. Curc. 2. 2. 13. — *peſſum* fundus maris, fluuii, vaſis h. l. *peſſum ire*, fluctibus hauriri, ſubmergi; trop. Ciſt. 2. 1. 12. *peſſum ire* perire. Moſt. 5. 2. 49. *peſſum premere* perdere — 71. *animus aequus* neque in ſpe, neque in metu nimius — 75. *anum quemquam* ſaepiſſime reperitur *quisquam* femi-nine, vt Ciſt. 1. 1. 68. neque quisquam alia mulier.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

2. *ſpecie lepida* (alii *bona*) *mulier* haec eſt. Douza fil. malebat *mulierem* ſc. video, quod ei videtur elegantius, Maiorem quidem elegantiam non video. Sed ſi dicimus: *heu mulierem* animum prodimus ſubito motu aliquo perculſum, h. l. eſſet: ſubito amore percuſſi, qui vero Sceparnioni non nimius certe fuiſſe videtur; ſi dicimus autem *edepol lepida facie mulier*, haec laus quidem eſt, ſed quam facile tribuimus formoſae cuiuis, licet nihil minus, quam amore capti — 4. 5. Conrupta in his verſiculis nonnulla ſine dubio ſunt. Lectio Camerarii eſt, quam Gronovius exhibuit, in qua ipſa quidem nihil mutaui; at emendatio tamen et explicatio, ſimpliciſſima certe, videtur mihi haecce. Sceparnioni, in reficiendis aedibus obcupato, puella quum dicit *ad vos venio*, hoſpitium ei videtur petere; reſpondet igitur, *adcipiam* te *hoſpitio*, ſed *ſi venis* pro: veneris i. e. redieris. nonnulli volunt legi *nox* i. e. nocte, quod ruſtico quidem homine non indignum eſt, ſed malo tamen retinere *mox* labore meo peracto. Enim vero pro *item vt adfectam* cum Piſtore aliisque legendum cenſeo *item vt adfectas* vt rogas, *nam nunc* opere meo nondum perfecto, *nihil eſt* fieri non poteſt, *qui te inanem*. voculam *inanem* adparet eſſe inexplicabilem, quumque in codd. legatur *manem*, ſeu *maneam* ſeu *mantem* legendum puto: nunc fieri non poteſt, *qui te maneam* vt tempus conſumam in officiis hoſpitii tibi praeſtandis — 7. Veneris *effigia* pro *effigies* apud Lucretium quoque aliquoties reperitur. Ariſtaenet: διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών — 9. corpus *ſubvolturium* et *ſubaquilum* vtrumque alii putant eſſe *ſubnigrum*, alii *alacre*. Conrigit autem ſeruus, quod aquilae vulturibus ſunt generoſiores. Poen. 5. 2. 151. corpus *aqui-*

Digitized by Google

lum eſt *ſubnigrum* — 10. *papillae* mammae *cuiusmodi* quas, licet veſte tectas, adparet tamen ſolidas eſſe turgidasque — *in ſauio* in labris et ore. Mil. 2. 1. 16. ſauia ſunt labra — 11. Curc. 1. 3. 37. *polluctus virgis* eſt virgis caeſus. Hoc loco: *non ego ſum pollucta pago* eſſe videtur: non ſum ſcortum pagi publicum, ſeu: non ſum publica libidinis victima, non ego proſtituo me cuique homine ruſtico — *potin vt me abstineas manum* ne nimium familiariter adtrectes me. Sic Poen. 1. 2. 137. pura ſum, comperce me adtrectare. Lipſio vero placuit, mutari: non ego ſum *polluta, apage, potin* etc. Bryardo autem: non ſum *polluta pago* — 12. *Sicce* pro *ſic*, vt *hicce* pro *hic*. Lamb. tamen *ſiccè* explicabat *ſobrie*, nullo autem interpretum probante — 14. *aiàs* concedas, adnuas — 15. *ornatus* quod cum ſacra vrna veneria (vid. ſcen. ſeq.) veni, me aquam petere intelligis — 16. *meus quoque hic ornatus* etc. ſeruus, quid vellet, modo aliquo parum verecundo videtur indicaſſe — 18. *baſilicus ſum* regio more ſubpliciter exorandus ſum, vt, quod petis, largiar — 21. *aquam grauaris* commodare.

IN ACTVS II. SCENAM V.

4. *praefiſcine* vid. Aſin. 2, 4. 84. Caſ. 5. 2, 51. h. l. forſan: quod bene vertat! — 11. *tandem vero ſerio* deſine iocari; prodi ex angulo, vbi lates, ſeu: latentis proditor ſiat gratus riſus ab angulo, vt Hor. 1. carm. 9. v. 21. — 21. *haec* vrna *literata eſt* literis inſcripta, ſeu Veneris imagine inſignita, vnde eam ſacris ſignificetur vſibus inſeruire. Sic infra 4. 4. 112 ſq. enſiculus literatus, ſecuricula literata. Sed Caſ. 2. 6. 49. homo literatus eſt ſtigmatias — *ab ſe cantat* inſcriptio loquitur. Colvius malebat *eapſe* ea ipſa — 24. *heus ſis* ad *ferunda eſt* clamat ſacerdoti — 26. a *repperi* dicit ſibi, dum ſanum aperitur.

IN ACTVS II. SCENAM VI.

2. *ſeſe atque aetatem* vitam, opes *ſuam*. Idem dicunt Moſt. 2. 1. 1 ad 7. Hor. 1. Od. 3. v. 9 ſqq. Ovid. Et prope tam letum, quem prope cernit aquam nauita. Apud Laert. πιστὸν γῇ, ἄπιστον θάλασσα — 4. *ad hoc exemplum* meum; id quod mihi adcidit, qui fortunas meas amiſi omnes — 5. 6. *Libertas, quae* etc. ad fabulam adludere videtur, quae proſſus ignoratur. Meurſius autem, qui in cod. aliquo legit: in nauem *mecum hercle* vna inponere, naufragum iocari putat, ſe omnia perdidiſſe, praeter libertatem —

Digitized by Google

11. Pſeud. 3. 1. 12. maximo cruciatu *perbitere* eſt: perire. Vulgo legebatur *in Sicilia*. quam lectionem ſi retineas, et hic ſenſus eſt: vellem, te malo cruciatu *in Sicilia periiſſe*. Codicum vero et vett. edd. lectionem *in Siciliam* Gruterus putauit reſtituendam. quam ſi reſtituas *perbitere* eſt *peruenire*, vt apud Nonium eſt: me perbitere illis opitularier. Quod vero vix video, quid ſit *malo cruciatu peruenire*, vulgarem putaui retinendam *in Sicilia*, vbi vrbis ſuae proditor fuerat Prol. v. 50. i. e. ante quam nauigationem mihi ſuaderes, qua mendicus factus ſum — 17. *Malam Fortunam*. Contrarium eſt Aul. 1. 2. 24. ſi *Bona Fortuna* veniat, ne intromiſeris — 18. *quid mihi erat auſcultatio tibi* cur tibi auſcultaui; qui verbalium in *io* vſus apud Plautum frequens eſt. v. Aul. 3. 2. 9. — 20. *perdidi plus boni, quam mihi fuit* non ſolum, quae habebam, perdidi, ſed etiam quae puellis in Sicilia vendendis lucraturum me eſſe ſperaueram — 25. *Thyeſtae* Atreus frater, *Tereo* Progne vxor, filios adpoſuerunt comedendos — 26. *animo male fit* vomiturus ſum — 27. *velim pulmoneum vomitum* palmonem ipſum *vomas* — 29. *pabulum*. Sic Petronius Vlyſſem, crebris ſociorum naufragiis, *regnum Neptuni pauiſſe* dicit — 33. *ex inſulſo* homine inepto, feci *ſalſum* poſſet intelligi: vrbanum, venuſtum; intelligit autem: aqua marina inbutum — 35. tu quidem *eas* in malam rem, *easque res* atque id ipſum *agebam commodum* in animo habui, vt eo te adigerem — 39. *ſcirpum*, iuncum, quod aridus eſt, leno dicit ſe eſſe beatiorem — 41. *velitatio* a *veles* ducta vox, qui leuis armaturae miles eſt. vid. not. ad Men. 5. 2. 28. — 42. *coruſca* lingua vibrante — 45. *thermopolium* vbi calidum biberetur. v. Curc. 2. 3. 13. — 49. *fortuna anatina* anates enim, licet diu in aqua fuerint, arent tamen, nec algent — 51. *manducus*, *μορμολυκεῖον*, quod in ludis, Atellanis praecipue, inter ceteras ridicularias et formidoloſas perſonas circumferebatur, magnis malis lateque dehiſcens, et clare crepitans dentibus. Iuvenal. 3. 175.: *tandemque redit ad pulpita notum exodium, quum perſonae pallentis hiatum in gremio matris formidat ruſticus infans*. Scaliger — 57. *illic* in Sicilia — 58. *conruere*, coaceruare, *συναθροίζειν*. Varro L. L. 4. 31. corbes ab eo (dictae) quod ſpicas aliudue quid *conruebant* — 59. *poſtulabas* ſperabas — 64. *ſacciperium* a ſaccus et pera, marſupium maius, quod plura recipere poſſet minora — 67. *conſociare mihi tecum licet* idem eſt, quod

Digitized by Google

verſu ſq. *aequas partes habemus:* ad eamdem vterque redacti ſumus paupertatem. Lamb. vero: communionem bonorum facere poſſumus. Salmaſius mauult *combinare* — 72. *exhibebit ſe hic mihi negotium.* Abiiciendum putant nonnulli *ſe.* ſed: *negotium ſe mihi exhibebit hic* in hac vrbe — 74. *qui ſoluas* negando, peierando.

IN ACTVS II. SCENAM VII.

3. *neſcio quem* Ampeliſca lenonem cum Siculo viderat. Ic. 4. v. 30. — 7. *ſcitula* pulcra. 4. 1. 3. ambae forma ſcitula atque aetatula — 11. *ſi* vtrumque pro *ſiue.* ſi ſunt, tu quidem hoc beneficio dignus non es, ſi non ſunt, dignus es, qui pereas — 18. *tegillum* Feſtus: cuculliunculum e ſcirpo factum — *areſcit* aret — 20. *iſtaec* veſtimenta tua vuida — *an te poenitet* non ſatis tibi videor miſer? — 21. *in mari elaui* naufragium feci. Iisdem verbis Labrax vtitur 5. 2. 20. et puellae 3. 3. 37. ambae elautae ſumus opera Neptuni — *ni hic in terra iterum eluam* i. q. elauem, iterum quaſi naufragium faciam, i. e. veſtimenta quoque perdam, quae tu mihi furere. cf. not. ad Aſin. 1. 2. 9. in mari reperi, hic *elaui* bonis — 22. Lotionem in balneo ſubſequi ſolebat vnctio, quare ſeruus *eluas tu an exungare,* quaecumque garrias, *ciccum non interduim* hoc ſusque deque habeo — *ciccum* membrana tenuis, quae eſt in malo punico cellularum discrimen. Gloſſarium H. Stephani: *ciccum γρὺ κόκκος — interduim* interdem Trin. 4. 2. 152. eſt: floccum non interduim. — Pro *exungare* Gulielmius malebat *emungare;* tunc *eluas an emungaris* eſſet: fortuna an fraude alicuius tua perdas; quod minus videtur aptum — 25. *barbarum* peregrinum, Siculum — 26. *venales illic ductitauit* ſeruos, mango eſt, explicatur v. ſq. *inmiſericors eſt* — 28. Ter. Adelph. edormiſcam hoc villi. — 30. *vinis Graecis* ſolebant aquam marinam ſubfundere. Athen. l. 1. et Plutarch. *διὰ τὶ τῷ οἴνῳ θάλασσαν παραχέουσι.* Vni vino Chio hoc non fiebat, quod igitur Horat. 2. Sat. 8. v. 15. voçat: Chium mauis expers — 31. *aluum prodi ſperauit* ſperauit futurum, vt potaremus largius, quam aluo vitaeque noſtrae conduceret — 33. *obdormiſſemus* perpetuo eſſemus ſomno ſopiti — 34. *conuiuam* naufragii ſocium.

IN ACTVS III. SCENAM I.

Verſus 1 et 2 iisdem verbis leguntur Merc. 2. 1. 1 ſq. et qui hic verſus quartus eſt, in Merc. eſt tertius — 7. vt

Digitized by Google

hic est *adscensionem facere ad nidum*, sic Bacch. 2. 3. 62. *reuersionem facere ad terram* — 8. *postibi* vid. Cist. 2. 3. 76. — 9. *adgrediri* adgredi — 12. e Procne hirundines sunt, Philomela autem in luscinium mutata esse fertur — 13. vtraque vero senis erat popularis, Pandionis, regis attici, filiae — 21. Turnebus in vetere libro reperisse vult: in Veneris fano *meae viciniae* — 22. Nonius exemplis nonnullis comprobat, veteres pro *miror* interdum etiam vsurpasse *miro*. Edd. autem primae habent *animus miratur*, et sqq. edd. *animus miratur meus*.

IN ACTVS III. SCENAM II.

3. *exemplum pessimum pessumdate* facinus pessimi exempli fieri ne patiamini — 4. *ne inpiorum potior sit pollentia* ne inpii plus valeant. Cas. 4. 4. 3. — 7. *quam vi victo viuere*. pro *victo* Acid. mauult *vitam*, sed contra Mss. et edd. vett. Nihil mutandum est, comma tantum post *vi* deleatur, ponaturque post *victo;* liceat hic lege viuere, vt lex vincat, non vero vt quis vi victus sit — 10 sqq. quam tuta arae vel inpiis asyla fuerint, ex Most. 5. 1. 45 sqq. adparet. Puellas vero ipsum Veneris in fano signum amplexas 2. 7. 2. leno vi deripuit 3. 3. 10. quare Trachalio: subpetias ferte subplicibus deaeque et sacerdoti eius — 16. Cyrene Catullo vocatur laserpicifera. *Sirpe* pars quaedam silphii, magnae aestimationis pretiique, *laserpitium* sucus inde expressus — 17. *exagogam* exportationem: vt eas merces e Cyrenaica saluas exportes Capuam — 18. *ab lippitudine siccitas* quam saepe exteri in Aegypto Libyaque oculorum morbis adficiantur, notum est. Rectam igitur seni valetudinem optans, de oculis praecipue loquitur — 19. *magudaris* radix silphii — 22. *virgidemia* vocabulum comice fictum, quasi: virgarum vindemia — 30. pro *fitque* Rittershusio placet *idque*. Auget vtique noxam, quod iniuria in loco sacro inlata est — 34. 35. Hos versus Camerarius ita explere conatus est, priorem: nunc *vir sceleratissimus*, posteriorem: esse oportet *liberas* — 40. *donabilem* infortunio, eo mactandum — 45. *sepiis* Cas. 2. 8. 57.

IN ACTVS III. SCENAM III.

1. *Nunc id est*, *quum* sic fere et incipit Capt. 3. sc. 3. vbi vide notam — 2 sqq. vbi Mss. multa turbant, lectio exhibetur, quam Camerar. repraesentauit. — 3. salutem *adferat*, Gulielm. vult *afferat* quod spes salutem non adferat,

Digitized by Google

ſed promittat modo, animo certis rationibus inducto — 8. *praecipem* antique pro *paecipitem* — 11. poſt *nunc* comma ponendum — 12. *moriri* vt Aſin. 1. 1. 108. pro *mori* — 16. *reſpexis* reſpexeris — 18. *vis* lenonis *ne obprimat* vt nos, in ſeruitutem retractas, virgis caedat acerbiſſime — 19. *quae vis* eius *adigit* me, vt *vim mihi adferam ipſa*, mori malo, quam ab eo excruciari — 24. etſi *hoc acerbum*, etſi vos eſtis in rebus trepidis — 25. *bonum* tamen *animum habete* — 37. *elautae ſumus* naufragium fecimus. v. ſupra 2. 7. 21. — 42. *harum conchas* iocus ſeruilis; intelligit homo inpudicus muliebrem earum naturam.

IN ACTVS III. SCENAM IV.

2. *vos* puellae — *Tr. huc reſpice* iam ſedent in ara ſc. ſup. v. 29. et 32. — 3. *Lo. iube modo adcedat* Labrax *propius* abripere eas ſi conetur, male mulcatum abigemus — 4. Daemones autem *τὸ adcedere* pro ſacrificare intelligit, *Tune* lorarie — *legirupio* i. q. legirupa — *dis facere* ſc. ſacra — 5. *pugnum* potius, ſi adceſſerit, *in os inpinge*, quam eum patiaris ſacrificare — *cum pretio tuo* inultum id non auferes — 7. 8. *ergo dato* et *arbitrum* non ſunt in Mſſ. — 8 ad 11. quiuis ſpectatae fidei arbiter puellas iudicabit liberas, te vero, ſacrilege, in carcerem, quamdiu viues, compingendum — 12. contenatim iubet ſeruum tacere. *Non hodie iſti rei auſpicaui* non ita auſpicia huius diei cepi, non ad eam me fortunam arbitror detruſum, *vt cum furcifero* tecum *fabuler* — 13. *Te* ſenem *ego adpello* — 16. *follis* luſorius, pila coriacea, vento repleta, *pugillatorius* a pugnus, pugillus, qui pugno percutitur — 19. 20. voces *non licet*, *ita* et *nihil eſt* in Mſſ. deſunt — 20. 21. quod non intra fanum, ſed exterius, ad aram, quae in publico erat, res agebatur, Acidal. pro *educam foras* legendum putat *abducam uvidas*, et 21. pro *huc* legi vult *huic* i. e. mihi — 21. *aridum* vocat argentum, reſpiciens puellas *uvidas* — 26. *exoculaſſitis* exoculaueritis, oculum ei excluſeritis. Poen. 1. 5. 95. Ter. Phorm. 5. 9. 96. vel oculum exclude — 27. *Quaſi murteta* faſciculi myrtorum iuncis circumuinciri ſolent, *item ego vos* etc. ſeu *quaſi murteta* loca myrtorum feracia *iuncis* ſolent eſſe circumdata, *item* etc. — 28. *flagitii flagrantia* homo flagitioſiſſime — 32. *ex germana* ipſa, propria *Graecia* — 33. *ingenuis parentibus* ſic Camer. et Lamb. ſed Brix. *ſinceriſſimis teſtibus* Arg. Mediol. Pariſ. Ven. *ſine*

Digitized by Google

teſtibus. Quod ſeruus v. 34. dicit *eſſe natam liberam,* id quidem pro Cam. lectione eſſe videtur. Si de *teſtibus* dixit, ea reſpexit, quae in ciſtula erant 4. 4. 110 ſqq. 2. 3. 59 ſq. quae, ſi adfuiſſent, *ſinceriſſimi* erant *teſtes,* ſi perdita, erat *ſine teſtibus.* Veſtigia veteris in Mſſ. ſcripturae ſunt: *Athenis ln e..... tibus.* in alio: *ſ. ine .... tibus* — 43. *feles virginalis* vid. Perſ. 4. 9. 14. — 44. *ſublectos* ſubreptos — *conteres* pudicitiam earum proſtitues? obſcoenam τοῦ terere ſignificationem vid. Capt. 4. 2. 108. — 45. *alterae* alteri — 47. *vter ſit tergo verior* quum in Mſſ. legeretur modo *veri,* Cam. ſubpleuit *verior* quod eſſet *ſincerior:* vtrius tergum minus turpatum ſit verberum veſtigiis — 48. Feſtus: *obferumenta* ſunt, quae obferuntur. niſi in tergo tuo cicatrices oſtendant, plura tibi verbera eſſe oblata etc. — 51. *ampullarius* qui ampullas corio integit. Iſidor. gloſſ.: pilaſca, vas vinarium ex corio. Lucil. ap. Non.: cuius opera *terginu' calix* per caſtra cluebat — 56. *Vulcanum adducam.* quod non licebat, vi aliquem ab ara abripere, admouebant ignem, vt non ab hominibus, ſed a Vulcano deo amoti ab ara viderentur. Sic Moſt. 5. 1. 65. herus ſeruum ab ara volebat depellere: iam iubebo ignem et ſarmenta, carnifex, circumdari — 58. Feſtus: *mergae,* furculae, quibus acerui frugum fiunt, dictae a volucribus mergis, quia, vt illae ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges demergunt, vt eleuare poſſint manipulos — 62. *vt humanum exuras tibi?* exuras te? quidam legunt *manum* — 65. *magnis auibus* rapacibus, cadauera adpetentibus — 68. *tecum oro* te oro. vid. Caſ. 2. 5. 16. — 70. *at hic ne* addere vult: detrahat eas interim ab ara.

IN ACTVS III. SCENAM V.

12. *ludos peſſimos dimiſero* peſſime ludificatum dimiſ. — 18. *ſed ſcin quomodo* minantis eſt: magno cum malo tuo tanges eas — 25. *clauator,* κορυνήτης, κορυνηφόρος, qui clauam geſtat. Legitur vox *clauator* et Poen. 3. 1. 27. vbi vero Piſtoris aliique malunt *grallator* — 26. *tinnimentum* quia, quum caput ea tunditur, aures tinnitum audiunt. Turnebus. Forſan: hoc eſt inane ferriculamentum, ferire non audebunt — 31. *inuitaſſitis* inuitaueritis. vid. ſupra 2. 3. 3. ſic et Caſ. 3. 6. 21. *gladio* aliquem *inuitare* transfigere velle, et h. l. *clauis inuitare* male mulcare — 33. Mſſ. ſi adpellabit *quempiam* feminine; *alter-*

Digitized by Google

vtram; nam sequitur: respondete *istarum* vicem — Veteres tamen edd. habent *quampiam* — 42. *Herculi:* quod serui tamquam statuae adstant, clauas, in modum Herculis, gerentes — 43. *destituit* statuit, adstantes reliquit — 53. *a crasso infortunio* ab infortunio, quod clauae crassae dabunt — 57. *proueni neqtiter* infeliciter res mihi processit. sic Men. 5. 5. 61. *nimis prouentum est nequiter.* Sed Truc. 2. 4. 33. *quum bene proueniisti salua.*

IN ACTVS III. SCENAM VI.

7. *conuerret me* vt ancilla purgamenta seu quisquilias scopis, sic me ille pugnis fustibusque ruet, aget, tundet *cum puluiculo* vt ne puluiculus quidem mei superet, vt funditus delear — 9. *quum* hinc *profectus es*, discessisti, *ad me ire* vt ad me ires. Quidam vero legunt *ires* — 11. *vicinus Veneris* cuius villa a fano Veneris proxime abest — 14. *opta* elige — 15. *rapi obtorto collo* vid. Poen. 3. 5. 45. *trahi* pedibus — 18. *illos* quos 1. 2. 1. etc. dimiserat — *ad portum* Cam. mauult *ad portam*, Acid. *a portu*, alii *ad forum* — 23. *arrhabonem* Prol. 45 sqq. — 25. *provexi*, e portu quidem, sed propius ad fanum Veneris — 33 ad 36. Charmidem adparet lenoni insultare. *vt nactu' es* fortunam, *habe* fer eam *bono* aequo *animo: melius* quam vi rapi *est*, *te in neruum* in vincula *conrepere* non renitentem sequi. *Plurimi* multi homines, omnes malefici, *quod* quas scelerum poenas *exoptant* exoptare videntur *sibi*, id *obtigit tibi* poena te adsequuta est, *vt id, quod quaerunt, inueniant sibi:* quae mala scelestos maneant, neminem latet: qui ergo scelesti tamen sunt, mala sibi videntur quaerere, et ea tu nunc inuenisti — 37. *post pariter* sequi solet *et, ac, atque*, seu *pariter* repetitur ipsum, hoc vero loco sequitur *qualis:* nequiter suades, vt ipse nequam es. — 38. *rapere* raperis — 39. *etiam retentas?* retinere me conaris? — 42. *dum recipis* redis — 43. *rape* tribui solet Pleusidippo. qui vero hic sibi ipse potuit dicere *rape?* Lorario tribuendum puto, qui, incensus, quod fur vocaretur, adolescenti clamat: *rape* maledicum — 46. *semel bibo.* de malo aliquo, vt de potione aliqua, Plautus loquitur saepius. Aul. 2. 3. 12. malum *moerorem* metuo ne mistum *bibam.* Cas. 5. 2. 53. vt senex hoc *eodem poculo*, quo ego bibi, *biberet.* Charmides repudiat lenonis hospitium, quod, eum sequutus, naufragus, opibus suis perditis, vix vnam seruauerat vitam; iterum non vult infortunii

Digitized by Google

eius esse particeps. Lipsius legi vult *sic mel bibo:* calamitas tua melli et voluptati mihi est — 47. *infelicent* alii *infelicitent* perdant. Cas. 2. 3. 30. Poen. 2. v. 1. — *isti capiti* δεικτικῶς tibi — 50. *columbar* (columbare stabulum, περιστεροτροφεῖον) h. l. vinculi genus, cui collum inseritur — 51. *nidamenta* quaecumque aues *congerunt* ad nidos construendos — 53. *addici* Pleusidippo a Praetore.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

2. *tetulisse* pro tulisse, vt Prol. 68. tetuli, et saepius — 5. *ne qui* aliquo modo — 7. *de nocte* nocte adhuc multa — 8. *sapisset* Priscian. et Charisius legunt *sapuisset* — 11. *in digitis percoquam* prouerbialis locutio: piscator sine praeda domum redibit — 14. *obplebit aures sua vaniloquentia* multa ad aurem mihi obganniet.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

2. *incolere* cum ablatiuo, vi praepositionis *in* — *pisculentis* piscosis — 3. 4. Coelum et mare, vtrumque et altum et profundum, vocantur *templa*. Mare, quod vi ac potestate Neptuni regitur, dicitur h. l. *templa Neptuni*. Sic Mil. 2. 5. 3. in locis *Neptuniis templisque* turbulentis — 5. *salute horiae:* salua horia, i. e. nauicula mea — 6. *piscatu me compotiuit* compotem eo, seu eius, fecit. Inde *compotior* 1. 3. 22. — 9. *rete* pro *reti* vt Pers. 1. 2. 22. — 13. pro *sententiam* coniecit Cam. *seruientiam*, pro quo vocabulo nouo mallem tamen aliam eius coniecturam probare: *ex mea sententia*. Quod omnes tamen codices habent *et meam sententiam tolerarem* explicari forsan posset: vt omnem laborem tolerarem, quem seruus mea sententia hero suo debet — 16. *tempori* numero et celeriter — 19. *vt piger, si velim, siem* futuro tempore esse possim. In vidulo enim se magni pretii res sperabat inventurum — 22. *vt liberet* non solum *Praetor te* seruitio, sed etiam *ex populo* vt non tenui censu sis, non in vulgo ignobili habearis — 24. *pauxillatim* paulatim Epid. 2. 2. 63. — 25. *igitur demum* vid. not. Cas. 2. 2. 40. — 26. *rex perhibebor* ob diuitias in summo honore ero. Poen. 3. 3. 58. rex sum etc. Hor. Epp. 1. 1. 59. *rex eris* obponitur τῷ *plebs eris* — 27. *Stratonicus* quaestor Philippi, deinde Alexandri Magni, homo praediues, quo nomine in proverbium venit, vt apud Romanos Crassus — *animi causa*

Digitized by Google

faciam nauem cubiculatam, luſoriam. Tales, ſi vſum ſpectes, veterum Gallorum erant, quibus, vndi quetectis, aeſtu vltro citroque reciprocante, per Garumnam molliter ferebantur, eaeque toris et culcitris inſternebantur, ne agitatio vlla ſentiretur — 32. ſatis comice ſe ipſum ridet, cui, de ſummis ſomnianti diuitiis, viliſſimum futurum ſit prandium. *aceto* i. e. *poſca*. vid. Mil. 3. 2. 23. *ſale* quem pro opſonio delingam.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

1. *hanc rudentem* funem nauticum. Nonius hoc e loco probat, *rudens* et maſc. et fem. generis eſſe — *complico* ita apto, vt facilius trahere poſſis — 2. bonis quod benefit, non perit. cf. Capt 2. 2. 108. — 5. *ſine ſquamoſo pecu* ſine piſcibus. Sic Lucret. 2. 343. mutaeque natantes *ſquamigerum pecudes* — 6. *quam* Mſſ. et edd. vett. habent. Brix. deleuit, Acid. probante. Piſces, Trach. dicit, ſe plane non expetere, ſed vnum eius ſermonem — 8. *quid* et *nam* iungantur — 9. *quin* indignantis h. l. eſt: *quin audies* audiendum vero tibi eſt; *quin poſt loquere*, at differ tamen, quod loqui vis, in aliud tempus, ſeu, donec meum hoc negotium perfecero. Hic τὸ *quin* per litigium ſemel tantum datur et redditur, ſed Caſ. 3. ſc. 4. duodecies — 10. diſtinguendum eſt *eho modo!* ſtatim, precor, audias! *eſt operae* etc. — 23. 24. *vidulum iſtum* etc. non mentitus Trachalio eſt, vid. Act. 2. ſc. 3. v. 58 ad 62. conf. Act. 4. ſc. 4. a verſu 34. — 29. *homo nemo, ne tute potius* nedum tu — 30. *ne fruſtra ſis* ne ſpes paſcas inanes Perſ. 1. 3. 60. — *nemo natus eſt dominus huic vidulo, niſi ego* praeter *me*, *qui* — 34. *nec manu adferuntur* vt qui capi debere neget — Sophisma Trachalionis v. 37. 38. Gripus 39 ad 42. bene diluit — 40. *quum extemplo* ſimulac, ἐπειδὴ τάχιστα, Moſt. 1. 2. 18. — 44. *in manu* poteſtate *non eſt mea* — 45. *retem* pro: rete — 51. *vietorem* quidam explicant *doliarium*, Douza *lictorem*. Vt enim *lictor* dicatur a *ligando*, ſic *victor* a *vienda*, quod vtrumque ſit: vincire, conligare. Recentiores quidam pro *vietorem* poſuerunt *venatorem* — 56. *nullus* piſcis eius generis, qui vocentur *viduli* — 61. *fiet puniceum corium* tuum, virgis caeſi, corium fiet rubrum. Pſeud. 1. 2. 92. — 64. quod Trach. Gripum vocat *ſtultum*, hic illum contra inridens dicit *Thaletem*, ſapientem — 67. *helleborous* cui opus

Digitized by Google

eſt helleboro, inſanus — *cerritus* v. Men. 5. 4. 2. Amph. 2. 2. 142. — 68. *in cerebro colaphos abstrudam tuo* idem quod apud Ter. Adelph. minatur Demea 4. 3. 18. diminuetur tibi quidem iam cerebrum, et 5. 6. 7, an tibi mauis cerebrum diſpergam hic? — 69. *quaſi peniculus exurgeri ſolet* vt ſpongia exprimitur — 71. *vt piſcem ſoleo polypum* quod non edulis, ideoque nec vendibilis eſt. — 72. Trach. Gripo metum voluerat iniicere; quem vero vt ad pugnam vidit paratum, viribus ſuis diffiſus ait: *quid opu' eſt pugna?* — 73. Gellius 17. 2. *fruniſci* verbum *rarius fuit in aetate M. Tullii* — 75. *proreta* qui in prora ventos aucupatur, eorum conuerſiones, rupesque et ſcopulos proſpicit, vt gubernatorem moneat in puppi clauum tenentem — 77. *ramentum* ſeu *ramenta* pro radimentum, idem quod ſcobs Bacch. 3. 4. 15. et 4. 4. 29: ne minima quidem eorum, quae in vidulo ſunt, pars erit tua — 79. *ad arbitrum reditur.* Camer. vult *reditur* antique poſitum eſſe pro *redditur;* Gruterus vero ait, ſolemni quaſi modo dici *ad arbitrum redire* — 84. ſi, quod inſpectaui, fur non minus ſum ac tu, ſocium etiam praedae eſſe me oportet — 99. *intra praeſepis meas* domum meam, atque ad herum meum. Sic Caſ. Prol. 57. *intra praeſepes ſuas* domi ſuae, in poteſtate ſua. Sed Curc. 2. 1. 13. *ad praeſepim ſuam* eſt: ad menſam regis ſui — 105. qui arbiter fidem adhibet, is notum ignotumue aequo diſcrimine aget, nec ignoto minus quam noto, nec noto magis fauebit, quam ignotiſſimo.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1. *volo.* In vulgg. eſt *quamquam cupio vobis:* quod vero *cupio* quum in MSS. deſit, Gruterus ſubpleuit *volo,* quod ob ſimilitudinem literarum ſequentis vocis *vobis* praetermiſſum eſſe putat — 5 ad 7. lorariis dicit, Turbalioni et Sparaci 3. 2. 43. — 6. *faciet nemo iniuriam* mulieribus — 7. *ambo* lorarii, quos mulieribus praeſidio eſſe iuſſerat — 9. *haud pudet* mentitus Gripus erat, ſe vsque in campis vltimis habitare, eumque, qui herus ſuus erat, ſibi eſſe ignotum; nunc vero dicit *haud* pudet me hoc tibi perſuaſiſſe — 15. *talos ſubfringi* Mil. 2. 2. 1. eſt *talos defringere* — 17. *rem faceſſo* ego petitor ſum, quare meum eſt, loqui priorem — 18. Gripus eum alio modo facesſere iubet *hinc faceſſas te* abeas — 19. Daemones Gripo

Digitized by Google

dicit *audi* Trachalioni vero *loquere tu* — 20. *orationem* audientiam, facultatem dicendi — *vt nequitur comprimi* cum infinitiuo paſſiui paſſiuum *nequitur:* ipſe eum nequis comprimere, ne te quidem iubente tacet — 21. *illum* abeſſe poſſet — 22. *extruſiſti* e fano Veneris — 23. *at ne videas velim* velim caecus eſſes — 26. *nulla cauſa eſt, quin* etc. non recuſo, in crucem agi — 29. Trach. ſeni dicere vult: quoad adcuſator, cuius primae ſunt agendi partes, dicat, ſeu, quoad ego dico, quem priorem dicere iuſſiſti. iocoſe vero ſe, ob priores dicendi partes, vocat *virum primarium* — *comprime hunc* obtura ei os — 30. 31. Gripus vero verbum *comprimere* adcipit ſenſu obſcoeno — 32. *verbo* comprimere *illo modo* hoc ſenſu ſumto, *ille vicit* Gripus vere negauit, me ſolere: *quid nunc tu vis* omiſſis nugis iſtis tu, Trachalio, dic, quid ad te adtineat vidulus, a ſeruo meo reti adprehenſus — 48. pro certo non adfirmo, lenonis eſſe vidulum, at opinor tamen — 56. 57. Acidalius hic *a me* explicat *pro me*, ſed *abs te* eſſe vult *contra te*, qui vſus particulae *ab* et *abs* vetuſtus ac frequens ſit, ſed non ubique intellectus. Eſſe *a* interdum *contra* v. c. defendere aliquem *ab* aliquo, nemo neſcit; ſic et Trin. 2. 1. 12. *ab re* conſulit; Capt. 2. 2. 88. dum *ab re* ne quid oret; Aſin. 1. 3. 71. haud eſt *ab re* aucupis; quibus aliisque locis *ab* eſt *contra*. In compoſitione etiam v. c. *abſtare, abeſſe, abscedere* etc. hoc *ab* et *abs* indicat, alienum eſſe vel fieri. Sed *ſtare ab aliquo* ita vſurpari, vt ſit *contra eum facere, aduerſari ei* haud mihi perſuadeo. Gripus dixerat: *dum hic a me ſentiat.* Trach. reſpondet: ita eſt, nunc abs te ſtat, abs te ſentit, *verum hinc* hoc e vidulo *ibit teſtimonium*, quod pro me fore ſpero — 65. *ciſtella caudea* vulgo deriuatur a *cauda*. Feſtus: e iunco, a ſimilitudine caudae equinae facta. Alii deriuant a *caudex*, quae eſſet ciſtella *lignea* — 70. bona eſt *magis* potius — 71. *pro oratione* vt ex ea conligi poteſt — 73. *praeter hac* porro. Men. 1. 2. 3. — 82. *pro mea parte loqui* vid. Mil. 3. 1. 50 ſq. — 91. *nullus* haud quaquam — 95. *ſuperſtitioſa* fatidica. Curc. Act. 3. v. 27. — 112. *literatus* et 115 *literata* vid. ſupra 2. 5. 21. — 114. *ancipes* anceps — 125. *ſicilicula* paruula falx. *Seculae* Varroni falces ſunt, a *ſecando*. Plinio *ſicilis* eſt falx ſeu gladius — *manicula* parua manus — 126. *ſucula* parua ſus — *dierecta* vid. ad Capt. 3. 4. 103. — 127. *bulla aurea* corculum aureum, e collo geſtandum.

Digitized by Google

IN ACTVS IV. SCENAM V.

3. *ſatin ſi cui homini* etc. Nonne perſpicuum eſt, ſi cui homini etc. — 14. Non niſi contemtim ſemper de vxore loquitur. *Ineptum* eſt, quod loco modoue ſit alieno, aut in quo ſumus nimii, idemque odioſum plerumque ſolet eſſe. Non male vero pro *odioſa* Dan. Heinſius coniicit *otioſa*, quod ſc. ſq. v. 1. 2. tempus oſculando terat, rei diuinae adornandae rectius tribuendum.

IN ACTVS IV. SCENAM VI.

1. *aliquando* tandem vero — *pauſam* finem *fieri*. Sic Poen. Act. 2. ſc. 15. pauſam feci. Perſ. 5. 2. 37. da pauſam — 4. *porci ſacres* Men. 2. 2. 16. — Trachalio ſeni quinquies reſpondet *licet*, vbi dicere potuiſſet *faciam* aut *recte*. Senex igitur *omnian licet?* nihilne aliud reſpondes, quam *licet?* et ad hoc quoque ſeruus *licet*. Nihil certe aliud, quam quod ſenex iuſſerat, vno erat verbo adfirmandum, quod, vel tacente ſene, Pleuſidippum ſeruus omni de re certiorem feciſſet, et adduxiſſet. Exoraturus autem ſenem erat, vt ad ea, quae ipſe cupiebat, adiutore eo ſibi *liceret* vti. Ioculariter vero et ſenex quinquies ei reſpondet *licet*, et Trach. tandem *omnian licet?* quem crebrum τοῦ *licet* vſum comice vocat *licentiam*, qua ſibi aures repletas indignatur, certamque maluiſſet auribus ſuis auxilii promiſſionem datam. — 17. *vt gratum mihi beneficium factis experiar* beneficium ſeruus in ſenis filiam eumque ipſum contulerat maximum, Palaeſtra a lenone defenſa, ciſtulaque Gripo exturta. vult igitur *beneficium ſibi eſſe gratum* gratias ſibi pro eo referri factis. Sic Amph. Prol. 48. *gratum* arbitratur id a vobis eſſe ſibi. Ter. Eun. 3. 1. 16. *vt grata mihi* ſint, quae facio, omnia, i. e. gratiam mihi concilient.

IN ACTVS IV. SCENAM VII.

3. *ſi ſapias, ſapias!* Piſtoris pro altero *ſapias* mauult *capias*; Gronov. autem id potius delendum putat, vt ſit: *ſi ſapias, habeas, quod* etc. Neutrum vero placet. *Si ſapias* ſapiens ſis haberique velis, *ſapias* re ipſa te ſapientem eſſe probes, in eo, *vt habeas* etc. Euripides μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Et idem Ennius dicit: nequidquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſe prodeſſe non quiret. — 5. *quodne ego inueni in mari* putat Gripus, quidquid inuentum ſit in mari, id eſſe inuenientis: ſed

Digitized by Google

vbi, qui naufragio ſuum perdidit, notus eſt, non reddens, fur eſt. Quid eſt, quod iure, quod litorale vocatur, poſſit eſſe iniquius? — 8. *Iſto* eam ipſam ob cauſam — 10. *transenna* laqueus captandis auibus. vid. Perſ. 4. 3. 11. Bacch. 4. 6. 22. — 12. *poſcit* Thomſon. vult *paſcit* ἀρχαϊκῶς pro edit — 15. *vti partum* pro *parto* — 16. iſte vidulus foret *praeda* ex fortunis noti hominis fraude erepta, quam praeuideo *mihi praedatum iri* fore, vt mihi ab alio quopiam vi aut fraude eripiatur — 17. vt abiret *cum maiore dote* damno, *quam aduenerit* quam lucrum fuerit, ea retenta factum — 19. *noſter Daemones faciet* pro: ego faciam. Alii *voſter*, quod Acid. quidem praefert. *Voſter* moneret ſeruum: *Noſter* autem mentis eſt, recti ſibi conſciae — 22. Lamb. explicat: ego, quum me honeſte oblectem, lucrum contemno. Acidal. vero: poſtquam mihi non modo non damno, ſed etiam vſui fuit hic vidulus, inuenta nempe filia, nullum praeterea lucrum inde quaero — 29. *ne tu fruſtra ſis* vid. 4. 3. 30. — 32. *illuc eſt, quod* etc. haec eſt cauſa, quod ſeruos habemus inprobos — 33. *illic* herus — *ſi congreſſus foret cum ſeruo* aſtutia et fraude eius, ad id, quod cupit, efficiendum vtatur, prauis eum negotiis praefulciat Perſ. 1. 1. 12. praeda ſe a ſeruo obpleri gaudeat Pſeud. 2. 1. 14. — 32. furti culpae adfinem ſe et illum redderet — 35. 36. quod praedam putet, adferet ei perniciem; pro emolumento ſperato adficietur damno.

IN ACTVS IV. SCENAM VIII.

1. *iterum itera* pleonaſmus, pro: iterum narra — ludit ſeruus hac ſcena herum. Roganti, quae certa eſſe ei iam adfirmauerat, reſpondet primum verbis, quorum vſus in rebus dubiis eſt: *opinor, ſuſpicor;* deinde vero vno verbo *cenſeo* ſaepius repetito. quare herus v. 9. *at ſume quidem, ne cenſionem ſemper facias!* Turnebus legi vult: *adſum equidem*, quaſi Trachalio cenſuram exercerat, quae eo ſoleat eſſe diuturnior, quo tardius ciues ad cenſum venerint: iuuenem igitur dicere *adſum*, ecce me tibi coram ſiſto, *ne cenſionem* etc. ne longior cenſus ſit. Salmaſius τὸ *ſume* refert ad *dic ergo quanti cenſes?* vt *ſume* ſit: rem ſume, quanti eam cenſes et aeſtimas, ne ſemper facias cenſionem. Lipſius, Acidalio probante, pro *ſume* vult *abſume:* ne ſemper cenſeas, abſume potius, et in decoctores referare, qui, quod nihil in bonis habent, liberi ſunt a moleſtia, ſua in cenſum dedicandi. Piſtoris iuuenem de militari

Digitized by Google

censione loqui putat, quare v. 15. delectum dimisit, et explicat: *sume*, elige, quos in militiam tuam adscribas. Pontanus denique, qui Gronovio videtur proxime ad sensum adcessisse, legi vult: *at summa quidem*. Namque *censere aera* est: dispungere, conspicere, an digna sint, quae adcipiantur; quare iuuenis: subducas, summam facias, satis censuisti vel dispunxisti rationem.

IN ACTVS V. SCENAM I.

2. *recuperatores* vid. not. ad Bacch. 2. 3. 364. — 6. *alteram* Ampelisca.

IN ACTVS V. SCENAM II.

3. *tundat* mihi aliquis. Vellem in vno certe codice reperiri emendationem Douzae filii *tundar* — 4. *illic scelestus* Trachalio — *ego*, *qui* ἀνακόλουθον, non est, quo *ego* referatur. Nisi animo fuisset perturbato, dixisset *mihi*, *qui* et v. 5. omisisset *ei* — 6. *mihi sermone adrexit aures* ea dixit, quae ad me pertinere, in rem meam esse videntur. Sic apud Ter. Andr. 5. 4. 31. (non Simo Pamphilusve ipse, sed) Crito dicit: adrige aures, Pamphile! — 7 ad 9. dicit Gripus secum: se vidulum reperisse, sed non amplius habere, publice vero id se indicaturum esse; sicut nos adhuc, quae omnibus nota fieri cupimus, seu praeconem iubemus praedicare, seu per indices palam facimus, publice adfixas. Indignatur v. 5. *quod* ei *quidquam dare negent* non passurus ideo est v. 9. vt *istum* vidulum *ferant* auferant, *vt postulare* eos putat, nempe solos. *literis cubitum longis* in longum formatis, quam possum maximis *signabo* scriptum exponam, *vsque quaque* omnibus locis frequentatissimis — post versum 11. intus aliquis Gripum vocat — 12. *hoc* veru — 15. *verum* antique pro *veru*, quod extergendum erat, quoniam herus sc. 7. v. 38. coenam coqui iusserat — *hoc veru ex vere natum est* vt flores vernales *in manu consenescit* — 16. *cum inraso capite*. Pistoris explicat *non raso*, quod 1. 2. 37. vocatur *crispus*. Quoniam vero idem leno 2. 2. 11. *recaluus* vocatur, vt in fronte idem caluus, in obcipitio crispus cannsque fuisse putandus sit, Gripum verbis *inraso capite* caluitiem lenonis arbitror risisse — 17. *num medicus es* qui rogas, quomodo valeam? — 19. *forma* tua mendico non indigna est. — 20. *elaui* naufragium feci. vid. Asin. 1. 2. 9. — 24. Errant qui explicant: *si non hoc* fabulari vis *tamen aliud*

Digitized by Google

fabulemur fabulari poſſumus. Gripus de ipſo vidulo ſtatim loqui pergit. Explico: *ſi* vero *non hoc* ita eſt, ſi vidulus tuus non periit, num *tamen* vis, *aliud fabulemur?* vt de vidulo tuo loqui deſinamus? — 27. Mſſ. Pall. vterque habet *centum mina Philippia*, quod Aldina dedit *centum minae Philippicae*, idque citato Marcelli, quod edd. vett. pleraeque ſequuntur, videbatur praeferendum — *paſceolus*. Nonius: ex aluta ſacculus; Aſconius: ſcortea. — 31. *tatentum magnum* atticum, *commodum* iuſti ponderis — 32. *ſinus* ſeu *ſinum* vas ſinuoſum, rotundum, capace alueo. Curc. 1. 1. 75. — *epichyſis* vas vinarium, e quo in cyathos vinum effundebatur — *gaulus* vaſculum in formam cymbii — 33. *papae* exclamatio admirantis — 36. pro *propere*, *celeriter* Scriverius Plautum ſcripſiſſe putat *properiter*, quod Apuleius, Auſonius aliique habent — *tricas* nugas narras — *tramas putridas* fila putrida, res nullius pretii — 38. *curculiunculos* vermiculos — 39. *os calet tibi, nunc id frigidefactas* lectio Camerarii. Mſſ. autem plerique et edd. vett. habent *num git frigefactas?* Eſt autem *git* frutex, guſtu ſimilis piperi, e quo pulmentum faciebant calidum, quod in ore frigefacere Labracem Gripus dicit, ne amburat guttur. Prouerbialiter dictum putant in eos, qui trepide tantum loquuntur, et parce promittunt, ore contracto, tamquam offulam calentem refrigeraturi — 45. *Venus haec volo adroget te* ſtipulator rogat, adſtipulator adrogat, cuius vice nunc Venus erit, cuius in fano ad aram pactum conuentum initur. — 47. *quod iubebo* verbis praeibo — 48. *id quod domi eſt* quod mea in poteſtate eſt, vt peierem — 60. *tecum hoc habeto* haec dira precatio in caput tuum vertatur — 68. *meus arbitratus eſt* vid. ſc. ſeq. v. 17. 18.

IN ACTVS V. SCENAM III.

5. *ſiquidem* quamquam *Iovis* dei, h. l. Neptuni in poteſtate fuit i. e. in mari inuentus exceptusque eſt — 10. *non credo* te, tali ſerua tua ingenua reperta, ideoque in libertatem vindicata, gaudere — 12. *condono te* benigne quidem donat, et iure videri vult decedere, quod ei non erat; quare Daemones inridens dicit *benigne edepol facis!* — 13. *immo tu quidem* benigne facis, qui vidulum reddis — 18. *conditum* inuentum *eſt*. Pacuvius dicit, ius iurandum eſſe mantile, quo quotidianae noxae extergerentur. Laberius: quid eſt ius iurandum? emplaſtrum

Digitized by Google

aeris alieni — 21. *tun' meo Pontifex periurio es?* tibine ob id, tamquam pontifici, debetur ſacramentum? *ſacramentum* autem dicebatur pecunia, apud pontificem depoſita ab illis, qui de aliqua re apud iudicem contendebant: victus perdebat ſuum, victor recipiebat; Gronov. — 24 ad 26. ſenſus: qui tu, quod dare iuratus ſum, auferes a me iudicio, ſi probauerim, te ſtipulatum eſſe dolo malo, et per hoc ſtipulationem non valere, meque viginti quinque annis minorem eſſe, et ob id Laetoriae legis beneficio vti poſſe? Iac. Raevard. Leno autem, qui Palaeſtram, nunc adultam, emerat trimam, qui caluus incanusque erat, quomodo poterat, quo tempore haec agerentur, viginti quinque annis eſſe minor? — 26. *habe cum hoc* ſc. iudicem; certato ſponſione cum Daemone, non mecum. Lamb. — 27. cauſam cognoſcam: niſi autem a me damnatus ſit Gripus, vidulum non auferes — 34. *immo hercle mea* interpellat herum: ſua, non heri opera ſeruatum eſſe vidulum — 35. *ſi ſapies, tacebis!* ſenex Gripo dicit, *tum te* etc. continuat orationem ad lenonem, a Gripo interruptam: *quando ſeruata ſunt, te addecet* — 36. *nempe pro meo iure oras* quod gratiam tibi vis referri, hoc intelligo pro iure meo dictum, nempe te vidulum mihi eſſe redditurum — 37. *mirum quin* mirum quod non. v. Ciſt. 4. 2. 67. — ridens dicit: mirum eſſe non poteſt, quod non cum damno meo ius tuum perſequor. Nolo talentum, quod ſoluere iuratus es, omnino perdere, nam 39. 40. qui vidulum inuenit, ſeruus eſt meus, ipſe vero vidulum tibi ſeruaui — 43. *tibi mu..* ſic eſt in codd. et edd. nonnullis veteribus. Gruterus, quem multae edd. ſequuntur, dedit *mutuas*; Pariſ. *tuam agis* (rem); Lamb. *nunc commodus* — 44. *iſtoc* talento, *ſi aliam* reliquam praedam, quae in vidulo eſt — 48. *murmur illum* alii *murmur illum* — 55. *liberta* Ampeliſca enim Palaeſtrae fuerat ſemper amica, et nunc erat Trachalioni nuptura, optime merito — 58. *iuris iurandi gratiam facias* remitte id, libera lenonem religione iuris iurandi praeſtiti — 63. nec quidquam *pollucti*, nec coena et tam laute adparata, quam eſſe ſolet votiuum epulum.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PLAVTI STICHVM.

IN ACTVS I. SCENAM I.

1. 2. *miseram fuisse ex animo* Penelopen totum suum animum dolore sensisse adfectum. Sic Epid. 4. 1. 1. *miser ex animo* — 2. *tam diu* viginti annos — vocem *vidua* Muretus eiecit, quod Vlysses adhuc vixerit: sed saepius vocatur *vidua* cuius vir abest. Senec. Agamemn. 157. decem per annos vidua respiciam virum — 4. *nostris* pone comma. Iungendum enim est: *Penelopes animum de nostris* sc. animis *factis* i. e. reapse noscimus — 5. *negotiis absentum sollicitae:* vt rem familiarem curemus. vid. 4. 1. 20. — 9. *adsis dum* paulo vrbanius, quam *ades dum.* — 10. *saluene* agit vir tuus? Sic Men. 5. 2. 26. *salvene aduenio* saluene agis, ad quam venio, *saluene* saluisne rebus tuis me *arcessi iubes?* Alii malunt *saluae ne* res viri tui sunt? — 14. Mss. et edd. *officio vti*, vnus Lamb. malebat *fungi* — 19. *diuitiae* vid. Cas. 2. 2. 11. *senio* aegritudini Truc. 2. 5. 13. — 21. *quod pater facere minatur*, vt animum tuum excruciet, dum a viro, quem amas, abducat te, aliique te nubere cogat — 30. triennii absentia legitima patri videtur diuortii esse causa — 32. *quid* quae negotia *agant*, *ecquid* lucrantes ea *agant* — 42. 43. *atque aliter nos faciant*, *quam aequum est* alio, quam debent animo in nos sint. Lamb. legit: *in* nos faciant *secus*, quam etc. Gronov. autem *aliter nos faciant* non minus latine dici contendit, quam *magni*, *parui aliquem facere* — 44. 45. *ne* si viri peccent *quid* aliqua in re, *magis* ob eorum peccatum *simus obnoxiae* culpae compotes, *omnibus opibus* summopere *decet* nostrum officium meminisse — 48. *eos honores*, *quos mihi habuit*, qui me prae ceteris vxorem sibi delegit, fidelique animo et benigno in me et clementi fuit, *non perdidit* non oblita eorum, nec ingrata fui — 50. *haec conditio* matrimonium cum eo contractum — *poenitet* h. l. personaliter, a *poeniteo*, cum nominatiuo rei: *conditio me non poenitet*, inpersonaliter

Digitized by Google

eſſet *conditionis* — 54. *in cogitando* quo magis cogito, *moerore augeor* eo magis augetur moeror meus. Sic Trin. 2. 1. 1. multum in cogitando dolorem indipiſcor — pro *augeor* quidam *angeor* i. e. *angor*.

IN ACTVS I. SCENAM II.

Verſ. 1 ad 10. Antipho, domo exiens, ſeruis — 2. *voluntate* ſponte — *habitu haud probus* non probus habendus eſt — 3. *quot calendis* ſingulis Calendis, vt *quotannis* ſingulis annis — *demenſum* σιτομέτριον cibaria. Donatus ad Ter. Phorm. 1. 1. 9.: ſerui quaternos modios adcipiebant frumenti in menſem, et id *demenſum* dicebatur, vtrum a menſe, an a metiendo, incertum eſt. Seneca vero ep. 80. quinque modios totidemque denarios dicit ſeruis eſſe datos. Heri alius aliò ſolent parciores benignioresue eſſe. — 6. *monimentis bubulis* loris e corio bubulo, quae vos moneant. — 10. *aliqui* pro *aliquis*, quod ſaepe verbo plurali iungitur. Men. 4. 2. 111. *aperite* atque Erotium *aliquis enocate*. Ter. Adelph. 5. 1. 24. *aperite aliquis* actutum oſtium — *obſirmabit pater* animum ſuum Merc. Prol. 81. aut: obſirmabit ſe Ter. Heaut. 5. 5. 8. ſenſus: obfirmato animo nos vrgebit, vt a viris discedamus. Gloſſae: *obfirmatum* firmum, decretum, obſtinatum. — 14. poſt *non faciant* ſignum interrogandi poſui: num prorſus ego inexorabilis ſim, ad alias nuptias cogam inuitas? — *mihi decurſo aetatis ſpatio* qui morti proximus ſum. Et Cic. Sen. c. 23. habet *decurſo ſpatio* — 18 ad 20. *an potius tentem leniter* explicant, quae ante dixit — *vtrum perplexim laceſſam oratione* ita eos adgrediar, vt, quod velim nolimue, non ſtatim adpareat — *quaſi numquam quidquam in eas ſimilem* pro: *eas inſimilem* adcuſem, *quaſi nihil* (non) *inaudiverim, eas in ſe meruiſſe culpam* obſequium mihi denegare, patri debitum. — pro *an potius* Acidal. mauult *ac potius*. in quo licet MSS. cum eo non faciant, at ſenſus tamen orationis pro eo eſt — 21. *an minaciter* nunc demum dicit, quae alia via ſit, qua an adgrediatur eas, incertus adhuc ſit — *ego meas* filias *noui optime* non facile abduci poterunt a fide, quam ſe viris abſentibus debere putant — 23. *inpetraſſere* nos inpetraturas eſſe — 26. vt v. 21. pater ſecum dixerat *noui ego meas*, ſic hic filia ſorori *noui ego noſtros* ſc. patres: quam facile animus paternus precibus lacrumisque filiarum emolliri poſſit exorarique. Noſter certe pater *exorabilis eſt* — 27 ad 30. pater dicit, filiabus

Digitized by Google

propior, quae nunc demum, voce eius agnita, in conspectum eius prodeunt. Facturum se pater dicit, quod postea tamen non fecit — 32. *obcupemus* properemus, praeueniamus, antequam adloquatur nos, *osculum ferre* osculari eum *adversum hominem* obuiae — 33. *illico agite, abscedite* patsam facite mei amplexandi — 34. *osculum* tamen filiae non adspernabere? — 35. *quia ita meae animae falsura euenit* varie explicant. Douzae et Vallae senex nimio sale videtur obfendi, quibus ego adcedo. Non enim summa, vt filias decebat, oscula videntur delibasse, sed dissuauiatae patrem, atque, vt Petronius loquitur, basiis conspuisse — 37. *puluinum* vt subponatur — 44. *magnificare* magni facere Men. 2. 3. 20 etc. — 57. *omnibus* quotquot eas videant *os obturent*, talis sit omnium de iis existimatio, vt nemo eis maledicere merito possit vel audeat — 59. *vbi* qua in re — 60. *id* in eo *temperat* — 61. *vtra sit conditio pensior* vtram vxorem ducere satius sit. *pensum* est: ponderibus examinatum; deinde: aequum, iustum. Contra *inpensum* non pensum, iniquum. Bacch. 3. 2. 10. — 63. *E multis malis, malum quod minimum est, id minimum est malum.* Auditorem, aliud quid exspectantem, idem per idem explicando ludere, et Epicharmum Aristoteles interdum solitum fuisse dicit, et Plautus saepius solet. sic Curc. 4. 4. 1. cui homini dii sunt propitii, ei non esse iratos puto. Sic Capt. Prol. 2. illi, qui adstant, hi stant, non sedent. In his Dialectici dicunt idem esse *τὸ κατηγορούμενον τῷ ὑποκειμένῳ* — 69. *ingenium ingenii*, quale ingenium vestrum sit, vim ingenii vestri — 72. *quarum res agitur* quae igitur magis audiendae sumus, quam amici tui, quorum, maneamusne an abducamur a maritis nostris, parum interesse potest — 78. *latrones* milites — 87. *probiores*, nos vtrasque esse, *credo*, *arbitrabunt* pro: arbitrabuntur. Pseud. 4. 2. 57. — 92. *celassis* celaueris — 97. *ac actutum τὸ ac* quod in MSS. et edd. vett. non adparet, videbatur delendum.

IN ACTVS I. SCENAM III.

1 ad 16 Fames mihi mater fuit, quae, quum decem menses paruulum me vtero gestasset, peperit tandem: at ego nunc ipsam decem iam annos vtero gesto, non paruam sed maximam, et parere tamen hanc matrem meam nequeo — 3. [illegible]io exhibetur Acidalii; in MSS. est: 3. *quam ego* [illegible] *refero inuitissimus.* 4. *neque retulit, quam ego*

Digitized by Google

refero meae matri Fami. Edd. primae verſui 4 adiecerunt *gratiam.* Gronov. non probat, tolli τὸ *fami*, quod Chariſius adnotauit: Plautum in Sticho dixiſſe *fami.* Verſum autem 3 incepiſſe putat *Gram* pro *Gratiam*, vnde facile fieri potuerit *Quam*, et legi vult: 3. *Gratiam ego matri meae refero inuitiſſimus.* 4. *nemo retulit, quod ego meae matri Fami* — 16. Plin. H. N. 8. 10.: Elephantum decem annis geſtare in vtero vulgus exiſtimat, Ariſtoteles biennio, nec amplius quam ſingulos (alii legunt *ſemel*) gignere, viuere ducenis annis, et quosdam trecenis. Iuuenta eorum a ſexageſimo incipit — 17. *ridiculum* qui ſe praebeat, paraſitum *quaeret venalem* — 18. *cum ornamentis omnibus* veſtitu — 19. *inanimentis explementum* ventrem inanem explere *quaerito* — 22. 23. Iuvenal. 3. 153. nil habet infelix paupertas durius in ſe, quam quod ridiculos homines facit — 24. Theocrit. ἀ πενία μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Horatius de ſe ipſo Epp. 2. 2. dicit: paupertas impulit audax, vt verſus facerem. Perſius: Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε, picasque docuit noſtra verba conari? Magiſter artis ingenique largitor venter, negatas artifex ſequi voces etc. — 28. *ſi quis eſum me vocat. Vocare* vox Romae in inuitationibus ſolennis. Men. 3. 1. 13. qui eſum neque vocantur, neque vocant — 37. 38. Perquam comice verbo *coeno foris*, quo abigi ſoleat, lumbos defractos vult, *ni vere perierit* hoc verbum, *ſi coenauerit domi*, qui eo verbo vſus eſt — 40. *vt faciam praeconis* (Mſſ. praecones) *compendium* non adhibito praecone, ipſe praeconis partes agam — 41. *itaque* et ita quidem *auctionem praedicem, vt ipſe veneam* ipſe res venalis ſim: ipſum me venalem praedicabo — 43. *auſcultabo* mores pinguntur ancillarum; haec iuſſa erat properare, actutum redire ſc. 2. v. 97. — 44. *curioſus* πολυπραγμων — 48. *quid ſit cauſae* quo infortunio cogantur homines, res ſuas vendere — 49. vtrum *aes alienum* — 54. Plutarch. πᾶς πολυπράγμων κακοήθης — 57. *mancipia* intelligit potationes, coenas, quae victum olim praebuerant ei — 63. *conſenui* Perſius Sat. 6. *minui ſenio* macrum fieri — 64. *quando eſurit* Veneta habet *quam dum eſurit.* Non vero omnes, qui eſuriunt, ridiculi ſunt; loquitur puella de vno Gelaſimo: neminem poſſe aeque ridiculum eſſe, quam hic ſit, quando eſuriat — 67. *praeda erit praeſentium* ne quis occaſionem praetermittat, licitando mercandoque rebus ſuis conſulendi — 68. *logos ridiculos* Perſ. 3. 1. 66. — 69. *qui coena poſcit?* quis vult

Digitized by Google

me data coena emere? — 70 ad 72. adloquitur quasi aliquos de corona circumstantium. *Hercules* qui ipse escae erat maximae, cuius tutelae parasiti sunt, cui decimam partem voueo — *ille amabit te* prandio, coena ementem — 71. fingit *adnuisse* aliquem — *meliores dabit* logos — 72. *meliores:* logorum ridiculorum copia instructiores; alii: cdaciores *parasitos* — 73. sqq. logos suos generatim distinguit, quo tempore locone adhibendi quique sint. Dicit autem esse eos 75. *Cauillationes* aptas ad deridendum, *adsentatiunculas* ad blandiendum, *periuratiunculas* ad persuadendum — 73. aliis inter vngendum sudandumque locum esse (*vnctiones graecae* elegantiores; *sudare* in balneis solebant inuncti, prius quam adcubitum irent) — 74. *malacas* delicatiores, adhibendas iis, qui Veneri sint dediti, *crapularias* inter pocula adhibendas — 77. *logos viliores* vocat *strigilem robiginosam* nullius amplius pretii — *ampullam rubidam.* Festus: scorteae ampullae, vetustate rugosae, et coloris eiusdem, *rubidae* dici solent — 78. tandem se ipsum, tamquam ollam, aut vas aliquod, venalem praedicat: *parasitum inanem, quo recondas reliquias* — 80. *Herculi polluceam* confecrem, sacrificem — 83. *quis haec* pro: quae haec — 88. *Miccotrogus* a μικκὸς i. e. μικρὸς et τρώγειν, quasi *Paucirodus* — 94. *simitu* simul — 96. *fecerat* sacrificauerat — 101. *nec mu, nec mutuum* ne minimum quidem, nedum, quod poscit, mutuum; seu: ne primam quidem syllabam, nedum mutuum totum. Varro: a *mu* mussare dictum, quod mutui non amplius quam *mu* dicunt — 103. linguam *venditariam*, quae vendere cupit — 114. *ex pictura* i. q. aliis: graphice, euscheme — 116. *submerum* pauxillo tantum aquae dilutum — *exanclauit*, exantlauit, exhausit, mihique bibendum dedit.

IN ACTVS II. SCENAM I.

3. *lubentia* vid. Pers. 5. 1. 8. — 6. *ripisque* metaphora a fluuio, alueum suum superante — 7. *honesta dicta factis* re ipsa, quod dixisti, effectum da; inhonestum enim est, nihil, praeter verba, dare — pro *propterea* Acid. mauult *propera* — 9. *benefacta maiorum exauge*, vt parentes tui seruierunt, sic et tu facias, quae hero heraeque placeant — 12. *caue quemquam flocci feceris* adparet, h. l. non esse *caue spernas eum*, sed est: ne minimam quidem eius verecundiam habeas — 13. *cubitis depulsa de via* perrumpe turbam, obstantes detrudendo — 17. dies totos ad portam

Digitized by Google

adſidere iuſſus 1. 2. 96. ſolebat piſcari — 25. pro *vero* Gulielmius malebat *viri*, quod quidem puero, magnifice ſe inferente, indignum non eſſet; ſed *rò vero* Mſſ. non exturbandum eſt, quod negationem eleganter auget. — 33. *Talthybius* et Eurybates, nuntii et praecones Agamemnonis — *contundam* ſuperbam Talthybii famam comprimam, efficiamque, vt illius facta prae meis videantur nulla — *contemnam* faciam, vt contemnantur. Alii citant Gnathonis Terentiani verba Eun. 2. 2. 8. *hic ego illum contemſi prae me.* Palmerius pro *contemnam* mauult *conteram*, vt reſpondeat illi *contundam* — 34. *curſura* vt Aſin. 2. 2. 61. Bacch. 1. 1. 34. Moſt. 4. 1. 5. i. q. *curſus* — *meditabor* praeparabo, exercebo *me, ad* etc. — 35. *ſpatium hoc obcidit*, iam decurſum eſt; *breue eſt curriculo* nimis breue eſt ad curſum exercendum; *quam me poenitet* quod valde doleo. Acid. vult: *ſed ſpatium hoc, obcidi! breue eſt* etc. ſed *rò obcidit* magis eſt comicum, quam exclamatio *obcidi!* quae nihil eſſet aliud, niſi idem cum *quam me poenitet* — 46. fores ſi *fugiſſent herum*, vt retractae poenas darent, a fugitiuis ſumi ſolitas — 42. *hoc poſtremum* etc. haec pultatio eſto vltima, pauſam pultandi faciam — 43. *piſcator factus* vid. ſupra v. 17. — 46. *quampridem non ediſti?* putasne, paraſite edaciſſime, me prandium tibi adferre? — 49. *iſtic* in ſportula — 50. a furiis agitatum colubras te videre arbitror, quas tibi perſuadeas eſſe piſces! — 54. *hodie non coenabis* verus puer erat hariolus. Ab hera quidem Gelaſimum non inuitatum iri, poterat praeuidere; ſed herus quoque redux priſtinum in paraſitum exuerat animum.

IN ACTVS II. SCENAM II.

5. *Nam equidem miſerebat* Rittershuſius legit *me quidem;* recte, opinor. Nec Aul. 2. 1. 18. deſunt, qui pro *decet te equidem* legant *decet quidem*, aut mecum *decet te quidem.* Qui enim *equidem* ex *ego* et *quidem* ortum, ideoque primae tantum perſonae ſing. recte dicunt iungi, non paucis quidem, vbi *equidem* alii perſonae iunctum legitur, exemplis inpugnantur: vt vero victi idèo putandi ſint, tantum abeſt, vt, quum longe maximus locorum numerus pro iis faciat, contraria loca vel ſcriptorum vel ſcribarum negligentiae videantur eſſe tribuenda. Hoc certe Stichi loco quid facilius fuit, quam vt pro *nam me quidem* ſcriberetur *nam equidem?* — *ergo auxilium propere latum*

Digitized by Google

inridet puer parasitum, ne verbo quidem pultantem inhibere conatum — 10. *mein' fastidis* sic Mss. plerique; quidam *mihi infastidis;* edd. vett. *men' fastidis;* et recentiores quaedam *men' rogas?* In Aul. quoque 2. 2. 67. est *fastidit mei.* h. l.: cur insolenter te effers? — 13. *ita celeri curriculo fui.* Sic Pers. 2. 2. 17. curriculo volo. Most. 2. 1. 15. curriculo curro. — 14. *adportas* nuntias. Most. 2. 2. 35. quam rem mihi adportas nouam? — 15. pro *tanta* Brix. habet *tanto.* Rogas *equid adportem?* ego vero adporto, quae omni exspectatione et spe tua longe sunt maiora. Sic Bacch. 1. 2. 42. video nimio iam multo plus, quam volueram; et Bacch. 4. 4. 21. nimio minus multo parum. — 17. *quid ego* dicam? Amph. 4. 5. 6. *quid ego* agam? *percepit* peredit *fames,* obponit ei, quod puer dixerat *lassitudo perbibit* — 21. *si me inritaueris* aposiopesis — 24. *texturam inprobem* idem quod ante *perdam.* Alii *inprobam.* Rud. 2. 3. 43. Aedilis, si quae inprobae sunt merces, iactat omnes — 28. *nasiterna* vas aquarium, ita putatur dictum, quod *nasos* seu ansas haberet *tres* — *sine subfragio* imperiosum se gerit puer in negotio, cuius tamen cura ei non est mandata — 30. *pinge humum* si lectio certa est, intelligatur *floribus,* quos vero in promtu fuisse vix credibile est. Rectius forsan Lipsius *tinge* i. e. consperge. Sic apud Hor. 2. od. 14. est: pauimentum *tingere* mero — 35. pro *quos piscator adtulit* Lipsius non male coniicit *quos piscatu retuli.* in sportula puer pisces videtur retulisse sc. superior. v. 49. 50. — 36. *pernam* vid. Capt. 4. 2. 70. *glandium* Capt. 4. 4. 7. — 40. *commodum* eo ipso tempore — 44. *Cercurum* nauem praegrandem. Merc. 1. 1. 86. — 45. *velo passo.* Nonius: laxo et rugoso. Naues enim vbi portubus sunt insinuandae, pedem nautae faciunt, laxantque velorum sinus, ne nimia ventorum adfligantur vi — 53. *eburatos* ebore ornatos, caelatos — 54. *peristromata, trapetia,* vid. Pseud. 1. 2. 13 sq. — *consuta* acu picta — 57. *sambucinas,* Liv. 39. 6. vocat *sambucistrias,* quae sambuca, instrumento aliquo musico, canebant — 58. *adludiare* Poen. 5. 4. 64. *canibus* h. vero l. *puellis:* adludam ad eas — 61. *maleuoli* 1. 3. 54. curiosi. *maleuoli perquisitores auctionum* qui res venales fastidiose perquirunt — 63. Epignomum quis credat aduexisse parasitos? Puer nihil aliud, quam Gelasimum inridet — 70. *qui deus sis* mihi tibique ipsi melius debuisses consulere: quod si feciſſes, adaucta tibi esset decima, ex he-

Digitized by Google

tedſtate, quam inhiabam — 73. *prouenisti futile.* Rud. 3. 5. 57. *proueni nequiter*, infeliciter res mihi proceſſit.

IN ACTVS III. SCENAM I.

2. *Neptuno* grates habeo, vt Moſt. 2. 2. 1. — *tempeſtatibus* vt Hor. epod. 10. 24. — 5. *quos* vxorem in primis et ſocerum — 7. *adſinem* ſocerum — 12. *ſiega* tabulatum nauis. Bacch. 2. 3. 44. — 19. *teoum miſerias mulctauerim* pertulerim. Iocoſe verbum et duriter transtulit: aerumnae enim, quando ſuperantur, quaſi plectuntur. Plerique explicant: numerauerim. Gronov. vero pro *mulctauerim* legi vult *mutauerim*, quod explicat: alias poſt alias ſubierim ac tolerauerim — 21. *hunc diem volo me Eleutheriam* (libertatem) *capere:* munia ſerui hunc in diem mihi condonari — 25. *ducam amicam* ad coenam, vt Men. 1. 2. 15. hodie ducam ſcortum ad coenam — 28. *eo condixi ad coenam* ibi iuſſi coenam adcurari — *in ſymbolam*, vt coenaremus commſini ſumtu. Ter. Eun. 3. 4. 2. eſt: de ſymbolis edere. Andr. 1. 1. 62. *ſymbolam dedit, coenauit.* — 32. *meam culpam habeto* vitupera me *niſi probe excruciavero* hunc diem, a te mihi, tamquam captiuum, deditum, i. e. niſi diem hunc in genio curando conſumſero. Excruciatur quaſi dies vitulando abſumtus — 33. *per hortum* ad *amicam* — 34. *mihi hanc obcupatum noctem* vt proxima nox mea ſit. vid. Caſ. 4. 4. 16. — 37 ſqq. ſpectatoribus dicit — 40. *in diuiduam veniam* in periculum aliquod, faciendo, quod romanis legibus homini ſeruo non licet; ſc. potare, amare, ad coenam condicere. Athenis autem, vbi res geſta fingitur, ſeruorum iura longe, quam Romae, erant ſolutiora — 42. verſus hic non in omnibus Mſſ. legitur — 44. *vtroque commeatus continet* eſt transtinet. cf. Mil. 2. 1. 65. et 2. 5. 58. ex alteris aedibus in alteras commeari poteſt per hortos — 45. *hunc diem lacero* garriendo abſumo partem diei laetitiae deſtinati.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *libros inſpexi* in quos congeſſi logos meos ridiculos — 2. *regem* ſuum vocabant paraſiti eum, cuius menſae erant adſeclae — 7. *praeter* ante *pedes* — 8. *cum ſtrena obſcaeuauit.* Vix mihi perſuadeo, vere Plautinam eſſe hanc lectionem. *Obſcaeuare* Aſin. 2. 1. 23. (ſi genuina eſt lectio) eſt: malum omen obferre: Gelaſimus autem bonum ſibi omen laetatur oblatum. Pro *ſtrena obſcaeuauit* igitur

Digitized by Google

quidam maluerunt *ſtrenua opſonauit.* Qui vero mutare nolebant, hoc verbum, adpoſita voce *ſtrena*, dicunt vincere i. e. bonum omen indicare. Feſtus dicit: "*ſtrenam* vocamus, quae datur die religioſo, vnde *bona ſtrena* eſt: bonum omen, et Plauti Sticho 5. 2. 24. legitur *bona ſcaeua ſtrenaque.*" *Bonam ſcaeuam* eſſe bonum omen, vid. Pſeud. 4. 7. 39. ſenſus eſſet: cum cibo ſcaeuam vel omen bonum mihi fecit. Boxhorn. vero pro *cum ſtrena obſcaevauit* Plautum ſcripſiſſe coniicit: *quum ſtrenue obcoenauit.* Verbum quidem *obcoenare* Plautinum eſſe, e fragmento adparet apud Varronem L. L. 6. 3. *de lumbo obcoenabis.* Hanc Boxhornii coniecturam Salmaſius vnice probat — 9. *vitam* victum *reperit* — v. 10. poſt *facit* pone colon, v. 11. poſt *adſtat* ſignum exclamandi. Dum augurium commentatur ſecum, Epignomo conſpecto dicit: ecce, quam certum haec muſtela augurium facit: hic ille eſt, a quo ego victum reperiam — 14. *ſustentatum'ſi ſedulo* ſatis bene me habui. ſic et alter frater paraſito reſpondet 4. 2. 8. *ſuſtentaui ſedulo.* Frigide vterque reſpondet; convenerant enim inter ſe de paraſito amoliendo — 18. *vocata eſt opera* eſſe poſſet: alio iam ad coenam vocatus ſum; hoc vero loco eſt: ipſe iam conuiuas vocaui *nunc quidem* hodie. Similis videtur locus Curc. 4. 4. 7. *vocata res eſt*, vbi vide notam — *tam* tamen *gratia eſt*, blandior forma abnuendi. vid. Men. 2. 3. 36. cf. Moſt. 5. 2. 9. *de coena facio gratiam* — 23. *neſcio quid* etc. dicit Epign. *in mundo* domi *habeo*, paratum mihi eſt, *neſcio quid* conuiuium aliquod — 31. *nouem* quos ergo tribus tricliniis adcepturus, nec Gelaſimo locus erat ſuper — 32. *in lecto* tricliniari — *viri imi ſubſellii* Capt. 3. 1. 11. ſunt inopes, humiles, quales plerumque paraſiti; quare Hor. 1. ep. 18. v. 10. vocantur: deriſores imi lecti. In ſubſellio autem, iuxta lectum, ſerui ſolebant veſci; inter quos ſedere non recuſat, ſi modo famis explendae copia ſit — 35. *Ambracia* Epiri vrbs, ſeu Theſprotiae potius, ad ſinum, Ambracium ab ea dictum — 41. Hunc verſum Gellius 7. 17. citat ita, vt Plautum *plane* et *obnoxie*, tamquam inter ſe contraria, dicat obponere. Explicat id Salmaſius, *plane perire* eſſe: funditus perire, nulla ſalutis ſpe reliqua, ſed *obnoxie perire*, ita perire, vt aliquam certe ſalutis ſpem habeas reliquam. Damnatus a iudice ſupremo plane periit; damnatus vero a iudice, vnde adpellatio locum habet, periit obnoxie. Acidalius *obnoxie perire* explicat:

Digitized by Google

ita perire, vt ei, per quem pereas, obnoxius fis, et aliquam certe gratiam debeas. Namque Epid. 5. 2. 30. vbi ſeruus dicit: obliga manus, *nihil vero obnoxioſe*, ſenſus eſt: nihil clementer, ne parcas, cuius nomine tibi obnoxius eſſe debeam. Gronovius denique *nihil obnoxie* explicat: non tamen ob noxam aliquam — 42. *vno Gelaſimo minus eſt* huic Epignomo, *quam dudum fuit*, diuitias recuperavit priſtinas, praeter vnum me Gelaſimum, quem ſtulte faſtidit! — 46. *eam auſpicaui* eam, vt auſpicium mihi faceret, ſumſi, *in re capitali* in re, quae ad caput et ſalutem meam pertinet.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

4. Pro *ſatis* Pontanus legit *vades*, contra MSS. Senſus eſſe videtur: expoſtularem tecum, quod vxorem a me abducere voluiſti, niſi viderem, te mihi eſſe reconciliatum — 5. *nunc* quod video eo in me eſſe animo, quo in generos ſoceri debent, *creditur tibi*, volupe tibi eſſe, nos in patriam rediiſſe — 14 ad 17. cf. Act. 1. ſc. 2. v. 75 et 78. Non negat ſenex, animum ſuum, vt antea, quum res eorum luxuria defecerit, alienatum, ſic nunc, quum res induſtria eorum reſtituta ſit, reconciliatum iis eſſe. — 18. *Iam redeo* Epign. domo exiens dicit vxori; ſed *nimia eſt* etc. ſecum loquitur — 21. *exilem et inanem aegritudinum* vacuum aegritudine — pro *exilem* Lamb. coniicit *exulem* — 24. *longiſſume* dudum — *iſte* ſocer — 25. Si fratri reſpondiſſet *facit* ſocer *recte* ſeu benigne, haec iam eſſet eius laus; quod vero reſponſurus fratri ad ſocerum ſe conuertit ipſum *facis benigne*, in eo cum laude eius ſuauem coniungit grati ſui animi ſignificationem; quod autem pro *recte facis* dicit *facis vt alias res ſoles* ea quidem laude nihil blandius eſſe poteſt, quae ſignificat, ſenem, hodie recte facientem, nihil feciſſe noui, ſed in omni vita probum eum ſemper benignumque eſſe cognitum. Sic apud Ter. Hecyr. Act. 5. ſc. 4. Pamphilus Bacchidi dicit: *antiquamque adeo tuam venuſtatem* etc. cui haec reſpondet: *at tu ecaſtor morem antiquum* etc. — 25. *clementer volo* nimis ne properemus — 32. *apologus* inquit Cic. de Orat. L. 2. eſt fabula moralis. Eſt etiam longa et verboſa narratio, vnde prouerbium Ἀλκίνου ἀπόλογος, ex iis, quae in Odyſſea Vlyſſes Alcinoo narrat. Suid. ἀπόλογος Ἀλκίνου, ἐπὶ τῶν φλυαρούντων, καὶ μακρὸν ἀποτεινόντων λόγον. *Agere* ſe apologum velle, ſenex dicit, et vere agit potius, quam narrat. In apologo hoc

Digitized by Google

a versu 33 ad 60 perquam comicus est creberrimus τοῦ *quasi ego, quasi nunc* etc. vsus, cuius simile quid reperitur Epid. 3. 3. 7 sqq. Hoc *quasi* est: exempli causa, veluti, quemadmodum. Omnis hic apologus redit eo, vt tibicinarum, quas Pamphilippus aduexerat, vnam sibi roget dari concubinam, sed ita, vt, quod ea edat, gener simul addat. Quod vero in rogando pudor seni paululum adest, pro *ego* dicit *senex quasi ego sum* et sic porro. De fidicinis aduectis vid. 2. 2. 54 sqq. — 38. *praesens hic quidem est apologus* nos praesentes sumus, quorum in personas apologus iste examussim conuenit — 48. *contruncent* absumant *cibum.* Sic apud Nonium e Lucilio reperiuntur *cibicidae;* Apuleius vero habet *offulam contruncare, cibum detruncare.* sunt tamen, qui pro *contruncent* malint *contrucident* — 49. *videlicet* regit hic adcus. cum inf. *senem fuisse parcum,* vt v. 51. *adolescentem fuisse nequam,* quasi politae essent voces *videre licet* e quibus aduerbium illud ortum est — 50. nimium, sordide *parcus* fuit senex, *quoniam ille* adolescens *illi pollicetur* tibicinam, *qui eum* insuper *cibum* eius *poposcerit* — 51. refutat senex generum: nequam fuisset adolescens, si alimoniam tibicinae denegasset — 53 sq. vt senex *filiae illae* (illi), quam adolescenti dedit, et dotem dedit, sic aequum erat, vt adolescens tibicinae, quam socero concubinam dabat, cibum quoque seu dotem daret — 56. concubinae non solent dari dotatae — 58. quia lex non est, quae concubinis dotem dare iubeat, *velle dixit fieri* rogando certe indipisci de cibo voluit, atque inpetrauit — 60. habeon rem *factam*? num igitur de cibo inpetraui? adnuit in apologo inuenis — 61. *filiis* filiabus — 62. vulgaris lectio est *ibo lauatum in pilum,* et suspicatus est Turnebus, *pilum* esse insigne quoddam balnearum intelligendum. Lambinus autem legi vult *pyelum* balneum, labrum. Pollux 10. 16. πύελος vas amplum, in quo veteres lauabant. Hac coniectura Salmasius nihil verius esse dicit — 64. *graphicum mortalem!* en veteratorem! Trin. 4. 2. 91. est *graphicus nugator* ibid. 4. 3. 17. *graphicus fur — fabre* artificiose — 65. pro *esse ducit* cum Douza posui *sese:* gerit se pro adolescentulo, aetate alieniore — 66. *adcendet senem* corpus decrepiti gelidum fouebit, calefaciet 67. libidinis causa ea non egebit — 70. *ne quid aduenienti perderem* intellexit tandem, se, quae inpenderat olim in parasitum, perdidisse. Quae nocent, docent. non vult edacem hominem porro alere — versu 71

Digitized by Google

capti consilii ostendit, vtrumque fratrem consentire in parasito amouendo — 71. *lupum in sermone* Ter. Ad. 4. 1. *lupus in fabula* de quo loquebamur, adest.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1. Abiens Gelasimus 3. 2. 47. dixerat, consulturum se amicos, qua lege se nunc oporteat esurire. hic igitur, quid suaserint amici cognatique, quos, dum abfuit, consuluisse vult, spectatoribus narrat. Voculae *sed ita*, si abessent, non quidem desiderarentur; nec vero erat, cur, ab initio scenae deesse nonnulla, Acidalio aliisque persuaderent. Risus captandi causa de industria Gelasimus inepte incipit. *Fame se iugulare* comice dictum est, addito praesertim *hodie*, vno enim die nemo fame perit — 8. *sustentaui sedulo* v. 3. 2. 14. — 11. *aduorsum te fabulare* male tibi consulis, me excludens hodie conuiuatorem — 13. *quin tu* vocas? — *obstrusero* deuorabo. Curc. 2. 3. 87. est: aliquid prius *obtrudamus*, pernam etc. — *vnum hoc* fieri *potest* — 18. *vtrum* domine an foris coenem? — 26. *afflictentur* a furibus nocturnis spolientur, obcidantur. Alii *adflictentur* — 31. *per hanc coenam* si nulla alia coena parata tibi est, quam ea, quae domi nostrae parabitur, incoenatus hodie esuries — 33. *te lapide percussum velim* Iuvenum atheniensium grassationes perquam erant metuendae — 36. *opera vtere* dico tibi operam meam, *posce* quid me facere velis — 39. *inter cuneos ferreos* inter quos, ligno findendo adactos, tenuissima tantum rima patet: vel in arctissimo loco adcumbere non recusabo — 41. *exorabo*. Gelasimus intelligit: conuiuas, vt, te adcepto, arctius cubare ne dedignentur, et *veni* intelligit Gel.: voco te; longe vero alia est iuuenis ludificantis mens *in carcerem!* — 42. *hic* meis in aedibus *meliorem genium tuum non facies*. Pers. 2. 3. 11. genio tuo non multa bona facies. Hor. 3. od. 17. v. 14. genium non curabis — *eamus, tu* Epign. dicit fratri. — 48 ad 50. nunc tandem aperte dicit, se missum Gelasimum facere, causa, cur eum abire iubeat, addita, quod porro rem familiarem negligere nolit — 48. *tua felicitas* qua inpertis eos, qui tibi se comedendos permittant — 49. *rem confregimus* prodegimus. Sic Trin. 1. 2. 71 sq. postquam rem *confregit* — 50. Gelasimus fuisti mihi, qui te praeberes deridendum; sed *nolo te mihi fieri Catagelasimum* qui me ipsum hominibus deridendum praebeas, voracitate tua ad paupertatem pertractum — 51. *Iamne abiisti* Epignomo,

Digitized by Google

qui repente abierat, dicit, quasi restaret adhuc. Douza eum *abiisti* putat sibi dixisse ipsi, pro *obiisti:* viuisne adhuc Gelasime, an mortuus iam es? 52. *egone* sic spernor? *tune* Epignome, cui in deliciis olim eram, ita me repente fastidis? *mihine* praecluſus erit omnis ad mensam tuam aditus? *tibine* cui opes sunt abunde restitutae, vna perdita maneat pristina beneficentia? Sic fere, quae Gelasimus cogitasse videbatur, exprimere conatus sum, quae, qui aliter subplenda putet, aliter subpleat — 53. *prothymiae* animus ad beandos alios promtus — 54. *ipsos* diuites *parasitari* Capt. 3. 1. 13. eos requirunt, qui, libenter quum ederint, domi reddant — 56. *potione vincea* laqueo, qui vinciat gulam: suspendam me.

Heri abierunt coenatum, Gelasimus esuritum; seruorum coena, amor, saltatio superſunt.

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *more*, non a *mos*, sed aduerb. a *morus* μωρὸς stultus. Iunguntur et Mil. 2. 4. 17. ego *stulta et mora* multum (sum) — 2. 4. *prouisere* prospicere in viam, qua venturum putamus, qui cupide exspectatus cessare videatur — 7. *cadum* ab hero donatum 3. 1. 24. — 6. *decumbam* idem quod v. 8. *adcumbam.* Sic Merc. 1. 1. 96. ad coenam vocat, venio, *decumbo* etc. Asin. 5. 1. 1. Agedum, *decumbamus.* Ter. Phorm. 3. 1. 28. prior bibas, prior *decumbas.* — 8. *quasi* est emendatio Gruteri. Mss. et edd. vett. vno consensu habent *qua.* Recentiores quaedam edd. habent *quia senſim extabescit dies.* Poeta vero non vituperandus est, qui diem, vergentem ad vesperam, vocat *senem.* *Tabescit* est: minuitur. Lucret. 5. 679 sq. Crescere dies licet et *tabescere* noctes, et *minui* luces, quum sumunt augmina noctes.

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *Athenae*, *nutrices Graeciae*, quibus Graecia prae ceteris vrbibus suis ea debet, per quae inclaruit et floret — 2. *heribis patria* ipse erat Syrus, 3. 1. 29. Sic et Bacch. 2. 1. 5. Chrysalus: herilis patria salue — 7 ad 11. Stichus, cadum cum vino transferens, laudat secum laetitiae datorem — 7. *here* Epignome — 8. *hoc dono* vino — 11. *prothymias* vid. supra 4. 2. 53. — 13. *Dionysum* Bacchum, vinum — 14. *locus liber datus est.* Ter. Eun. 3. 5. 52. perstrepunt, ita vt fit, domini vbi absunt — 16. *vostier* herus, Pamphilippus, *cum vxore* Pinacio (post *vxore* comma

Digitized by Google

ponendum est) *adeo*, quod mireris, *et Antipho* conuiua est, qui cum generis in gratiam rediit. Fuere, qui *Antipho* dictum putarent pro *Antiphone*, vt in Most. 3. 1. 33. est *Tranium* pro *Tranionem*. Non vero iungenda sunt *cum vxore et Antipho*, sed *vester et Antipho*. τῷ *vester* additum modo est *cum vxore* — 17. *ibidem herus est noster* haec verba post id, quod versus 14. 15 dicunt, otiosa fere videntur. Epignomum, qui socerum, fratrem fratriamque coena excipiebat aduentitia, domi suae coenare, vel Sticho tacente, patebat. Legunt vero quidam: *Itidem herus es noster* i. e. vt domi meae Epignomus, *itidem* sic, Pamphilippo cum vxore absente, his in aedibus tu herus es noster — 18. *quis somniauit aurum*. Verbum *somniare* male hic habuit interpretes. Alii: quis *summanauit* i. e. furatus est *aurum?* vid. Curc. 3. v. 43. serui autem, herorum, qui peregre mercaturam faciebant, per triennium comites, iisque probati, non videntur fuisse furaces. Palmerius: *SAG. quis opsonauit? STI. aurum, quid* etc. Alii: *quis opsonauit aurum?* i. e. de vino dixisti, quis vero aurum dedit in opsonium? Alciatus: quis *seminauit aurum?* Turnebus, quocum Gruterus facit: *quis somniauit* explicat: quis somnium similando id quaesiuit, quo conuiuium adornatum est? qua de explicatione videas Trin. 4. 2. 20. De impensis in opsonium vix videtur Sagarinus posse quaerere. Ex 3. 1. 28 sq. adparet, Stichum Sagarinumque condixisse in symbolam, 5. 3. 8. Stichus opsonatus est, et 5. 2. 9. Sagarinus se coenam coqui iussisse dicit; de sumtu hanc in rem faciendo neuter dicit: quare, vnde eum sumerent, paratum oportet vtrique fuisse. Quod vero Stichus v. 17. de vino dicit: *hoc mihi dono datum est*, non vero addit *a quo?* Acidalius de vino modo Sagarinum quaesisse putat, et, pro *quis somniauit aurum* legendum esse: *quis id* (vinum) *donauit autem?* meusne herus an tuus? — 21. *eluamus* Lambin. explicat: quidquid peculii est, profundamus! cf. Asin. 1. 2. 9. *elaui*. Malim vero: amara curarum eluamus vino. Hor. 4. od. 12. v. 20. vide enim, quae Stichus hero 3. 2. 20 sq. dicit. Vinum quidem *obliuiosum* est Hor. 2. 7. 21. memoriam ante malorum ex animo eluit — 24. vid. supra 3. 2. 8.

IN ACTVS V. SCENAM III.

2. *hinc* e domo Epignomi — *illic* Pamphilippi in aedibus — 8. *ceterum curando* ipsa arcessita ab hera in aedes

Digitized by Google

ſororis ſuae, quae opera vteretur mea, *id* negotium, coenam amicis coquendam, *adlegaui* alii mendaui. Amph. 2. 2. 42. alium ego *iſti rei adlegabo*. Epid. 3. 3. 46. ſi *adlegaſſem* aliquem *ad* hoc negotium.

IN ACTVS V. SCENAM IV.

1. *ferte pompam* ventri, vt apud Macrob. eſt vinum et fercula; alii: incedite ordine, vt fit in pompa — 2. *temperare conuiuium* in conuiuio, vt 1. 2. 60. *id temperat* pro: *in eo:* laetitiae noſtrae ne obſiciant intemperiae — 4. *conuenit, dum* conſentio, ſed ea lege vt — 5. 6. *polluctura* conuiuium, *hac quidem hodie polluctura* de hodierno epulo noſtro *praeter nos* quorum ſumtu curatum eſt *iactura dabitur nemini* portio dabitur nemini, qua nos faceremus iacturam, qua nos fraudaremus ipſi — *hac* pro vulgari *hinc*. Gronov. — 7. *monotrophe* Turnebus Sagarinum a Sticho ſic vocari putat, quod ſine contubernali, ipſe ſibi miniſter, veſcatur ſolus; at Stichus potius hoc ſenſu erat monotrophus, Stephanio non ſua, ſed Sagarini conſerua. Verius Gisbertus Longolius τὸ *monotrophe* agnoſcit eſſe aduerbium: abſint conuiuae, quos tu Sag. vocatos vis — 8 pro *commode*, *fabis*, *ficubus*, *lupinis*, *cruſto* diminutiua mauult — 9. *tryblium* patella — *comminuto cruſtulo*. Valla explicat: demta tunica de lupinis; alii, rectius forſan, *cruſtulum* non a *cruſta* deriuant, ſed a *cruſtum*, et pro *comminuto* legunt *cum minuto cruſtulo:* delicato aliquo opere piſtorio minuto — 12. *batiola* poculi genus. Nonius e Plauti Colace citat: batiolam auream — *Samiolo ποτηρίῳ* i. e. figlino. vid. Bacch. 2. 2. 24. — 13. *moenia* munia noſtra explemus — 17. *fontinalis* deus fontium: vtrum aquae an vino praeeſſe malis — 20. *ſtrategum te facio* eodem ſenſu dicit, quo Perſ. 5. 1. 18. Toxilus amicam dicit dictatricem — 21. *in ſubſellio* humiliore ſede, Cynicorum more. vid. ſupra 3. 2. 31. — 22. *magis dulcius* vid. notam ad Men. Prol. v. 55. *magis maiores* — 24. *quot digiti* qui eum alteram modo manum putant oſtendiſſe, explicant *quinque;* alii volunt *decem;* qui v. 25. legunt *ἡμιτέτταρα* ſemiquatuor, i. e. duo; nam *tres*, *quinque*, *duo*, efficere *decem*, quot literis conſtet nomen amicae ſuae *Stephanium* — 25. hanc cantionem graecam, ſeu prouerbium hoc, Euſtathius ad Odyſſeam, et Athenaeus l. 10. ad aquae et vini temperationem referunt, Plautus vero ad cyathorum vini numerum — 26. Acidalium ſequutus poſui:

Digitized by Google

tibi propinod vinum, *eccum! a fonte* aquam *tibi tute* ipſe *inde*, indere, adfundere velis, *ſi ſapis* niſi meracius bibendo mox vis inebriari — 27. *bene vos* valere precor — 28. *bibe, ſi bibis* increpitantis eſt, vt inpiger hauriat. Sic Poen. 3. 1. 8. quin ſi ituri eſtis hodie, ite. Trin. 4. 2. 139. age ſi quid agis — 28. 29. *conuiuii ſat eſt, modo* hilarem hunc ſumeremus diem, niſi Stephanium noſtra diutius cunctaretur — 30. *cantharum* quem exhauſi — 31. *pulpamentum* opſonium lautius e *pulpa* parte carnoſiore animalis, v. c. leporis — *ſi horum poeniţet* ſi tibi non ſatis delicata videntur — 32. *melius dicis* recte iubes me contentum eſſe iis, quae adſunt. Coniecere quidam, legendum eſſe *merum ius dicis* vt eſt v. 44. bonum ius dicis, et Rud. 4. 4. 94. ius merum oras — Feſtus: cupes et *cupedia* antiqui lautiores cibos nominant. Iſidorus: *cuppes* faſtidioſus eſt et cupidus — 33 et 35. *age, ſi quid agis* vt v. 28. *bibe, ſi bibis* — 35. *non hoc* quod ſumti facimus, quodque tu in poculo ſumes *inpendet* erogabit *publicum* non res publica grauabitur hac inpenſa. Gronov. — 37. *vel ſeruato meum modum* eo modo, quo ego, ſtrategus v. 20. praeſcripſi, bibito, *vel tu dato* modum: qua lege bibendum nobis ſit, praeſcribas — 38. *nolo ego, nos pro ſummo* nimis *bibere* — *nulli* (non) *relerimus* releuerimus *poſtea* hoc cado, quem herus donauit, exſiccato, non erit alius, quem relinamus — 39. *quamuis de ſubito* ſc. tempore. Poſt *de ſubito* pone comma: licet non dudum potare coeperimus — *vel cadus verti poteſt* magnam iam partem exhauſtus eſt — 41. *labias* a *labia*, quod raro reperitur pro *labium* — 42. *proſerpens beſtia* ſerpens. Aſin. 3. 3. 105. Poen. 5. 2. 74. — 43. *demutaſſit* demutauerit, a lege bibendi diſceſſerit — *poculo mulctabitur* ei, pro mulcta, poculum auferetur — 49. *vni* antique pro: vnius *animi* — 52. *nolo obcaedes* i. e. caedes, nolo dicas, quae nimis videantur ſeria — *catuli vt ludunt, malo* vt catuli inter ſe laſciue luſitant.

IN ACTVS V. SCENAM V.

4. *bene quum lauta* mulier eſt — *infecta tamen eſt* addendumne quid munditiae ornatuique ſuperſit, ſcrutari pergit. vid. Moſt. 1. ſc. 3. Poen. 1. ſc. 2. Ter. Heaut. 2. 1. 11. dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt! — 8. *totus dolet* Stichus. ſuum fructum priorem eſſe voluerat 3. 1. 34. Sagarinus autem, quum verſum diceret ſeptimum,

Digitized by Google

quem totum ei tribuo, puellam simul lasciuius adtrectasse videtur; quare Stichus atrociter eum inclamat: v. 8. *Sagarine! SA. quid est? STI. totus doleo!* idem dicit, quod Horat. 1. od. 13. *meum feruens difficili bile tumet iecur!* Sagarin. inridens eum *tanto miserior es!* Stephanium autem neutrum alteri vult inuidere v. 9. *ambos amo* — 10. non persuadeo mihi, Stichum h. l. *peculium* sensu proprio dicere, eumque pecuniae poenitere, quam hoc in conuiuium amicumque inpenderat, sed *peculium* intelligit noctem, quam 3. 1. 34. se obcupaturum sperauerat; *vapulat peculium* indignantis est: nec prior erit fructus meus, et *libertas fugit hoc* meum *caput* non hodie solus fruar amica — 12. iterum puella: *cupio cum vtroque mihi bene esse*, at Stichus: *dispereo!* Sagar. igitur *quid ais!* nostine eam amicam esse ambobus? *STI. quid ego?* quid mihi relinquis, qui non cessas eam subagitare? — 13. 14. Sagar., vt aliam sodali mentem iniiciat, puellam ad saltandum prouocat — 15. Stichus vero: *numquam me istoc* saltando *vinces*, *quin ibi pruriam* quin desiderio puellae pōtiundae flagrem. Hoc sensu Martialis, aliique poetae, verbo *prurio* saepissime vtuntur — 17. *et quidem nobis* iam sc. 4. v. 5 et 38. vinum noluerat profundi — 18. *eduxeris* exsiccaueris — 19. *cantionem cinaedicam* proteruiorem, libidini excitandae aptam — 20. *perpruriscamus vsque ex vnguiculis* vt in nos tota Venus ruat, Cyprum deserens Hor. 1. od. 19. v. 9. — *inde* adfunde.

IN ACTVS V. SCENAM VI.

1. *tene tu* tibicen *hoc* poculum, *educe* exsicca, vt sc. 5. v. 18. Amph. 1. 1. 273. — *dudum* sc. 4. v. 34. — 4. *prostibili* seu potius *prostibuli*. post *amicae* v. 5. pone signum interrogandi. non ait, hoc esse prostibuli, sed interrogat: tune negas suauium? num putas esse prostibuli, si amicus stans osculetur stantem? — 5. *sic furi datur* suauium, vt detorqueas ceruicem ad flagrantia oscula, vix vnum rapere obcupes. Hor. 2. od. 12. v. 25 sqq. — 6. *quamquam grauatus* bibebas, *non nocuit tamen?* iocose tibicinem rogat.

IN ACTVS V. SCENAM VII.

1. Iones praeter alia memorabiles sunt saltationibus, ab iis inuentis denominatisque, molliculis petulantioribusque. Inter fontes morum conruptionis Horatius numerat 3. od. 6. v. 21. *motus doceri gaudet ionicos matura virgo!* Sangar.

Digitized by Google

vero, quid saltando efficere voluerit, sc. 5. v. 20. non diffitetur. Pseud. 5. 1. 29. oratus, vt saltaret, se probe didicisse ionica, ebrius laetatur, et Sangaristio Pers. 5. 2. 45. staticulum redditurus est, quem Diodorus fecerat in Ionia. Cinaedicus eiusdem fere generis saltator est. Omnes igitur *Ionicos* aut *Cinaedicos* saltatores ad certamen Sagarinus prouocat — 2. qui *istoc vorsu* motu corporis eum *vicerit*, ab eo ad aliam corporis mouendi rationem prouocari vult — 3. *hoc modo* quo praeeo — *babae* Pseud. 1. 3. 30. *tatae* idem forsan, quod *tat* Truc. 3. 1. 18. *papae* Rud. 5. 2. 33. *pax* Mil. 3. 1. 213. Pseud. 5. 1. 33. exclamationes h. l. hilariter saltantium; vltimum *pax* forsan pausam saltandi iubentis — 5. *satis esse* pares esse in certamine — quam *fungo* ad radices arboris satis tecto *imber* par est eradicando — 7. *ite ad vos*. Sic inuitat Pseud. 5. 2. 33. *in crastinum* Rud. 5. 3. 66. ad annos sedecim.

COMMENTARIVS IN PLAVTI TRINVMMVM.

IN PROLOGVM.

Vnius Trinummi Prologum Plautus fecit *διπρόσωπον*, efficacius quippe Luxuriae Inopiaeque personas inducit, quam si histrionis modo e persona monuisset, e luxuria semper inopiam nasci — 1. MSS. *sequere me* quod *me* quidam abiecerunt, Nonius vero citat *sequere hac*, quem Hermannus est sequutus. Mihi quidem, vt, *τὸ me* otiosum, sic *hac*, *δεικτικῶς* positum, a sequentibus visum est requiri — 2. quousque tandem sequar? — 3. *adest* finis, non longius te ducam — pro *hem* cum Gulielmio et Hermanno posui *en*, monstranti aptius visum — 9. MSS. quidam *tum hanc mihi gnatam, gnatam esse* etc. Pro altero *gnatam* quidam *gratam;* alii *tum hanc mihi gnatam esse*. Lambinum sequutus sum *Tum mihi hanc is esse gnatam voluit*, quod et Herm. recepit — 10. *quid* quem in finem — Herm. posuit *sed huc nunc ea quid impulsu introierit meo* — 11. *vacuas aures* sic Cas. Prol. 29. aures vacuae

Digitized by Google

ſi ſint — *adoleſcens* Lesbonicus — 15. Herm.: dedi *ei* meam; et: quicum *is* — Douza: *quicum* indeclinabile eſt, tam plurali, quam ſingulari numero: ablatiui loco poſitum omnibus adeo generibus ſolet adcommodari — 18. *nomen graece* H. *graece nomen* — 19. *barbare* latine — 20. *trinummo* a tribus nummis, quibus ſycophanta operam ſuam locauit 4. 2. 2. — 22. Herm. *tantum'ſi*.

IN ACTVS I. SCENAM I.

2. *inmune facinus* Nonius: *inmune*, ſine officio, ſine munere; quaſi officioſo contrarium. Feſtus: pro inprobo ſumere videtur. Alii explicant *ingratum* — *in aetate* interdum — 5. *ni me id* H. *ni id me* — 6. *hic morbus* metus caſtigandi amicos, qui noxiam admiſerint — *inuaſit bonos mores* eos adeo homines, qui ipſi morum ſanctitati ſtudent — 7. *plerique omnes* boni mores *ſunt intermortui* paulatim conrumpuntur — 9. *ſubcreuerunt* H. *ſubcrevere* — 10. *vile* tam vile; nihil ſaepius reperitur — 12. 13. multi malunt a paucis gratiam inire, eos, ſi delictum in ſe admiſerint, non caſtigando, *quam id* ſpectare, *quod profit pluribus* rei publicae — 14. *ita gratiae* (nomin. plur.) pauciorum *vincunt illud* rei publicae *conducibile* hoc illis poſtponitur — *remoram faciunt* inpedimento ſunt.

IN ACTVS I. SCENAM II.

1. *Lar*, θεὸς κατοικίδιος, vid. Aul. Prol. 2. — Larem, aedibus Charmidae, a Lesbonico filio eius emtis, proprium, vt primum inmigrauit, vxori commendat corona decorandum, quae apud Romanos e ſpicis ariſtisque, apud Graecos e platano, Lari debebatur — 3. *quod fauſtum, felix fortunatumque ſit* ſolennis formula, quam negotiis ſuis ominis cauſa praefabantur — pro *eueniat* H. *euenat*, quod Nonius ex Ennio citat — Tres priores verſus vxori dicit, domo egrediens, quartum, iam egreſſus, vt vxor exaudire non poſſet, ſpectatores vero riſu quaterentur — 5. *ſenecta aetate* Amph. 4. 2. 12. — pro *factus eſt* H. *factu'ſt* — 8. *vt ego volo* H. vt ego *te* volo — 10. *ſalue* H. ſalue *mi* — 11. *edepol ſalue* Donatus ad Ter. Hec. 1. 2. 8. olim ſalutantes addidiſſe dicit ius iurandum, vt ſedulo hoc facere viderentur! Iſto vero Hecyrae loco Parmeno τῷ *edepol* ſuo aperte inridet Syram, quae ſalutationi ſuae *mecaſtor* inepte addiderat. Nec vero Megaronides amico animo ſalutare poterat eum, quem ob meritam noxam erat caſti-

Digitized by Google

gaturus — 12. *valeo, et valui rectius* valeo, non quidem vt olim, ſed vt nunc, ſenex, ſatis bene. Velim pro *et* reperiri *at* — 15. *mihi mali eſt* Herm. *mihi eſt mali* — 17. *inmortalis eſt.* Hermannus ad hunc locum forſan pertinere putat fragmentum ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή — 22. hac quidem vxorum permutatione neutiquam ego damnum facerem — 23. *Namque enim* etc. fieri poſſet, vt me, qui vxorem tuam minus noui, hoc modo circumvenires — Gruterus pro *Namque* ex vna Pariſina admiſit *neque;* tunc eſſet ſenſus: non inprudentem falles; ſcio enim, quid mulieris vxorem habeas — 24. pro *haud ſcies* Herm. *tunc ſcias.* ſenſus vtriusque lectiones idem fere: tuae permutantis inprudentiae poenas te daturum ſcito — 25. *nactus* H. *nactu's* — *nota mala res optuma'ſt.* Sic apud Livium Pacuvius Calavius notiſſimum quodque malum maxime dicit eſſe tolerabile — 27. Hunc verſum Megar. alii, alii, rectius opinor, Callicli tribuunt. Vulgaris lectio eſt: *proinde, vt bene viuitur, diu viuitur,* quod eſſet: vita, niſi beata, nulla eſt, canique miſerorum, licet diu fuiſſe, non tamen et diu vixiſſe eos, teſtantur. Sic vero quid Callicles diceret aliud, niſi: vtrique ſumus ſenes miſeri! Acidalius igitur, licet contra omnes libros ſcriptos editosque, transponendas tamen voces putauit: *proinde, vt diu viuitur, bene viuitur* quam lectionem, poſt nonnullos editores, Hermannus quoque recepit. ſenſus eſt: optime in vita retineri id, cui diu adſueueris, et, licet nonnulla optares alia, omnem tamen mutationem eſſe periculoſam. Sic Callicles dicit: ſcitiſſimum erit, vt ſuam vterque noſtrum vxorem porro ferat. Hoc quia videtur ſermoni magis congruum, et ego Acidalii lectionem putaui recipiendam — 31. vocem *men?* Callicles profert adfectu admirantis; Megar. reſpondet, quaſi ille dubius interrogaſſet — 34. *aegrotant* mutantur in peius — *artes antiquae tuae* ἐπιτηδεύματα inſtituta, qua eſtudioſe ſequutus adhuc es. Ariſtoteles quoque τεχνῶν nomine complectitur virtutes; Terentio Andr. 1. 1. artes ſunt: fides et taciturnitas; Horatio 3. od. 3. v. 9. iuſtitia et conſtantia. Senſus: ſi tu, vir olim probiſſimus, alius factus es — 35. 36. *mores* contagio morum praeſentis ſaeculi, vbi, quae olim vocabantur vitia, laudantur mores — 39. vt te videre audireque *aegroti ſint* auerſentur — 44. 45. *ego meo ſum promus pectori, ſuſpicio eſt in pectore alieno ſita.* Eraſmus: innocentiam praeſtare poſſum, quid homines de me loquantur, non poſſum!

Digitized by Google

Lipſius: quis ſim, in me ſitum eſt; qualis audiam, in vano vulgo! — 46. ſqq. *ſi te ſubripuiſſe ſuſpicer Iovi coronam*, quod Petilius quidam auſus eſſe dicitur, inde Capitolinus cum ignominia vocitatus. Men. 5. 5. 38. — 53. *haud dicam dolo* Megaronides, Calliclem amicum vocaturus certiſſimum, ſe non niſi quae ſentiat dicturum, antea confirmat — 54. *quos ſuſpicor* quos amicos eſſe opinor quidem, ſed certus nondum ſum — 55. *quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere* Herm. *quorum haud poſſum ingenia atque animos noſcere* — 56. *peruenianț* H. *peruenant* vt v. 3. *euenat* — 59. *ſcio.* explicant: meum amici officium eſſe, concedo, vt te, ſi peccaueris, obiurgem; malim tamen *ſcio* referre ad alterius *ſi quid ſcis*, vt ſenſus ſit: non nego me nunc ſcire facinus tuum, quo turpiter videare labſus! — 60. vulg. *etſi alia huc* etc. quod vero verſui 29. repugnat. Recte igitur Piſtoris: *et, ſi alia* etc. niſi ea ipſa cauſa, vt obiurgem te, ad te veni, *aequum poſtulas*, memet ipſum concedo eſſe obiurgandum — 61. pro *primum dum* adcuratius H. ſcripſit *primumdum*, vt et Mil. 2. 3. 26. Moſt. 1. 2. 39. etc. poſui, vbi *dum* encliticum ſalvo ſenſu poſſet abeſſe — 63. *turpilucricupidum* αἰσχροκερδῆ — 64. *volturium* ob inexplebilem naturam et ſordes. Moſt. 3. 2. 147. — 65. *comedis* comedas — 66. pro *dicier* H. *dici*, et 67. *mi* pro *mihi* — 67. 68. crimina quo mihi minus dicant maledici, prohibere nequeo, diluere vero et refutare ea *mihi in manu eſt* facile poſſum — 70. *auctorem* feminine — *rem auctorem dabo* re ipſa oſtendam — 71. rem *confringere* profundere, vt Stich. 4. 2. 49. — 72. *iturus eſt ipſe* H. *iturus'ſt ipſus* — 86. *quod homo nequam* haec quidem obiurgatio inhumanior amicum non decebat; quare Call. *non iſtuc meum eſt* (H. meum'ſt), bona verba quaeſo! — 87. poſt *aedes*? paullisper tacet; non reſpondentem Call. monet *quid taces?* eoque adhuc tacente, interrogat: *vbi nunc tute habitas?* quod ſignum interrogandi expunxere plerique, verba haec cum *aedes* verſ. ſup. iungentes; ſed, *τῷ quid taces?* interiecto, verba haec ab *aedes* prorſus ſeiuncta ſunt: interrogatio autem iterata acrius vrget — 90. *dediſti?* H. *dediſtine?* — 95. *exaedificaret* conſummaret *ignauiam*. Sed 5. 2. 3. eſt *exaedificauiſſet* eieciſſet *me ex aedibus* — 99. *inconciliaſtin'* nonne decepiſti? vid. not. ad Bacch. 3. 6. 22. — 102. *ſuam* quam mandantis *iam melius rem geſſerit!* — 108. *poſſueris* poſueris — *ſumes, vbi depoſueris* tamquam depoſitum ſancte ſeruabo —

Digitized by Google

109. *circumſpice dum* Herm. *circumſpicedum*. ſed *dum* h. l. videtur eſſe *igitur* — *adſit arbiter nobis* qui ſermonem noſtrum captet — 112. *quoniam* eſt *profectus* quo tempore profecturus erat — Hermannus cum Acidalio habet *nam quoniam* — 113. H. verba transponit: *theſaurum in hisce demonſtrauit mi aedibus* — 118. *permanaſcere* permanare — 120. *ſi quid eo fuerit.* Cic. Phil. 1. 4. ſi quid humanitus ei adciderit. Poen. ſi quid me fuat — 122. *conditionem* matrimonium — 124. *alium feciſti* etc. qui caſtigaturus veneram, antiquos te mores ſeruare laetor — 126. *qui* qua ratione — *illius* patris — 128. *ille ignauus* Lesbonicus — *paene funditus peſſum dedit* prorſus paene fecit inrita — 129. *vnos*, non diutius quam *ſex dies* — 130. *inconſultu meo* me non conſulto — 131. *inſcribit.* tabula, de aedibus pendente, aliisque locis adfixa, aedes venum ire ſignificat — 132. *adeſuriuit magis*, *et inhiauit acrius* H. *adeſurinit mage*, *inhiauit acrius* — 133. *canes* pro *canis*, Callicles — *vniuerſum totum* defendi ſolet locis non diſſimilibus Moſt. 1. 2. 68. quin (aedes) *totae perpetuae* ruant; Trin. 4. 3. 10. id genus hominum *omnibus vniuerſis* eſt aduerſum; quo vero loco Hermannus legit *hominibus vniuerſis* — 134. pro *gregem vniuerſum voluit totum auortere* Herm. cum Acid. *gregem vniuerſum voluit ſecum auortere* — 136. *rogare ego* H. rogare *hoc* ego; et v. 137. pro *face ſciam* habet *fac ſciam* et 139. pro *aduorſum quam* legit *aduorſum quod* — retinui *aduorſum*, *quam* — 141. *eius eſſetne* etc. theſaurus, in re emta inuentus, emtoris eſt — 144. *vſurae meae* vtui meo — 147. *egomet feciſſe confiteor* H. *egomet confiteor*, *feciſſe haec* — v. 148. H. legit: *en mea tibi malefacta*, *en meam auaritiam tibi!* — 149. Lectioni, quae Camerarii eſſe putatur: *hascine me propter res maledicta dfferunt?* praeferenda videtur lectio, quam Hermannus ſequutus eſt: *hascine propter res maledicas famas ferunt?* — 150. *paſſa* poteſt eſſe imperativ. *ceſſa!* ſeu potius ſubſtantiv. *pauſa* eſto! fiat! — 153. *communicesque* etc. communem mecum ſuscipias curam, ab amico communi mihi demandatam. Gulielmius malebat *communites*, eodem fere ſenſu: adiis mihi in officio meo tuendo — 156. *ſed quid ais?* abeuntem reuocat, vt ſolemus, ſi quid diſceſſuris repente ſubeat, quod commemoraſſe adhuc, noſtra alteriusue putemus intereſſe — *vbi habet?* habitat. Bacch. 1. 2. 6. quis iſtic habet? Men. Prol. 69. qui Syracuſis habet — 157. *poſticulum* aedificium, partem domus poſticam, *hoc* quod vides

Digitized by Google

hic, *recepit* exceptam vendens fecit, sibi retinuit — 159. iterum abeuntem reuocat. post *apud te est?* signum ponatur interrogandi — 160. *iuxta* etc. aeque eam curo, ac meam ipsius filiam. Aul. 4. 7. 1. Cas. Prol. 46. — 161. Herm. num *etiam* prius quam — et: *rogitaturu's?* — Quidam reliquos scenae a 162 versus Actus primi scenam faciunt tertiam — 165. *scurras* vid. Epid. 1. 1. 13. — *vrbani adsidui* qui adsidue in vrbe morantur, neque rusticantur, militiaeue operam dant — 166. *vna ibidem traho* Curc. 4. 2. 20. parissimus sum iis; h. l. non melior iis sum, qui stultiloquentiae eorum tam faciles praebui aures. vid. 2. 4. 10. — 167. *adceptor fui* re non explorata, quae blaterabant, vera esse credidi — 169. *in animo habet* H. *habet in animo* — 172. Hermannus: *neque facta, neque futura, tamen illi sciunt* — 175. *aiebant* H. vt semper, *aibant*, quod Priscian. ex Accio citat — 176. *hac esse et viuere* ita emendandam putarunt lectionem Mss. *hac esset viuere*. Gulielmius coniecit *indignum ciuitate ac sese viuere;* Pareus vero et Hermannus: *ciuitate hac et se*, quod putaui recipiendum — 180. *vsque ab stirpe auctoritas* primus famae auctor — 181. *vnde quidquid* Acid. et H. *quidque* — 182. *res ei cum damno et malo sit* damnum *et malum habeat*.

IN ACTVS II. SCENAM I.

1. *simitu* pro: simul; saepissime. *res simitu* H. *simitu res* — 2. *concoquo* idem h. l. quod macero, et fatigo. Qui animo vehementius adfecti sunt, interdum, quasi verbum non reperiant, quo vno describant curas suas, plura solent verba coaceruare — pro: *egomet me concoquo* H. *ego me et concoquo* etc. — 3. *exercitor* qui me exercet, vexat. pro *hinc* Lips. *hic*, Herm. *exercitorque animus hic est* — 4. *expetessam* vid. Epid. 2. 2. 70. — 5. *firmiorem* magis conducibilem — 7. *mihi satis haud liquet, nisi* H. *mi haud liquet satis, ni* — 8. *rem simul exputem* H. *simul rem exputem* — *exputem* alterum ad alterum contendam — 9. *ita placet* H. ita placet *mi* — 10. *expediant* vtiles sint ad vitam agendam — 11. *in plagas coniicere* H. *coniicere in plagas* — *se* abesse posset — *in plagas* retia — 12. H. alterum *eos* omittit — pro *subdole blanditur, ab re consulit* transponit: *ab re consulit, subdole subblanditur* — *eos* cupidos — *subdole blanditur*, gaudia promittit, vnde dolores non possunt non nasci — *consulit ab re* quod rei familiari obsit. vid. ad Rud. 4. 4. 56. — 13. H.

Digitized by Google

blandiloquentulu'ſt habet, et vocem *auarus* omittit — *cuppes* vel *cupes* cupediarum amans — 14. vocem *elegans* H. omiſit. Meurſius *elegans* hic in vitio poſitum dicit. Gellius 11. 2. elegans homo non dicebatur cum laude, ſed id verbum *ad aetatem M. Catonis* vitii, non laudis fuit — *latebricolae* qui in gurguſtiis latitant — 15. Voces *blandus, inops* H. omiſit, et pro *celati indagator* habet *celatum, i.* — 15. 16. pro lectione Camerarii: *nam qui ab eo, quod amat, quam extemplo ſauiis ſagittatis percuſſus eſt* Hermannus recepit: *nam quom quisquam amat quam, quam is extemplo ſaui ſagittis percuſſuſt* — *quam extemplo* vid. Aſin. 2. 4. 36. etc. — 17. pro *ſi audes* codd. et edd. primae *ſi audis*, recentiores *ſodes*, Herm. *audias* — 18. *cuculus: ocelli mi* H. *cuculus ecce, ocule mi* — et pro: *ſi amplius vis dari* poſuit *et ſi amplius tibi etiam vis dari* — 19. *pendentem* cura ſuſpenſum *ferit* munere, quod ei dandum eſt. vid. Ter. Phorm. 1. 1. 13. *porro etiam Geta ferietur alio munere* — 20. *non ſat id eſt mali* etc. H. *non ſat mali eſt, ni ampliuſt, quod bibit* etc. — 21. pro *ſumti* H. *ſumtuis*, et poſt *familia* inſerit *ei* — *familia tota* vid. Ter. Heaut. 2. 2. 23 ſqq. et 3. 1. 42 ſqq. — 22. *veſtiſpicae* H. *veſtiſpici* et 24 verba transponit ita: *ipſe, dum illis comis eſt, inops ſit amator.* Verborum quidem poſitio emendationibus Hermanni ſaepe ſit elegantior — 22. *veſtiſpici* Nonius: veſtium cuſtodes ſerui, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciebant — *ſandalia* calceamenta feminarum diuitum elegantiſſima — 23. *raptores panis et peni* H. *panis et peni raptores* qui omnes amatoris opes exhauriunt — 24. *comitatem* Douza recte obſeruat, in vitio hic poni, pro largitate infami ſeu prodigentia — 26. pro *nihil te vtor* H. nil te *ego* vtor; et pro *eſt dulce* habet *dulce eſt* — 27. Comma non poſt *ſatis*, ſed poſt *tibi* ponendum, et poſt *ſit*, ſemicolon — *forum* negotia forenſia — 28. H. fugat *ſeſe* ipſe a ſuo *contutu:* ipſe ſe intueri horret — 29. poſt *neque* H. eiicit *enim*, et *amicum volunt dici* transponit: *volunt dici amicum:* pudet eos, amoris mancipia dici — *mille modis* innumeris de cauſis. H. *modis mille*, et pro *amor ignorandu'eſt, procul adhibendus eſt* dedit: *amorem ignorandum'ſt, procul que adhibendum* — 30. *atque abstinendus* H. eiecit — *in amorem praecipitauit* H. *praecipitauit in amorem, is* — 31. *ſaxo* H. *de ſaxo* — *ſaxum* Lipſius intelligi vult Tarpeium, de quo vero deiiciebantur potius, quam ſaliebant. Veri multo ſimilius Leucadiam

Digitized by Google

Passeratius petram dicit esse intelligendam. Celerior certe certiorque, quam saltu Sapphico, nulla amoris poterat esse fuga — 32. *tuas res tibi habe* repudii formula. vid. Amph. 3. 2. 47. H. *res tuas — amor, mihi amicus ne fuas vmquam* H. *mihi, amor, ne fuas vmquam amicus* — 33. *male que* H. *et male — obnoxios* (deuinctos) *fecisti* H. fecisti obnoxios — 34. *certum est* H. delet *est* — 35. *labos grandis capitur* in animo compescendo vincendoque multum molestiae deuorandum est. H. *grandis capitur labos — boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem* — H. sibi boni haec expetunt rem, atque honorem, fidem — 36. *hoc probis pretium est* H. hoc probis est preti — 37. *vanidicis* H. vanidicentibus.

IN ACTVS II. SCENAM II.

1. *foras se penetrauit* H. se foras penetrat — Men. 5. 2. 64. *pedem penetraui intra aedem* est: ingressus sum; Amph. 1. 1. 94. *penetrant se in fugam:* in fugam se coniiciunt. sic h. l. *quo penetrauit se ex aedibus:* quo abiit — 2. H. *tibi* eiecit; pro: *neque latebrose me* habet: *nec latebrose me ego* — 3. *patrem tuum si* H. si patrem tuum — 4. *per pietatem* (H. addit: *tuam*) qua me percolis, obtestor te atque obsecro — *nolo ego te sermonem exsequi* ne sermonem exsequaris, conferas — 5. *neque in via, neque in foro* H. in via, neque foro — 7. *vt sit sui similis* H. similis vt sit sui — *miscent mores mali* H. miscent mores, malus etc. — 8. nihil interesse inter sacrum aut profanum, inter publicum aut priuatum, existimant — 9. *hiulca gens.* Douza et Lamb. explicant: auide et quasi hiante ore praedam captans — *quae me excruciant* H. *me* eiecit — 10. *noctesque tibi* H. noctesque *haec* tibi — 11. nihil intactum relinquunt, nisi, cuius tangendi copia non datur — 12. *late.* H. *et late* — 13. *duraui* vitam produxi — 14. *quin* cur non *prius* quam hoc hominum genus oriretur, *me ad plures penetraui* mortuus sum? Eustath. ad Odyss. ἀπελεύσομαι παρὰ τοὺς πλείονας, ὁ ἔστι, θανοῦμαι. πλείονες γὰρ τοὺς τεθνεώτας ἐκεῖνος ἔφη. — *nam hi* H. nam ii — 15. *eosdem lutulant, quos conlaudant* H. eosdem, quos laudant, lutant — 15. 16. *his ego te artibus gratiam facio* facile patior, vt ne his artibus etc. i. e. vehementer dehortor te, ne *hisce* inproborum *artibus colas, neu inbuas ingenium* Herm. *eas ne colas,* neu tuum ingenium *iis* inbuas — 17. *moribus viuito antiquis* Herm. eiecit *antiquis. Mores*

Digitized by Google

quidem in superioribus saepe v. c. 1. 2. 35 sq. virtuti obponuntur antiquae, hoc vero loco *meo modo et moribus* intelligendum adparet esse *meis* — 18. *fatuos mores et turbidos* MSS. *faceos* Cam. *facetos* Meurs. *fatuos*. Herm. *facetos* recepit, *τὸ et* eiecit, et pro *dedecorant se* posuit *se dedecorant* — 19. *si mea capesses imperia* H. si capesses mea imperia — *multa bona* H. bona multa; et post *confident* adiecit *consilia*. forsan: *haec* mea consilia, *si mea imperia capesses* si ea sequare, *multa bona* etc. felicem te reddent — 22. *pro imperio tuum*. *Meum animum* etc. emendatio Lipsii; Camerarianam Hermannus recepit: *pro imperio tuo meum animum* etc. — 24. *animus* hoc sequentibusque verss. est *libido*, rationi contraria — 25. pro *itane* cum Hermanno posui *ita* — 27. 28. Cam. priori versu *perpulit*, posteriori *pepulit*. Lamb. vtroque *perculit*, Gronov. vtroque *perpulit*, Hermannus vtroque e codd. *pepulit*, quod recipiendum putaui. Sensus: 27. si libido hominem, 28. si homo, ratione vsus, libidinem vicit, subegit. Sic fere Epid. 4. 1. 15. qui mihi primus *pudicitiam pepulit* 27. *servibit* H. seruit — 28. *dum viuit* H. *dum* eiecit — *clueo* seu *cluo* dicor, praedicor, — *victor victorum* qui victoriam deportauit omnium pulcerrimam — *si animum* H. animum si — 30. *vt opus est, te ita esse* Herm. te ita, vt opus est, esse — 32. *ego mihi* H. mihi ego — *istaec* consilia *habui aetati tegumentum meae* iis me iuuenem libidinis a vi putaui muniendum — 33. *damni conciliabulum* vbi deterior fieri possem — 34. abstinui me a comissationibus nocturnisque iuuenum grassationibus. Amph. 1. 1. 2. — 35. *parsi* peperci, caui — 37. *quid exprobras* mea te causa istis abstinuisse te? — 38. Cic. ad Brutum ep. 2. sed de hoc tu videris; de me possum idem dicere, quod Plautinus pater in Trinummo: *mihi quidem aetas acta ferme est* — 39. 40. vulg. *is probus est, quem non poenitet, quam probus sit et frugi bonae*. Verba *quem non poenitet* Lamb. explicat: qui non inuitus probus est. Ita vero haec verba idem fere dicerent, quod versu 40, *qui ipsus sibi satis placet*, quem quum pater *nec probum, nec bonae frugi* esse dicat, contrarium v. 40 decerneret, ac vers. 39 decreuerat. Faciundum igitur viri doctissimi, Gronouius, Hermannus, alii putauerunt, vt *τὸ non* v. 39. expungerent, quo facto, *quem poenitet, quam probus sit* est: qui non *φίλαυτος* sibi ipse plaudit, et, licet probus sit, non id tamen adsequutus sibi videtur, vt non sit, quod probitati suae possit addi, et

Digitized by Google

qui ideo laborat vsque, vt probiorem adhuc se praestet — 41. *benefacta benefactis aliis portegito* quae probitatis suae documenta dedit, nouis semper cumulare studeat, *ne perpluant* vt sarta tecta conseruentur, ne quid vitii in animo innascatur suo. vid. Most. 1. 2. 30. — 42. *qui ipsus se contemnit* qui modeste de se sentit — 43. *autumaui* dixi — 44. pro *iam dare* H. dare iam — *veniam iam dare gestio* si, quod oraueris, fieri poterit, concedere cupio — 47. *non neuis* non abnuis — *nempe de tuo?* interrogatiue. Sic fere apud Ter. in Adelph. Micio Aeschino: *de te largitor puer!* — 48. *meum est autem tuum* H. meum autem tuum'st — 50. *publicisne* negotiis *adfinis fuit*, redemitne vectigalia, aut publici operis aliquid curandum conduxit? — *an maritimis negotiis* an mercaturam fecit maritimam? — 51. *an venalis habuit* mango seu venalicius σωματέμπορος fuit? qui quaestus Capt. 1. 2. 31. vocatur *inhonestus?* — 52. *per comitatem* Rud. Prol. 38. rem comitate perdidit: aliis inseruiendo. liberalitate nimia. Vide autem supra 2. 1. 24. — 54. non potuisti non *praedicare*, infitiari, turpiter eum decoxisse, licet hoc faceres *ferme familiariter* quam lenissime quidem amici ore fieri potuit — 56. *nihil moror* non desidero, non probo — 57. *tolerare egestatem eius* v. 47. bene illi facere — 58. *quod edit* edat. ita H. scripsit — 59. *producit vitam* Herm. aliique e Seruio *prodit*, eodem fere sensu. Ter. Andr. 2. 1. 14. *prodere aliquot dies nuptiis*, aliquot dies praeterire pati, antequam nuptiae fiant — 61. *illi cuidam* Lesbonico, qui nominatus nondum erat — 63. *deiuuare* non iuuare. Lipsius, Scaliger aliique e Festo malunt *desiuare* seu *desinare* quod esset: deserere — 64. *pudere, quam pigere, praestat.* Nonius: pudet verecundiae est; piget poenitentiae. Vetus Grammaticus: pudere ad dedecus; pigere ad dolorem et damnum refertur — *totidem literis* vtrumque verbum scribitur — 65. *deum virtute* beneficio. Mil. 3. 1. 82. — 66. *multa bona* H. bona multa — 68. *de magnis diuitiis* H. magnis de diuitiis — 69. pro *inmunifico* cum Grutero et Hermanno recipiendum putaui *inmuni.* illud interpretamentum aliquod huius esse videtur, et pater v. 73. non repetit *inmunificus*, sed *inmunis* — 75. *aliis qui comitati simus* vnde aliis comes et benefici simus, comitatem praebeamus — 79. *comedit, quod* ei *non fuit* aes alienum contraxit — Acidalium Hermannus est secutus, qui versus 81 et 82 transposuit, posteriorem post versum 88.

Digitized by Google

et deinde priorem. Videntur quidem versus 81 et 89 aptissime iungi. quod vero iuuenis timidior, prius quam, quid vellet, apertius diceret, excusationis aliquid inferere voluisse potest, quo patrem Lesbonico redderet ignoscentiorem, et quod vix adparet, qui pater ad vers. 80. respondere potuerit, *mentiris gnate!*, neutrum versum ex antiqua fide sua exturbare ausus sum — 82. *sapientiae* Herm. cum nonnullis aliis *sapienti*. Lysiteli versus recte videtur tribui, excusaturo amicum: aetate fiet sapientior! *Sapiens* qui futurus est, *aetati cibus est*, idem fere ab aetate exspectat, quod cibi quidam conditi, qui aetate demum mitescunt, et ad vescendum vtiliores suauioresque fiunt; eodem quippe modo *aetas condimentum sapientiae* seu *sapienti est*, aetate ab iis, quae iuuenilis aetas secum fert, auocatorum multoque vsu edoctorum sapientia conditur demum, in dies crescit perfectiorque fit — 83. *mentire* erras. *id nunc facis haud consuetudine* sic fieri non solet — 84. Verissimum quidem est, suos cuique mores fortunam fingere; at hoc tamen filius non refellitur, qui aetate sapientem fieri posse contendebat eum, quem iuuenem aliquantum animi causa in deliciis perdidisse non negauerat. Nec facile erit, qui non plures viderit, quorum vitia ineuntis adolescentiae magnis emendata sint virtutibus. Vetus est prouerbium: *carnis peccata condonentur, si absint modo peccata cordis*, quae abfuisse in Lesbonico Lysiteles v. 57. adfirmat: *sine omni malitia est* — 85. *eo* ideo *ne multa* non multa — *neuult* non vult — *malus fiet* H. malu'st — Versus 86. 87. Acid. et Herm. recte Lysiteli tribuunt totos — *adolescentulu'st* H. — 88. *adipiscitur* H. *apiscitur* deponens passiue. — Sic fit, vt, qui ipsi iuuenes iam sciuerint vitae suae habere modum, inmemores postea, cui fortunae praecocem suam sapientiam debuerint, omnes prorsus iuuenes a pueris illico nasci poscant senes, nec illarum, quas adolescentia fert, rerum esse adfines — 90. Philto dicit: nihil, quod dare possit, Lesbonico est, praeter egestatem suam: eamne tu ab eo adcepturus es atque toleraturus? — 91. *eo*, cum ea re, quam mihi datam ab eo cupio, egestatem simul adcipere non recuso. Sororem eius in mente habet, vxorem sine dote — *istam rationem* id qui velis intelligi — 94. *vxorem?* H. *vxoremne?* — 97. *vt patiar* te ducere? — H. *patiundum'st* — 98. *lepidam famam* Aul. 3. 5. 3. sapienter factum esse et consilio bono etc. — 99. dixerat iuuenis, in eligenda vxore hac sequutum se esse

Digitized by Google

partim amicitiam, quae ipſi cum Lesbonico intercederet, partim famae ſtudium. Haec vocat pater *docta dicta* philoſophorum e ſcholis petita, qualia et ipſe poſſet multa eloqui — 100. ſe vero longo vſu edoctum ſcire addit, qui talia in ore habeant, in mente ſaepe habere alias eorum, quae agant, cauſas, filiumque non dictis iſtis doctis moveri, ſed vno puellae amore — 101. *verum*, vtcumque res ſit, quando te in amicitia fidum haberi velle, et popularium gratiam non negligere intelligo, 102. *iſtac iudico* non deero tibi — 105. licet *conciliare* et turpi ſenſu reperiatur adhibitum, v. c. Mil. 3. 1. 204. hoc tamen loco non video, qui aliud quid in mentem cuiquam venire potuerit, quam *conciliare nuptias*. vid. ſcen. 4. v. 43. Sic et apud Nepotem Att. 12. harum nuptiarum conciliator fuit M. Antonius — 105. *eccere*. hoc vero negotium mihi iniungis? Chariſius vocat aduerbium monſtrandi; Feſtus: iurandi per Cererem; Muretus, *aecere* per aedem Cereris; Lamb. *eccere* quaſi: ecce rem: etc. — 108. *in benignitate* per benignitatem, quod conſenſi, te eam ducere — 109. *habet* habitat.

IN ACTVS II. SCENAM III.

5. *nugas agit*, et vere quidem nugas, quod nihil poteſt iniquius eſſe, quam conſulere in filium, quod tibi placeat ſoli — 6. *miſer ex animo fit* filius, aduorſum quem pater ita conſulit — *factius*, comparatiuus ficticius a *factus*, *magis factum; factius nihilo facit* nihilo magis pater, quod ei ſoli placuit, efficiet — 7. *ſuae ſenectuti is* pater *acriorem hiemem parat*. Senectus iam ipſa eſt vitae humanae hiems, moleſtiarum ſaepe numero plena: hanc vero hiemem reddet acriorem, moleſtias eius augebit — 8. quum illam *tempeſtatem* diſſidium inter ſe filiumque *inportunam* aetate, quae prae ceteris quietum animum deſiderat, *conciet*.

IN ACTVS II. SCENAM IV.

2. *mina* niſi additum legatur *aurea* intelligenda eſt *argentea*, ſexageſima talenti pars, centum drachmas continens; *minas quadraginta* plus quingentos thaleros ſeu vallenſes noſtros — 4. *meminiſſe videor fieri* nec negat, nec adfirmat: eſſe poteſt — 5. *exutum* abſumtum. Sed Gulielmium Hermannumque ſequutus ſum, recte, opinor, emendantes *exunctum*, vnguentis abſumtum. Magnum quidem luxus inſtrumentum erant quotidianae, poſt lauationes, veterum vnctiones. vid. Rud. 2. 7. 22. — 7. *conſit*

Digitized by Google

consumitur, tam *cito*, 8. *quam si* H. quasi — *papauerem* vt Poen. 1. 2, 113. pro *papauer* — 10. *ibidem vna traho* Lamb.: sex alteras minas duco. Alii *ibidem* explicant *eodem;* quod scortis dedi, iisdem, quas modo dixi, sex minis comprehenditur. vid. supr. 1. 2. 166. — 11. *defraudaui* H. defrudaui — post *ratio* eiecit voculam *ista* — 12. *si sumas* Pistoris explicat: insumas. Si, quod insumas argentum, non tamen absumatur tandem, immortale illud esse oporteret — 14. 15. hos versus seruus, a hero auersus, spectatoribus dicit — 17. ratio adparet, argentum οἴχεται abiit, non adparet — 20. pro *opinor* Herm. *opino*, quod Nonius e Plauto citat — 21. *in porta est locus foris*, sub dio habitandum patri est. Lamb. mendicabit in porta trigemina. vid. Capt. 1. 1. 22. Gruterus vero coniicit *in ponte*, et citat locum e Seneca, de vita beata c. 25.: "in sublicium pontem me transfer, et inter egentes abige, qui manum ad stipem porrigunt." — *in ventrem filio* aedes enim suas filius deuorauerat — 23. *Trapezitae* mensario *drachumarum* vocali *u* metri causa inter consonantes interposito — *olympicum* olympicarum drachmarum, quarum, vt minarum talentorumque, aliud aliis in locis pretium fuisse constat — 24. *redditae* in mente habet drachmae, non mille — 25. *immo.* iam non est sermo de eo, quod tu spoponderis, sed, quod ego pependerim — 26. Scaliger legit *quas sponsiones.* quod vero de vna modo sponsione sermo est, Acidalius conrexit: *quas* drachmas *sponsione* ob sponsionem — *sponsione pronuper tu* Herm. *sponsione nuper tu illa* — *quas exactus es* quae exactae a te sunt. Sic Gellius 15. 14. e Caecilio: *ego exigor portorium,* et Metellum citat dicentem: *sese maximas pecunias exactos esse* — 27. *aiebas esse* H. esse aibas — 28. *illud* argentum — 30. *tui te* H. *te* eiecit — 35. *duint* dent — 37. *mutuum mecum facit* non minus ego illi bene volo — 40. *hic* Lesbonicus — 44. Camerario placebat *hau!* interiectio turbatae mentis vel indignabundae. Mss. vero plerique habent *haud*, quod cum Lambino, Hermanno aliisque putaui recipiendum: in iis, quae dixisti, non adnosco, te filiumque tuum bene mihi velle, nam v. 45. cf. Aul. 2. 2. 43. haud decorum facinus tuis factis facis, vt etc. Ter. Eun. 5. 8. 36. non cognosco vestrum, tam superbum (edictum) i. e. vestra humanitate hoc dignum non est — 50. *ordinem* conditionem: reputandum vtique est, quo in loco res versentur meae — 51. *factio* Cist. 2. 1. 17 sq. neque nos factio tanta sumus, quanta tu, neque

Digitized by Google

opes noſtrae ſunt tam validae, quam tuae. Ter. Phorm. 4. 3. 48. venit in mentem, in ſeruitutem pauperem (mulierem) ad ditem dari — 55. *ferentarii equites* Varro L. L. 6. 3. *pedites* Veget. de re mil. 1. 20. leuis armaturae milites, qui, vbi opus eſſet, opem celeriter ferrent. Iocoſe ſeruus diuitem *amicum* vocat *ferentarium*, qui opem celeriter ferre poſſet — 56. *dierecte* vid. Capt. 3. 4. 103. — *ire obcipiam* aufugere coner — 61. *in aetate* interdum, vt ſupra 1. 1. 2. — 65 ſq. *aequiparabilis cum noſtris*, Curc. 2. 3. 12. eſt cum datiuo: aequiparabile diis — 67. *in aedem* ſacram — 68. *opulentus tibi par forte vt venerit* forte in eodem tecum lecto adcubuerit tricliniari — 69. *popularem quam vocant* coena populo exhibita — 70. hoc e verſu Faber coniecit, a clientibus olim in aede ſacra conuiuium patronis adparari fuiſſe ſolitum. Malim intelligere, eos, qui miniſtrarent, proxime eum locum, vbi adcubare viderent patronos ſuos, congeſſiſſe in menſam, quae iis ſperarent fore adceptiſſima — 72. *edisne* edasne — 73. *etiamſi* H. etſi — 76. *de vita* victu. ſic Graecis *βίος* — 77. 78. *cernitur*, decernitur. Scaliger: Spectanda eſt perſona, paraſitus. In ſenatu dicitur: nulla verecundia debet nos demouere a ſententia dicenda, vbi de rebus diuinis et humanis agitur. diuinae autem et humanae paraſiti res eſcae ſunt, et menſa eius eſt ſenatus — 82. *non hoc* (vngue) *longe*. ſic Ciſt. 2. 3. 39. ne hercle hoc longe. Moſt. 2. 1. 46. non hoc longe — 83. Mſſ. habent *coena hac*, Lipſius vero aliique mutauerunt *haec — hereditas ſine ſacris* eſt, quae obuenit, nullis ſacrorum ſumtibus obnoxia. vid. Capt. 4. 1. 8. — Turnebus verſum explicat: coena iſta popularis annuus velut frugum prouentus nobis eſt, ſine vllo inpendio. Palmerius *annonam* adiectiue ſumit, coena annona, vt paraſitica, ſine impenſis datur, vt hereditas ſine ſacris. Lipſius legi vult: coena haec annon eſt hereditas ſine ſacris, prorſus gratuita? Muretus, Grnterus, Gronovius, *hac annona* adnoſcunt ablatiuum abſolutum, vt nunc eſt annona; vt ſenſus totius verſus ſit: coena gratuita, hac annonae caritate, aeque rara eſt, ac hereditas ſine ſumtuoſis et oneroſis ſacris — 89. *dei* H. di — *opulentiae* plur. legitur et Bacch. 4. 3. 22. meis *opulentiis*. Sic et infra 4. 3. 21. veteres *parcimoniae*; ſic apud Senecam ep. 114. e Salluſtio *famas* — 91. *animae* H. animai, et *qui eam quom* pro vulg. *qui quum:* alii *quam quum*. Corpora noſtra ſunt quaſi ſalina animae. Anima

Digitized by Google

conseruatrix corpori est, vt sal pecudum carnibus, ne putrescant — *quum extemplo* simulac. vid. Most. 1. 2. 18. — 94. *mirum ni* ridens seruus: sine dubio diuitias tuas tu tecum ad Acherontem feres. — 95. ironice: sed hoc quum fieri nequeat, solatio tibi sit, heredes eum te, qui vocaris, esse cognituros, Philtonem, omnes diuitias in monimentum amoris sui relinquentem — 96. *hic* a me filioque opes non spectari — 102. *spondeo dicebat* pro adolescente, vbi vsus non erat dicto. vid. supra v. 25 sqq. — 106. *graviter cecidit* sc. res. Et habent edd. quaedam antiquiores *etsi haec res grauiter cecidit. Cecidit stultitia* forsan: ego stultus cecidi. Lambinus vero primus posuit *cecidi*, quod et Hermanno placuit — versus 111 ad 114 seruus hero ad aurem insusurrat — 111. *vis*, quod post *nostramne* est, H. posuit post *here* — *nostram nutricem* cuius prouentu alimur — 120. *siris* snueris — 121. *argumentum* causas, cur dissuadeam — 122 ad 155. haec ausus non esset dicere, si Philto v. 111 ad 115. audiuisset — 122. *olim* ex longo adhuc tempore — 123. *in quinto quoque sulco*. Turnebus: quinto sulco, sexto, nono, dicunt auctores, pro: serere quinquies, sexies, nonies aratum agrum. Alii: haerent boues in quinto primi diei sulco, quum pereunt — 124. *Archerontis ostium* locus pestilentissimus — 125. *vinum* vuae, *prius quam coactum'st* ante vindemiam. Sic Cato 144. oleam cogere; Columelle 11. 2. sciat vindemiam sibi esse faciendam, sed ante quam fructum cogere incipiat. Scriuerius autem, Hermannus aliique posuerunt *coctum* — 126. *consuadet* securus iuuenis a Stasimo est, eum, non nisi quod e rè sua esse putet, seni suasurum esse — 129. *illi* illic — *tribus tantis minus* dicere vult: tribus partibus minus, quartam eius, quod obseueris, partem; si medimnum seueris, sesquimodium metes — 131. *interfieri* interfici, deleri — 135. *hem* H. *en* — 136. *ad inciitas redactus* vid. Poen. 4. 2. 85. — 138. *fulguritae* de coelo tactae — 139. *angina* H. angina *hic* — Plin. H. N. 8. de suibus: obnoxium genus morbis, anginae maxime et strumis — 140. *glabrae* sine lana — 143. de *solstitiali herba* vid. Pseud. 1. 1. 36. *solstitialis morbus* febris forsan solstitiali tempore ardentissima — 144. *Campas* Campanus, genus hominum molle potius, et libidinosum, quam laboris patiens — *antidit* anteit. Cist. 2. 1. 3. omnes homines supero atque *antideo* — 148. *fortunatorum insulae μακάρων νῆσοι*, quo manes piorum delati gaudeant — 149. *egerunt* H. egerint — 153.

Digitized by Google

quaerens H. quaeras — 154. verba *at tu hercle et illi et alibi* vulgo tribuuntur ſeni, et intelligenda putantur: rem malam reperies! rectius vero, opinor, Staſimi adhuc verba putanda ſunt: *at tu hercle et illi* Lesbonico, *et alibi*, v. c. apud Calliclem, *caue ſis dixeris, me* etc. — 157. *reperiri poſſet* H. reperire poſſit — pro *ſiquidem* Acid. *ſi quem reperire poſſet — cuius os ſublinat* quem decipiat. vid. Aul. 4. 6. 2. — 159. 160. Poſtquam Philto ad Lesbonicum redire coepit, ſeruus hos verſus dicit ſecum. Senem vero ſi, quae commentus eſt, credidiſſe putat, egregie errat — 162. H. *loquutu'ſt*, ſed pro *homo'ſt*, homo eſt — 165. *Licitum* fuit, te locupletem eſſe, *ſi velles* voluiſſes — 167. *ſi antea voluiſſes* H. ſi voluiſſes antea — 168. *conuenire nihil potes* cum Acid. Herm. *conueniri nil poteſt* — 169. *quid* H. *quod* — 172. quid *iſtic* H. *iſtuc* — 173. *cuiquam exſpectatus*. Cum primigeniis edd. Gruterus, Taubmannus, Hermannus aliique receperunt *tam exſpectatus*, quod, licet Gronovius, eius recepti cauſa, Pareum in maximam malam crucem ire iubeat, quod verſum corrumpat, et loquendi genus ſine eo antiquum ſit, tamen et ego recipiendum putaui — 176. *ad Calliclem* quae apud Calliclem habitat — 177. H. *actum'ſt* — 178. *ſcilicet* hoc, vel non iubente te, facerem — 180. *eadem* opera, ſimul *haec*, quae inter nos conuenerunt, filio praeſente *confirmabimus* — 182. *dic Callicli* H. *et Callicli dic* — Acidalio indecorum videtur, ſi adoleſcens ſenem iuſſiſſet ad ſe venire, idque eum iuſſiſſe negat. Videtur ei Lesb. poſt *me vt conueniat*, niſi ſeruus interpellaſſet, additurus ſtatim fuiſſe *dotem ſorori quaerere*. Sed, quod ab excultioribus recentiorum temporum moribus abhorrere videtur, in eo ferendo rudis antiquiſſimorum temporum ſimplicitas minus erat moroſa — 182. *quin tu i modo* H. *quin tu* delet, et 184. *rò me* poſt *haud* demum ponit — 185. *illi* ſorori — 186. H. *i modo! i modo!* — 187. *quin quod* H. *qui quod* — 191. *geſtam probe* nondum, vt Lamb. videtur, de agro gloriatur, quem an ſeruari ſibi herus paſſurus ſit, non poterat adhuc non dubitare, ſed filiam herilem in tam lautam familiam conlocatam gaudet — 197. *ibit iſtac* Douza et Herm. legunt *iſtinc* — 198. *latrocinatum* militatum — 200. *hic* Callicles.

IN ACTVS III. SCENAM I.

1. *Noſtrum herilem filium* adparere arbitror, eſſe verba ſerui. Senex enim, vel ſi ipſa ſerui verba voluiſſet repetere,

Digitized by Google

inepte tamen dixiſſet *noſtrum*, et, qui *noſtrum* ſeni tribuunt, eius ſi fuiſſent loco, ipſos dicturos fuiſſe *veſtrum*, certus ſum. Deinde licet *veſtrum* ponas, tamen poſt: *quomodo* quibus verbis *tu iſtuc dixiſti?*, ſi ipſa ſerui verba additurus rogando erat, dicendum certe fuit *noſter* etc. *deſpondit?* Eos igitur ſequor, qui verſum 1. a *noſtrum*, cum verſu 2. toto, tribuunt Staſimo, cuius a ſcurrilitate abſonum non erat, ſubiuncto ſuo *hoc modo* ridere ſenis *quo modo*. Senex autem *iſtuc*, quod a virgine forſan audiuerat, ſerui ipſius verbis vult audire — 6. poſt *ego credidero* ſeruus paullisper tacet, quaſi additurus aliquid: quare ſenex *quid* credideris? cui Staſimus *me nihili pendere* me aequi bonique facere, credasne, an non credas — 8. pro *modo* dicit *tammodo*. Carpit latinitatem Praeneſtinorum, qui mox addebant, quod opus non erat, vt h. l. *tam*, mox, contra vſum loquendi, abiiciebant, vt Truc. 3. 1. 23. *vt Praeneſtinis conia et ciconia* — 9. *frugalior* iron. parcior. In re ſalua Lesb. erat nimium liberalis, nunc, in re perdita, non pudet eum, ſororem nuptum dare ſine dote! — 10. *atque equidem ipſus Philto venit* Herm. *atque quidem* etc. quod recipiendum putaui, quia *equidem venit* vix ferri poteſt — 13. *caſtigatorem* Megaron. Act. 1. ſc. 2. — 19. *amicum ita, vt nomen cluet* Bacch. 3. 2. 2. *qui eſt amicus ita, vt nomen poſſidet* cuius facta nomini amici reſpondent — 23. *celeri gradu eunt vterque*. Alii, et ipſe Herm. pro *eunt* habent *ſunt*. Vtrumque Plautinum eſt, v. c. Poen. 3. 1. 19. modico gradu *ire*. Epid. 1. 1. 11. tu *es* grandibus gradibus. Hoc vero loco vtrumque verbum ſuis defendi dicunt codicibus — 24. *euſcheme σὺσχημῶς*, decenter, ſaepe apud Plautum legitur, v. c. Mil. 2. 2. 58. *euſcheme* adſtitit.

IN ACTVS III. SCENAM II.

1. *obcultaſſis* obcultaueris *mihi te*, ne fugias conſpectum meum — 2. *quo profectus ſum* iturus fui. Aul. 1. 2. 40. — 3. *in rem gloriae, rem famae* in gloriam, famam — 7. *qui bene* H. delet *qui* — 9. *tu mihi es melior, quam egomet mihi?* H. *melior tu es, quam egomet mihi?* — 11. *beneficium beneuolente*. Sic MSS. Camerar. in poſthumis *beneuolente* ortum coniicit e *beneuolentis* eliſa litera *s.*; Lambinus vero inſerſit *a*, quem cum Hermanno ſequutus ſum, *a beneuolente* — 13. *neque a me officium migrat* officio meo deeſſe nolo. Scioppius legi vult: *neque*

Digitized by Google

meum ſe officium migrat, quod explicat *ſe mutat*. H. legit *neque ſe a me officium migrat* — 14. *quin rumori* famae, exiſtimationi meae *ſeruiam* — *vt vindex ſieres*. Lamb. Acid. Douza pro *vindex* poſuere *vibex*: vt honorem poſterorum dedecorares. Alii, Scaliger, Turnebus, Voſſius *vindicem fieri* h. l. explicant: auferre, eripere; iisque *vindex* eſt: qui honorem aufert, quaſi manu mittit. Gronovius verſum 18 negat interrogationem eſſe, et cum praecedentibus iungendum, ſed cohaerere eum cum ſequentibus, et pro *atque* legendum eſſe *atqui*: vt vindicares traderesque poſteris tuis honorem, ad quem non primo tibi via erat aperienda, ſed ad quem tibi maiores iam viam fecerunt planam. Haec vna lectio et interpretatio vera mihi eſt viſa — 23. *hoc pacto* dote mihi obtrudenda — *ah! non ita eſt* hac re vitia adoleſcentiae non emendabis! — 25. Sic Ter. Heaut. 5. 1. 37. *Mr.* times, quod *operam amico* ille *dat* ſuo? *Ch.* immo quod *amicae!* — 26. Herm. relinqui *a me* ob etc. — 27. pro *conrigere* Scaliger *conligere* — 29. pro *iſtic quae* cum Hermanno praefero *iſtaec quae* — *vel exſignauero* memoriter deſcripta recenſuero, nullus diffiteor. — 31. *ſciebam* H. *ſcibam* — 32. vi Veneris *vinctus*. H. aliique quidam *victus* — 34. *at operam perire meam ſic* Herm. at meam ſic perire operam — 37. *pone te* etc. cupiditates tibi quaſi latebrae erunt, vbi absconditum te honor non inueniat — 39. *inperitus*, ſimplex, qui facile falli ſe aut decipi patiatur. Gronov. — 42. *balliſta* vid. Poen. 1. 1. 73. — 43. *moros μωρούς*, ſtultos. Men. 4. 2. 1. — 47. *inſanum*. Varro L. L. 6. Plautus, quum *vehementer* vellet dicere, dicit *inſane*, quod inſani omnia faciunt vehementer — 49. *vt facis indicium*, *conare* H. conare, vt facis indicium — *iſtuc* vt abalienes agrum — *tuum incendes genus* Gronov. explicat: clarum et inſigne facies; Piſtoris autem: familiam tuam totam ad extremam pauperiem rediges, quaſi igne conſumta ſit — 50. pro *aqua*, quod Cam. habet, cum Douza, Hermanno, aliis, *aquae*: mox poenitebit te, *aquam* remedium adferre cupies, vt familiam quaſi ardentem reſtinguas. vid. 2. 4. 197. ibis aliquo militatum — 51. *atque erit* euenturum eſt, *ſi nactus* eris, quod volueris, ſi militatum abieris — Herm. verſum incipit *atque ſi eris nactus* — *animo cati* Alciatus mauult *capti*, Piſtoris autem *cati* putat ironice dictum — 52. *genus qui congliſcat* Herm. *qui ne gliſcat*. Cam. ſuscitetur. Agrum abalienando genus incendes;

Digitized by Google

aqua, i. e. fuga trans mare militatum, reſtinguere quidem illud incendium cupies, ſed hac fuga ne ſcintillam quidem, qualemcumque inclareſcendi copiam facies reliquam; fieri facile poterit, vt, te in bello pereunte, genus tuum plane pereat — 53. *eſt inuentu* H. inuentu eſt—ſcintillam ſi non reliquero, *datur ignis*. Abit vero ſtatim hoc verborum a luſu — 55. *meam vis ſororem tibi dem* H. *vis* eiecit — 56. *in diuitiis* H. ditiis — *abuſus ſum* perdidi — 58. Ter. Adelph. 1. 1. 30. *qui mentiri aut fallere inſueuerit patrem, tanto magis audebit ceteros*. Ita eſt: qui ſuis, quae debet, non praeſtiterit, is nec officio mouebitur debito alienis. Probus videri volet, vbi e re ſua ſit, vbi non ſit, ſibi ſapiet vni. *Suis leuis non erit grauis alienis*: numquam alieni me facient magni, ſi ſororis commoda neglexiſſe reperiar — 60. 61. *Tanto melius* etc. ironice: ergo me vis adfini me conciliare leuem, eiiciendo agrum ex agro, quo vno alitur? — 63. *ne mihi hanc famam differant* ne in vocales maleuolorum incurram — 67. *conlutulet* dedecoret, et quaſi luto inquinet. Nonius. — 69. *te dictatorem cenſes fore* num putas, tuos te ciues ſummis honoribus iudicaturos eſſe dignum, quod ſorori agrum dederis? Poſt verſum 78. apud Hermannum, quae Lesbon. v. 66. 67. 68. dixerat, Lyſiteles facit ſua, cetera iisdem verbis, medio autem verſu pro *ſi ſine dote duxeris* poſitum eſt *ſi ego abs te agrum adceperim* — 79. Pro *ſemel iterumque gratulor* ſeruus comice dicit: *Euge, euge πάλιν* — 80. *vicit tua comoedia* virtute, optime tuis partibus actis victor vipis. Amph. Prol. 75. — 81. *agit ex argumento* mores tuetur ſuos — 82. *abomina* (abominare). Caue Lesbonice, ne adcidat tibi, quod hiſtrionibus, qui, ſi minus bene perſonam ſuam egerant, ſecundum actionem mulctabantur — 88. *abiturus*. Gron. *abituris* H. *abituru's* — 91. H. *ille* eiecit — 93. *ad dorſum* tamquam ſeruus armiger — 94. *iubeam ſubpingi fulmentas*. fulmenta ſubſui ſoccis, quo fiant firmiores. Lucil. fulmentas clauis aeneis ſubcudere. Bacch. 4. 3. 98. ſoccis habet auro ſubpactum ſolum — 94. *non ſiſti* retineri poteſt Lesbon. — 95. *cacula* Gloſſ. vet. δοῦλος στρατιώτου calator. *haud longius* breui tempore — 96. Herm. *ſi* herus, et *coniexit* coniecerit — *in ſaginam* magna ſi erit mercede conductus — Verſus 97 et 98. apud Hermannum non leguntur — his autem duobus verſibus deſperat ſeruus de fortitudine heri, inter ſcorta effeminati — 99. 100. conf. Amph. 1. 1. 271 ſqq. — 101. *nudius ſextus* ſexto abhinc

Digitized by Google

die. Vnde vero ſeruo talentum? quod 2. 4. 11. iocatus vult videri, hero non ſine cauſa videbatur veriſſimum.

IN ACTVS III. SCENAM III.

14. *largitari te illi* Herm. ſine *te.* — *largitari* iron. ſimilare, te ob amicitiam patris dare de tuo, quod, ad filiam dotandam, concreditum tibi a patre eius ſit. Quidam legi volunt: *ex ea largitate* — 15. *columen* in Mſſ. eſt, et Camer. dedit *columem*, non vero ſine ſuſpicione, vocem eſſe mutilatam. Poſuerunt igitur *incolumem* integram dotem, tantumdem argenti, quantum adceperis: ſed ſyllabam *in* priori adpendunt verſui. Iſidorus vero citat, apud Plautum in Trinummo *columis* idem eſſe, quod *incolumis*, et Hermannus dedit *columem* — 17. vulgo: *perlongum'ſt*. Charmidis aduentum exſpectare *huic ducenti interea abscesſerit* intelligunt: *dos*, quod indotatam tamen duceret. Alii legunt et explicant *huic ducendi* eam *interea abscesſerit* lubido. Hermannus vero verſum dedit: *perlongum'ſt ducenti* Lyſiteli reditum patris opperiri, prius quam eam ducat, *hic* Lesbonicus vero *interea abscesſerit* militatum abierit — 20. Mſſ. et edd. vett. *adeam*, Pius vero et Acidalius maluere *adeas*, *edoceas*. Quodſi vero Megar. ingenium ſpectes, conſilio quidem rogantem, adiuturi, re vero, ante iam, quam rogaretur, v. 32. negantis, veri nullo modo ſimile eſt, ipſum adire inuenem et edocere voluiſſe — 22. *indomito* qui nullis ſe coerceri patitur frenis — 23. Herm. poſuit: *minume hercle vero*, *minume* — 24. *locum* explicant nonnulli: quidquid in illo ſitum eſt; at ſolet tamen interdum cupidiori homini dici: ne ipſas precor cum cibo comedas patellas! — 29. in Mſſ. eſt *roges*. Piſtoris coniiciebat *roget* ſc. Lesbon. de theſauro certior factus. Veriſſime autem edd. vett., quas Pareus, Hermannus aliique ſequuti ſunt, habent *rogem* — 31. *gerrae* proprie: crates vimineae. Feſtus: Athenienſes, quum Syracuſas obſiderent, et crebro gerras poſcerent, inridentes Siculi *gerras* clamitabant, vnde factum eſt, vt *gerrae* pro *nugis* cum contemtu dicerentur — 33. *malim* a te conſilium — 36. *quantum* quam primum fieri *poteſt* — 37. *quid is ſcit poſtea* H. *quid iſtoc poſtea* — 39. *viſitata* viſa, conſpecta. Perſ. 1. 1. 20. — 40. veſtitum, faciem, deſcripſit. poſt *viſitata ſit* pone punctum. Nunc, poſt *falſidicum*, *confidentem* addere vult: *eſſe oportet*, aut tale quid; Callicles vero interpellat: *quid tum poſtea?* qua eius opera vte-

Digitized by Google

mur? — 46. *dicat alteram tibi* H. atque alteram dicat tibi — 49. H. *id tibi iussisse* etc. — 50. *propemodo.* Sic Pseud. 1. 3. 42. *Ps.* scin quod nos volumus? *Ba.* pol ego *propemodo* — 53. *hoc* sc. pacto — 54. *suspicionem ab adolescente amouetis* actiue positum: adolescens te non poterit suspectum habere — 57. *hoc me aetatis sycophantari* me senem fraude aliqua in negotiis uti — 71. *quin tu taces?* nodum in scirpo ne quaeras — 61. *quoque ipsam* H. quoque *etiam* ipsam — 73. *te amoues* abis ad thesaurum, *et te moues* effodis aurum, quam celerrime fieri potest. Sic *mouere se* est properare Ter. Eun. 5. 2. moue vero ocius te, nutrix. S. moueo. C. video, sed nihil promoues — 76. *continuo operito denuo* H. continuoque operi denuo — 78. *conficimus* fabulando, *quod* qua in re — 79. *me vide* nihil periculi esse, spondeo, periculum praesto — 82. *diei tempus* diem iam esse adultum — *quid illum* Lesbonicum — 84. H. *quod maxumum est* — 86. *Sycophantam* cuius fides pretio venalis sit — 88. *meditatum probe* si quid negotii sit, calleat, satis condocefactus sit — *ad adolescentem* Lesbonicum. Alii *adolescenti* — 89. *ad officium meum,* ad thesaurum effodiendum — 90. *actum reddam.* Hic terminant edd. vett. Cam. in codice aliquo reperit additum *nugace sunt nisi* pro quo Herm. *nugacissime.*

IN ACTVS IV. SCENAM I.

1. Pro *et Nerei Neptuni* Petitus coniecit: *Taenario Neptuno;* Lamb. *Neptuno* et *Nereo,* quem Herm. sequitur: malim tamen sequi eos, quibus *Nerei* datiuus videtur, *Neptuni* filio. licet plerumque Oceanum et Tethyn parentes Nerei vocent; in Theogonia tamen quam incerta omnia sint, neminem fugit. — *Salsipotenti* Neptuno, ἁλὸς κρατοῦντι, Hor. potenti maris deo — cf. Most. 2. 2. 1. Stich. 3. 1. 1. Rud. 2. 6. 1. — 2. *et grates gratiasque* H. et gratis gratas — 3. H. *mei fuit potestas* et *quid meis rebus foret* — 4. Cam. *in patriam vrbisque moenia;* Gron. *in patriam vrbem incolumem;* Herm. *in patriam atque vrbem vsque in meam* — 6. *saeuumque seuerumque* H. vtrumque *que* delet — 7. *contra* Herm. *ego contra* quod recepi — 8. pro *placido, clementi* Herm. *placidum te et clementem* et *meo vsque modo τὸ meo* eiicit — 9. H. *auribus quidem iam adceperam ante* sequentia vero *et nobiles apud homines* transfert ad finem versus 12., sed pro *et* posuit *secus* — 11. *abi* non indignantes modo iratique dicebant, addito ple-

Digitized by Google

rumque *in malam rem* seu *crucem*, sed nude etiam, qui laudabant, imitati quasi iudicem, qui, insontem repertum, liberatum abire iubet. h. l. *abi* tu Neptune, quem saeuum esse commemorant, non semper is es, sed, quo loco deceat, te non fugit, *laudo*. Sic apud Ter. in Adelph. 5. 5. 3. (vulgo 5. 1. 3.) Syrus, postquam se molliter curauerat, dicit sibi *abi*, et ibid. 4. 3. 11. Demea, persuaderi sibi passus, Ctesiphonem, Aeschinus quod fecerat, vehementer inprobare, dicit: *laudo*, Ctesipho, patrissas, *abi*, virum te iudico — 12. *mendicis modesti* (H. inserit *vt*) *sint* i. q. antea: pauperibus parcere — 13. *iterant* dicunt, narrant. Cas. 5. 2. 5. dum mea facta *itero*. Amph. 1. 1. 56. ordine *iterarunt* retulerunt — *absque foret te* tu nisi fuisses, prohibuisses 5. 2. 3. — 14. *distraxissent* Virg. disiecissent corpora ponto, naufragos mersissent — *disque tulissent* et distulissent — vocem *miserum* Herm. eiecit — 15. *omnia item* H. *item omnia* — 16. *turbines venti* Curc. 5. 2. 47. exoritur ventus turbo. H. vero *turbine venti* — 17. *fluctusque* H. delet *que*, et pro *frangere* habet *confregere*! quod vero sequuntur infinitiui *ruere*, *scindere*, retinui *frangere*, explico autem: futurum fuisset, vt frangerent etc. — 18. *ni tua pax* Herm. abiecit *tua*, quae vox mihi vix videtur abesse posse, sed acuenda potius: nisi *te* tumida aequora dicto citius placante — 19. *apage me sis* Acid. Pareus, Herm. *a me*. Post multas Neptuni laudes incongruum fere videtur hoc *apage*, nisi forsan eodem sensu dictum putes, quo v. 11. *abi, laudo!* — pro *hinc* Herm. habet *hic* — 20. Hermannus legit *dum hisce aerumnis deluctaui, et filio diuitias quaero* — 22. Vocem *simul* iungunt cum versu 21. vt sit: vtrumque nouum est, ornatus et species. Palmerius legi vult *simila* pro *similata*, senem autem, Pistoris dicit, nondum nouisse, speciem esse similatam. Hermannus v. 21. post *specieque* signo interrogandi posito, versum 22. incipit *Pol simul, — quamquam domum cupio*. Nonnulli et Herm. *domi cupio*, cupidus sum, cupio domi meae esse. vid. Donat. ad Ter. Eun.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

2. *tribus nummis* didrachmis, duodeuiginti fere grossis nostris — 3. *Seleucia* plures fuere eius nominis vrbes, v. c. in Syria, ad fluuium Orontem — 4. quas ego nec vidi, nec ingressus sum vmquam — 5. *mali* negotii, H. *male* — 6. *qui* H. *quom* — 8. interpungo: *neque, natus nec ne is*

Digitized by Google

fuerit, ſolide ſcio — 9. *fungino genere* fungos, quisque vidit, nihil fere aliud, niſi caput eſſe. reſpexit autem cauſiam ſeu petaſum hominis — 14. *eo malius de me nugas conciliauerit* conficiet mea opera nugas ſuas — 16. *Choragus* choragii i. e. adparatus et inſtrumenti ſcenici praefectus ac praebitor. Perſ. 1. 3. 79. *SA. πόθεν* ornamenta? *To.* abs chorago ſumito, conf. Capt. Prol. 61. Curc. 4. 1. 1 ſqq. — *ſuo periculo* praeſtitit damnum, ab eo choragus ornamenta repoſcet, non a me. Curc. 4. 1. 3 ad 5. — 17. *circumducere* fraudare — 18. *ipſum* verum ſycophantam. Taubmann. — 19. *haec* hominis facies H. — 20. *dormitator* Heſiodo *ἡμερόκοιτος*, fur, qui interdiu dormitat, vt noctu ad furandum vigilet; alii fures ſunt *ἡμεροκλέπται* interdiarii. Savaro: dormitatores, qui de veſpere ſuo viuant — *ſector zonarius* Ariſtophani *βαλαντιότομος*, crumeniſeca. Aſconio: ſaccularius — 27. *mihi* H. *mi* — *agitandum eſt* (H. agitandum'ſt) *vigilias* pro: agitandae ſunt vigiliae. Sic Lucret. timendum eſt poenas; Cic. quam viam ingrediendum ſit; Virg. petendum eſt pacem; more graeco *ἀκροκτέον αὐτούς* — 28. *his foribus* H. *hic*. Moſt. 2. 2. 15. ecquis iſtas aperit mi fores? — 29. *heu ſenex* H. *heus* — 30. *cenſus quum* Acid. et Herm. *cenſus ſum, quum*. Cum Boxhornio autem *quum* abieci, forſan e *ſum* ortum, et poſui: *cenſus ſum, iuratori* etc. — *Iurator* Poen. Prol. 58. tropice, alio ſenſu; h. l. apud quem peregrini nomina, patriam et negotia profiteri cogebantur, ita dictus, quod et ipſe iuramento fidem ſuam rei publicae obſtringeret, et alios ſub iuramento cenſeret. Boxhorn. — 33. *aiebat* H. *aibat*, et *has mihi qui* — 36. *hice* homines. H. e codd. *hosce*. quod genus loquendi apud Plautum frequens eſt — 38. *ſimul rogitas* H. rogitas ſimul — 41. *nomen tuum primum memora* H. *nomen memora tuum primum* — 42. *incipiſſo* ſaepe apud Plautum, pro: incipio — 43. *ſi ante lucem* H. *ante lucem ſi*, et 44. *peruenas* pro *peruéneris* — *concubium noctis* i. q. *nox concubia*, media, quo tempore homines ſomno iacent ſepulti — 43. 44. maximas nugas dicit, nec, quid in mente habuerit, extrico, niſi forte, aenigmate vſus, *furem ſe eſſe profitetur*, qui a prima luce, per diem quam longum, zonis ſecandis operam det, et nocte pergat eſſe dormitator! — 45. *opus face eſt* H. *face opuſt* et *ad tuum nomen* pro *ad nomen tuum* — 46. *miniſculum* nomen v. 94. dicit eſſe *Pax*, quod quaſi *vaſculum vinarium* ſit. In eo enim vno furis continetur ſalus,

Digitized by Google

vt *Pacem* a ſecuritatis publicae cuſtodibus, qua maxima poſſit, arte et cautione habeat — 49 ſq. *mihi* H. *mi* — 50. ſenex ſpectatoribus *manifeſtarium* in ipſa fraude deprehenſum — 53. H. *Lesbonico dare ſuo gnato* — 58. H. quidem *is* eſt — 59. ſenex ſpectatoribus: *haeret haec res.* v. Amph. 2. 2. 182. et Pſeud. 4. 2. 28. — 60. H. *hem, ridicule* — 62. H. *illi edepol*, deinde *illi* ter. Palmer. habet il.. il.. edepol.. il.. il.. ſunt comminiſcentis nomen conatus illud efferendi — 66. *temperi* tempeſtive. Vterque hoc verſu ſecum loquitur — 67. H. *commentatu's* — 68. *vide* etc. ſenex dicit ridens — H. *noris* — 69. interdum quidem fieri ſolet, vt nomina, praeſertim abſentium, elabſa memoriae aliquamdiu videantur — 70. *C. eſt principium nomini* prima eius litera — 71. *Callicias* H. *Callias* — 73. *memini mei*, e MSS. autem Gruterus, Parens, Herm. alii *mihi*. Pareus dicit *mihi παρέλκει*. Malim vero poſt *memini* comma ponere, vt ſit: nomen non curo, quando egomet memini, *mihi*.. additurum vero: epiſtolas ab eo eſſe traditas etc. ſenex interpellat. — 75. *iſtos* homines. H. *hos* — 76. *quod ad exemplum eſt?* quomodo fere nomen ſonat? nonne vnius potes huius nominis ſyllabae reminiſci? — 77. H. *an* ante *Chares* eiecit — 78. *qui* vt, vtinam *iſtum di perdant* — 79. *te potius bene* H. bene te potius — 81. *loquare* H. *loquere.* Lambino placuit: ne male loquare ei, praeſente amico. Scire autem homo non poterat, amicum eius eſſe, quocum loqueretur — 82. transpoſui cum Hermanno: *reſpondiſſet, ſi adpellaſſes nomine* — 83. pro *reliqui* H. *liqui* — *Cecropia inſula* nomen fictum — 84. *qui homo* H. *quis homo*, et 85. *nil* pro *nihil* — *nihil disconducit* conducit — 86. *miris modis* mirimodis — 89. *Arabiaſt* H. Arabia eſt — 90. Plin. H. N. 10. 16. "eſt alia *cunila*, *gallinacea* adpellata noſtris, Graecis origanum heracleoticum." Salmaſius: forte galli gallinacei ſemen eius adpetebant — 94. *eſt tibi* H. *tibi eſt* — 94. *Pax* v. ſupra v. 46. Salmaſius maluit *Tax*, a tago, tango, quod interdum ſignificat: decipere. Pſeud. 1. 1. 118. tuum *tangam* patrem; ſed v. 121. ſenex hominem vocat *Pax.* — 97. *iiſti* H. iſti. — 100. *eſcendiſti* Mil. 4. 4. 14.: ſurſum ad ſummum eſcendere — *horiola* nauicula piſcatoria, ab *horia*, quae vox Rud. 4. 2. 5. et 4. 3. 81. legitur — 101. *per amnem.* edd. vett. habent *per Anienem*, quae lectio non abiicienda fuiſſe videtur. Vt enim, vnde ad inferos aditus pateret, loca nominabantur, ſic Plautus

Digitized by Google

potuit locum nominare, vnde arduus ad ſuperos adſcenſus eſſet ingrediendus. Pro *amnem* poetae erat, proprio amnis alicuius nomine vti, perridicule autem initium adſcenſus factum eſſe nugatur e fluuio, Romanis ſuis proximo notiſſimoque, qui Anio Hor. 1. od. 7. v. 13. vocatur praeceps. Lucianus, hiſtoriae verae libro primo, nauem turbine adactam ad tria ſtudiorum millia et trans nubes fabulatur eſſe, eaque coeli in regione diu nauigaſſe, ad multas adpulſam inſulas — 102. *alii dii* H. *eum alii di* pro *aiebant* vt ſemper *aibant* — 104. *Ego hercle* H. ego *quidem* hercle — *ſi es moleſtus* paſſiue: ſi moleſtum tibi eſt — 105. *pudicum neminem eſſe oportet* eum nihil pudere, inpudenter mendacem eſſe oportet — H. *hominem* a. t. ad coel. *qui peruenerit* ſe peruenisse dicat — 108. *eum ipſum* H. delet *eum* — 110. *nae* H. *hem, nae* — 113. *Philippeum* H. *Philippum* — 115. H. mihi *id* concrederet, *ni et* — 121. *hic homo mihi* H. mi hic homo — 122. *id aurum* H. *aurum id* — 123. *Philippum* — 125. *mirum quin* vid. Ciſt. 4. 2. 67. — 126. *aurum dem* H. dem aurum — 127. *a me te* H. te a me — 129. *auro huic* H. *huic auro* cui inhias, numquam eris Charmides — 131. *nequidquam hercle es* licet Charmides ſis, fruſtra tamen aurum a me auferre ſperas — 132. H. argute *mi* obrepſiſti — 134. H. prius *non tu is eras* — 135. H. *proinde tu itidem, vt charmidatu's, rurſum te recharmida.* Durantius Plautum ad χάρμα ſeu χαρμή, laetitia, adludere putat: qui, auri mentione interpoſita delectatus, Charmidem te profitebare, hanc laetitiam adſumtumque nomen depone — 139. *age, ſi quid agis* increpantis eſt, vt confeſtim aurum reddat. vid. Stich. 5. 2. 28. — 140. H. *faſſu's — ſcriptum quidem* in epiſtola eſt, me aurum adferre, quod vero ipſum traditum mihi eſt nullum — 144. H. *epiſtolas dediſſe tu aibas.* — 146. Similia his Gulielmius Ariſtophanis e Pluto citat: τί φῄσ'; ἐκεῖνος ὄντως εἶ σύ; ΠΛ. ναί. ΧΡ. ἐκεῖνος αὐτός; ΠΛ. αὐτότατος — 147. H. *huc* aduenis — 148. *meo arbitratu* H. arbitratu meo — 147. 148. vidit Gulielm. adludi ad poenas hiſtrionum, de quibus Ciſt. Caterv. 4. *qui deliquit, vapulabit.* *Sero aduenire* hiſtrio duplici modo poterat, altero, ſi, quando prodeundum ei eſſet, non adeſſet ſtatim, qui vapularet dignus; altero vero inſons, partibus, quas ageret, in poſteriores fabulae actus a poeta reiectis. Hoc ſenſu Charmides recte ſero venerat, magna iam fabulae parte acta, paraſitus vero, quaſi priori modo

Digitized by Google

labſum, vapulare ridicule iubet. — 149. poſt *ſaluus quandoquidem aduenis* exſpectatur gratulatio, at παρὰ προσδοκίαν v. 150. ſequitur *di te perdant, etſi flocci facio* etc. mea cauſa perire poteras etiam prius. Acid. Hermannus autem dedit: di *me* perdant, ſi *te* flocci facio etc. — 153. *ad illum* Megaronidem 3. 3, 86. — 155. *quod di* Herm. *quo di.* — Reliquos decem huius ſcenae verſus Hermannus ſcenam facit actus quarti tertiam, in qua Charmides ſolus ſecum loquitur. — 156. *loquendi* mecum reputandi — 158. 159. non hoc de nihilo eſt, quod homo iſte circumſpectabat, aedesque noſcitabat meas — 160. *conconturiat* auget. Eſt vox militaris, centurias conligere, ſubplere — 162. *numquam tinniit* non ſolet tinnire *temere* niſi pulſatum motumue ab aliquo. H. *tinnit*, — 163. *mutum eſt, tacet* H. *mutum tacet* — 162. 163. ſenſus oportet eſſe aliquem, qui ſycophantam cum epiſtolis huc miſerit, quem, quid aliud, quam fallaciam in me intendere putem?

IN ACTVS IV. SCENAM III.

1. *fac* H. *face* — 4. *cottabus* Graecis luſus conuiualis. Ad Ariſtoph. Nub. interpres: κόττα βος. ἐν συμποσίῳ παίγνιον. ἦν δὲ τοιοῦτον· ἐπέθεσαν λέβητα, καὶ τὸ λεῖψανον τοῦ πόματος ἐνέβαλον, καὶ κύπον μέγαν ἀπεστέλουν ἐν τούτοις. Cic. Tuſc. qu. 1. Theramenes, quum, coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum, venenum ſitiens ebibiſſet, reliquum ſic e poculo eiecit, vt id reſonaret, quo ſono reddito, propino, inquit, hoc pulcro Critiae. A κόττα βος verbum κοτταβίζειν eiusmodi ſonum elidere. Deinde cottabus adcipitur pro ſono ipſo hoc fere modo edito, et h. l. tropice *ne cottabi bubuli crepent* ne plagarum crepitus edantur, ſi corio bubulo caedar. Vtitur vero ſeruus hoc vocabulo e thermopolio rediens, vbi cottabum fecerat ſenſu proprio — 7. *condalium* Feſto eſt anuli genus, quale ſeruos geſſiſſe Caelius auctor eſt. Plautus quum Menandri fabulam δακτύλιον latinam faceret, *condalium* eam vocauit — 7. *thermopotaſti gutturem* calida potione guttur proluiſti — *gutturem* Plautus ſaepius dicit, Aul. 2, 4, 25. gutturem inferiorem — 9. *Gurculio* H. *curculio*, vermiculus, qui triticum depopulatur, *eſt* ei *exercitor* quod ſtatim explicat *is hunc hominem curſuram docet*, hic homo repit, non currit, mouet ſe, ſed nihil promouet — 11. *memoria eſſe oblitum.* Sic habent Mſſ. Iocoſe ſuam, parum modo poti, memoriam queritur, non quod debebat, ſed contrarium

Digitized by Google

effeciſſe. Gulielm. vero et Herm. poſuere *memoriae* — *quia* H. *quoniam* — *an vero* homines frugi erant, quibuscum bibi, vt recte eſſem ſecurus? — 13. nomina ſeruorum conficta — 14. homines nequiſſimi, quorum oculi, crura, pugnis ſaepe verberibusque crepant, *ferriteri* ſaepe catenis vincti, Moſt. 2. 1. 9. ferritribaces — 16. *quorum eorum* Herm. *eorum* eiecit, et pro *ſubripuit* poſuit *ſubripuerit* — curſori *ſolum* ſoleum calceamenti — 17. *graphicus* Epid. 3. 3. 29. — 18. Mſſ. habent *apothecam*, quod Hermannus retinuit; Lamb. malebat *hypothecam*; Camerar. autem dedit *epithecam*, quo Piſtoris nihil ſenſui conuenientius eſſe iudicat: ἐπιθήκη enim eſt additio, quod adiicitur — 19. *eape verſoriam* reuertere. vid. not. ad Merc. 5. 2. 34. — 21. Herm. *vtinam* vet. mor. *vtinam* vet. parc. 22. *maiori honori hic eſſent* H. maiori eſſent hic honori — 23. *baſilica* etc. egregia dicta — 24. *morem maiorum* praeſentes homines tales eſſe cupit, quales maiores erant. Douza vero, quem Herm. ſequitur, coniicit: *more maiorum* quod eſſet: vt maiores vetera quaerebant et amabant — 25. *mores nihil faciunt*. Et Cic. pro Sextio c. 53. habet: nihil aliquem putare. Sed Herm. poſuit *nihili* — 26. *libera* liberata, ſoluta — 29. H. ſtrenuos *iam* praeterire — et nequam *id* quidem *eſt* — 31. *obnoxioſi* ſi legamus, intellige: *quis* quibus legibus *magis* mores *ſunt* eſſe debebant *obnoxioſi*; ſi vero cum Hermanno aliisque legas *obnoxioſae*, eſt: *quis* quibus moribus leges nunc *ſunt magis obnoxiae*, vtrumuis lectionem praeferas, ſenſus verborum *quam parentes liberis* idem eſt: quam nunc parentes liberis praeter aequum indulgere ſolent. Vult Staſimus, mores legibus magis debere obnoxioſos eſſe, quam liberos parentibus, in vtroque vero iam inualuiſſe contrarium. — 32. 33. locatur ſeruus: ad parietem clauis ferreis adfigi ſubplicium eſſe, non de legibus ſumendum, ſed de malis moribus — 35. pro *et metuo* cum Pareo et Hermanno poſui *ſed* metuo — 39. *nonne hoc* haec morum prauitas *publice animum aduorti* magiſtratus videre deberent, vt caſtigetur coerceaturque? — *omnibus vniuerſis* ſic ſupra 1. 2. 134. vniuerſum totum; Moſt. 1. 2. 68. totae perpetuae; Cic. N. D. 1. 15. naturam vniuerſa atque omnia continentem etc. Cum nonnullis vero Hermannus legit: *hominibus vniuerſis* — 41. Mali debitores fidem non ſeruando faciunt, vt etiam iis, qui ſeruaturi eſſent, difficilius credatur. — 44. *fit pro proprio perditum* inſumitur a debitore tamquam

Digitized by Google

ipsi proprium — 45. *inuenis* Mss. Camer. *inuenias* quod Herm. recepit — Rittershusius Plautum putat ex Aristonici, veteris comici, versibus esse mutuatum: ὅταν δανίζῃ τις πονηρῷ χρήματα, αὐτὸν δικαίως τὸν τόκον λύπας ἔχει — 50. *curare* cum datiuo positum: *rebus publicis.* Sic Truc. 1. 2. 35. alienis rebus curas; Rud. 1. 2. 92. illis curandum censeo — 51. *quam vt tergo tutelam geram* iocose: quam vt caueam, ne, si ab heri quaestione abierim, cottabi bubuli in tergo meo crepent. vid. supra 4. 2. 28. foribus tutelam gerere — 52. *audi, heus tu* H. hoc *tu* abiecit, et pro *te siare* posuit *siare te* — 53. *nimium saeuiter* aspere. Pseud. 5. 2. 3. obponuntur: saeuiter blanditerne. Poen. 1. 2. 122. iuuenis amicae roganti: quid mihi molestus? respondet *ah! tam saeuiter!* — 54. *emere meliu'st, cui imperes.* Sic Pers. 2. 4. 2. emere oportet, quem tibi obedire vis — *pol ego emi* aliquem (te) — 55. Mss. *damnum malum,* quod vero *agere damnum* minus latinum est, varie viri docti iuerunt emendatum. Gulielmius: *da magnum malum* quam lectionem et Hermannus dedit; Palmerius *dane malum,* e quo *dane* ortum videri possit *damnum;* Lipsius denique, quem Gruter. sequitur, *da damnum malum,* quam emendationem recepi. Illud enim *da* excidisse facile potest, quod vox *damnum* eadem syllaba incipit — 56. *nisi quidem es obnoxius* nisi seruo tuo, ob alia eius recte facta, multum debeas. Lamb. — 61. *sed respice ad me* H. τὸ *sed* non habet — 67. *omitto* H. cum Acid. *omitte* — 71. *quo tu te agis?* H. *agis te.* quo is? vid. Bacch. 5. 1. 20. — 75. *praesentariis argenti minis numeratis* pleonasmus: aut *praesentariis* aut *numeratis* abesse poterat. Most. 2. 1. 14. argentum praesentarium, Poen. 3. 3. 92. aurum praesentarium. Sed et Poen. 3. 5. 48. malum praesentarium. — 80. 81. H. *periclis, periclo.* — 83. *hac aetate exercitus* praeter aetatem feci, senex hoc aetatis nauigani — 84. *visne aquam* qua animi deliquio conreptus adspergare — 85. *res* familiaris mea *quum animam agebat* peribat, *tum esse obfuisse opportuit* tum quidem opem ferre filiumque conrigere debuissetis.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

6. H. vt *tu* praedicas — 7. *sed quis iste est tuus ornatus* cur seminudus squalidusque incedis? — *ego dicam* etc. Stasimo praesente senex seni haec ad aurem insusurrauit, quod ita solebant histriones similare, vt, qui celandus

Digitized by Google

aliqua de re esset, nihil audisse videretur, licet clara voce dictum, vt spectatores intelligerent — 10. *hem* H. *en* — 11. *sirenue* citato gradu *curre*, *atque vnum* continuum *curriculum face* nusquam resistas, nec vlla res retardet te currentem — 16. *i, i, ambula.* H. *i nunc, ambula* — Camerarium sequi placuit: *Sr. nihil est morae? Ch. nihil, ambula!* — 17. *illic sum, atque hic sum* quando putabis, eo me vix peruenisse, huc iam rediero. vid. not. ad Pers. 2. 2. 8. *domi sis, quum ego te esse illic censeam* — 20 ad 22. desunt quaedam in Mss., quae sensum absoluant; quaedam videntur corrupta, in quae emendanda multam viri docti impenderunt operam. Hermannus hos tres versus ita constituit 20) *sed hic vnus, vt ego suspicor, seruat fidem.* 21) *Quamquam labores multos ob rem heri mei* 22) *Et liberorum eius eum ego cepisse censeo.* Non ausus tamen sum, a lectione recedere, quam Camer. Gruter. Taubm. Gronov. retinendam putarunt — 20. *Quamquam labores multos* Lamb. redintegrare conatus est *ipse pertuli.* De laboribus certe serui, cuius herus amicis operam dabat, omnes fere Plautinae Terentianaeque loquuntur fabulae, v. c. Ter. Eun. 2. 2. 46 sq. Gnatho Parmenoni dicit: sex ego te totos hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, neque vsque ad lucem vigiles. — 21. At meis tamen laboribus nihil profui, *sed hic* Callicles *vnus, vt ego suspicor,* e dictis eius conligo, *seruat fidem* quae amico sibi commendata erant, quantum potuit, curauit — 22. *ob rem* certe amici tutandam, *laborem ego eum cepisse censeo.*

IN ACTVS V. SCENAM I.

1. *hic homo est* ego sum — pro *praecipuus* quidam *praecipuis* sc. voluptatibus. Herm. eiecto *praecip.* dedit: *hominum omnium antepotens voluptatibus gaudiisque* — 2. *ita commoda, quae* H. *commode ea, quae* — 3. *ita gaudiis gaudium subpeditat.* Herm. *ita mihi g. g. subpetit* — 4. H. ac me Stas. Lesb. seruus conuenit modo — 7. *fundus*, Festus: auctor, quo ratum habente firmum aliquid fit. Cic. pro Balbo c. 8. nisi populus huius rei fundus factus esset, i. e. hanc rem iussu et auctoritate sua firmasset — 8. *sonitu suo* crepant fores, exiturus aliquis est. vid. ad Mil. 2. 1. 76. — *moram obiiciunt* non licet statim pultare *incommode*, quae, licet exigua, at mora tamen amanti est incommoda.

Digitized by Google

IN ACTVS V. SCENAM II.

1. *in terra dum* alii *interdum* — 2. *aequiparet* cui erga amicum fides sit aeque certa, ac fuit erga me Callicli. H. aequiperet — 3. *exaedificasset* exturbasset *me* filius. Alio sensu supra 1. 2. 95. — *absque te foret* tu nisi fuisses, prohibuisses. 4. 1. 13. — 6. *proprium sumserit* haec lectio debetur Camerario. Edd. vett. habent *proprium erit*, quod sensu quidem a Cam. parum differt, a Mss. autem ductu longius abit. In Mss. Pall. enim est *prosumserit*, quod verbum nullo alio Plauti aliusue cuiusquam scriptoris romani loco legitur: qui vero defendunt, explicant *porro sumserit*, Gronov.: abalienauerit, transcripserit. Boxhorn., Salmasio probante, coniecit *prorsum perit*, et Hermannus versum dedit: nam beneficium, quod datur homini proprium, *pro proprio perit*. In eo omnes non possunt non consentire, Calliclem, quod versu 4. 5. modeste negauerat *se meruisse laudem*, id. v. 6. 7. iuisse probatum: si bona tua dono a te mihi data essent, atque a me accepta, ea quidem facta essent mea, et ius amisisses, ea repetendi; quod ea vero tuenda modo fidei mandasti meae, licet fuerit, cur partem eorum, domum nempe tuam, vtendam sumerem, tibi tamen repetendi ea omnia copia est, et a me tibi integra sunt reddenda. Eleganter Callicles curam, sibi prae ceteris ab amico demandatam, *beneficii* in loco ponit — 9. *fortem* diuitem. Bacch. 2. 2. 38. et Mil. 4. 3. 13. *fortis* est pulcer — 11. *obcupauit* Non. inuenit. Non vero inuenerat filius, sed filia, forma sua moribusque — 12. *hoc* hac de re — 16. *meo datu* quos a me sibi mentiebatur datos. sic et 18. *meo adlegatu* a me adlegatus — 21. *neu qui* aliqua ratione — 29. *salutis dignus* dignus, quem salutes. Hellenismus ἄξιος χαρᾶς, τιμῆς, ὑγιείας. Virg. Aen. 12. 649. indignus auorum etc. Herm. *dignus* salutis — 30. *tunica propior pallio est*. Prouerb. h. l. socer prius salutandus est, quam amicus alius. Graeci dicunt γόνυ κνήμης (ἔγγυον) — 31. Herm. consilia *vobis* vostra — 35. *placenda dos* placere debet. mire a verbo neutro formatur participium passiv. Sic Epid. 1. 1. 70. puppis pereunda est — 36. H. postremo *hoc*, quod vis — 39. *spondeo idem hoc* H. *hoc* eiecit — 49. *vt merita* prout merentur — 50. *foras* et 52. *subito* Herm. eiecit. — 53. *satin' salue* agis? vid. Stich. 1. 1. 10. — 57. *si quid tibi, pater, laboris* veniam pluribus petiturum interpellat *nihil euenit*, se, quae peccasset filius, obliuione promittit volun-

Digitized by Google

taria contriturum, *ne time* iram patris — 58. *bene re gesta* mercaturam feci quaestuosam — 60. *etiam et si quam aliam iubebis*, dicere forsan voluit: hanc, seu quamcumque aliam; Callicles autem iocans intellexisse vult: hanc, et, si iubebis, praeter eam adhuc aliam. — *quamquam tibi subcensui* pergere forsan voluit: tamen sic tibi prospexi. Quod vero pater, quae filius dixerat, ita, vt Callicles sumsit, intellexit, potest leuitate filii obsensus paulisper esse, vix venia inpetrata hunc in modum iocantis. quod si esset, post *subcensui* signum interrogandi ponendum esset — 61. Callicli quidem vnam vxorem suam satis iam miseriae visam esse, ex Act. 1. sc. 2. satis adparet, e versibus in primis 21. 22, — 64. *optumum'st, licet.* Hermannus τὸ *licet* recte abiecit, quod pater filium, cras ducturum, in perendinum demum ducere iubet, *Optumum'st* igitur intelligendum est; laudo, quod in te nihil est morae.

COMMENTARIVS
IN PLAVTI
TRVCVLENTVM.

IN PROLOGVM.

Versus 1 ad 3. Camerarius ita dedit, vt non in vett. solum edd. leguntur omnibus, sed a Prisciano etiam, in libris de metris comicis, atque ab Apuleio Floridorum 4. citantur. Vt Plautus Amph. Prol. 97. dicit: *haec vrbs est Thebae*, et Men. Prol. 72. *haec vrbs Epidaurus est, dum haec agitur fabula: quando alia agetur, aliud fiet oppidum;* sic, quae hoc dramate gerantur, Athenis geri, iubet cogitari — 2. *moenia* vniuersum vrbis intra moenia spatium, cuius perparuam poeta partem postulat, *quo Athenas* suas imaginarias, easque vt iocatur, *sine architectis, conferat.* Mss. quidem nonnulli habent *arcu spletis*, quod vocabulum Lipsius defendit, Pareusque recepit, licet, quid sibi velit, explicari nequeat. Petitus legi vult ἄκρους Πλωθείς. Grammatici enim dicunt Πλωθειὰ, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος, ὅθεν ὁ δημότης Πλωθεύς. Plautum igitur repraesentare velle Plotheensium regionem, et quidem ἄκρους,

Digitized by Google

extremam regionis eorum partem, vbi Phroneſium habitet. Doctius, quam verius. Alii aliter — 5. *meditor equidem* perſuaſum mihi habeo *vobis me ablaturum* a vobis me locum adcepturum, *ſine mora* facile, ſtatim — 6. publicum modo, quem mihi concedi cupio, locum oportet eſſe, *quid ſi de veſtro quidpiam orem* locum intra priuatas cuiusquam aedes, *abnuunt* repulſam eſſem laturus — 7. 8. antiquus Romanorum mos eſt, nulli de iure ſuo cedere — 10. *Athenae iſtae ſunto* ita Camerarius; in Mſſ. eſt *Athenis tracto* Athenis me fabulam meam docere putetis velim. Palmerius legit *Athenae in acta* (atticae, quod plures erant eius nominis vrbes) *ſito, ita vt hoc eſt proſcenium* qualiscumque ille locus eſt, in quo hiſtriones agent — 14. iocoſe: non poſtulat, quod iam adcepit. Talis Cleaereta Aſin. 1. ſc. 3. — 19. *cum puluiſculo* vt ne hilum quidem ei maneat reliquum; Rud. 3. 6. 7. conuerret me totum *cum puluiſculo*. Eodem ſenſu Bacch. 4. 4. 29. omne *cum ramento* — 20. *ſuperet* ſuperſit — 21. *habentiam τὴν οὐσίαν*, quidquid habet, omnes opes reliquas — *cum anima* cum vita ipſa. — Quidam legunt: *ἔξω euerrerit.*

IN ACTVS I. SCENAM I.

3. *eapſe* Alii *eumpſe* ſc. amantem — 4. *quam penes* penes quam Venerem *amantum ſumma ſummarum redit* poteſtas omnium amantum eſt. In rationibus capita in ſummas, et ſummae rediguntur in ſummam ſummarum. Lucretio 3. 817 vniuerſum eſt. Summa ſummarum: ſicut ſummarum ſumma eſt aeterna. Piſtoris legit *amantem*, et explicat: nec prius Venus edocet amantem, quam ille planiſſime omnibus modis perierit — 6. *exorabulum* modus exorandi — 8. Mſſ. habent *quot ſui perclamanda;* Cam. edidit *quotque pericla vianda;* Meurſ. *quot ſui pericla manda* (pro *meanda*, vt remant pro remeant, remaſſe pro remeaſſe reperitur); Pareus reuocat lectionem Mſſ. et iungit *quot ſunt perclamanda di voſtram fidem;* Gruterus parum a Meurſio abit *quot ſui pericla amanda;* Gronovius ſe olim conieciſſe dicit *quot ſenia perdomanda*, (taedia deuoranda) ſequutus autem eſt Gruterum: quae reliqui homines deteſtentur pericula ſua, ea amantes amare — 10. *Primum dum miros annua* ita Cam. ex altero codice ſuo edidit. Edd. vett. habent *primum dum moeret animus.* Petitus coniecit *Primum duni meros adnuit* et Graeca putat, latinis literis ſcripta *δύνει μ' ἔρως amor ſubiit* vt me

Digitized by Google

amore captum meretrix sentit, *adnuit* blanditiis cupidiorem reddit, *is primus bolus est* quo amantem inescat. *bolus* a piscatoribus. Salmasius scribendum putat *primum domi res annua, is* etc. et explicat: annuus domus reditus primum munus est, quod poscit. E lectione alterius codicis Camer. *miror annuus* Gronovius sibi duas prontetur coniecturas fuisse natas, alteram *primum dum penus annuus* Pseud. 1. 2. 45. alteram *primum dum merces annua* Asin. 1. 3. 76 sq. sed lectionem tamen dedit Camerarii. Lectioni quidem restituendae his omnibus non multum adparet esse consultum, at queri tamen iuuenis videtur, tres noctes se emisse omni suo vnius anni reditu — 14. *rete iaculum* vid. Asin. 1. 1. 87. — 15. *adducit sinum* laxitatem retis contrahit. Vox *sinum* a quopiam, Lambino fortasse, putatur addita. — 16. *sin iecit rete* quod versu iam superiori rete pessum abiisse dicitur, Gronovium sequutus pro *rete* posui *recte:* ita, vt aliquantum piscium ceperit — 21. *hamum vorat* vid. Curc. Act. 3. v. 61. — 22 ad 24. cf. Most. 1. 2. 62 sqq. *amor aduenit in cor meum* cet. *nunc simul res, fides, fama, virtus decusque deseruerunt* — *mere ἄκρατον* — 26. *ab re* perdit bona *atque animo simul* cruciatur v. 28. — 27. *sin alter alteri potior* carior *est* si aequa amicae cum amatore pars amoris est — 29. *si inebrauit* obponitur *τῷ raras noctes ducit* v. 28. et est: si crebras noctes ducit — 30. vox *disciplina* a Camerario est, edd. vett. habent *ita et in aedibus lenoniis* — 32 sqq. Hae sunt *προφάσεις* et causae, quas profert puella, quare numquam desinat poscere. Lamb. — *aurum* mundus muliebris. Ter. Eun. 4. 1. 13. aurum sibi clam mulier demit, dat mihi, vt auferam — 37. *vna* est a Camerario, qui in vno codice *clammina*, in altero *dammina* legerat. Gronov. maluit *clam mira industria* seu *clam summa industria:* qua industria haec celamus nos, eadem simul rem etc. perdimus — 40. *quos quum* quo tempore *celamus, si faximus* fecerimus *conscios* — 41. *qui* vt ii *nostrae aetati* iuuenili *tempestiuo* tempestiue *temperint* temperent — 42. *vnde* quibus a parentibus *ante parta* olim quae parta sunt, *demus* relinquamus *postpartoribus* heredibus, a quibus porro augeantur — sunt, qui *postpartores* esse putent scorta et lenones, ad quos adcederem, si versu 42. non *demus*, dare debeamus, legeretur, sed *damus*, aut si, quod Pistoris in vetere codice se dicit reperisse, *vt ne* recipiatur pro *vnde* — 43. nec *vt* nec *minus* in Mss., sed vtrumque

Digitized by Google

a Camerario eſt, ſenſu requirente: (ſi parentes faceremus conſcios) *faxim* (ego et alii iuuenes) vt *lenonum et ſcortorum, vt plus eſt* vt numerus eſt permagnus, *minus* numerus fieret minor, ſi occaſio iis praebeatur rarius, iuuenibus perdendis opes ſibi parandi — 44. *damnoſi homines* lenones et meretrices — 46. *quum caletur maxime* quo anni tempore calores ſolent eſſe maximi — 47. *argentarias* tabernas — 48. *ſcorti lenones* lenones cum ſcortis, quae obferunt. Palmerius malebat *cortis* (cortes) *lenones*, a cors ſeu chors, putans *argentarius cortes* idem eſſe, quod argent. tabernas. — 49. *ea nimia eſt ratio* maxima negotiorum pars, quae argentarii habent, pertinet ad lenones et amatores — 50. pro *Aeri plus*, quod edd. vett. habent, cum Camerario et Mſſ. quibusdam et Taubmanno poſui *triplo plus — ponderum* quibus argentarii vtuntur — 51 ad 54. ſenſus: neſcio, quam ad rem dicam referre, *quos* lenones habere in argentariis meretrices, *niſi pro tabulis* eas habeant, *vbi aera perſcribantur vſuraria*, vulgo quidem adcepta et expenſa his tabulis inſunt, leno vero, cuius expenſa non aes, ſed meretrices ſunt, *adcipiat illico* non tradat eas, niſi pretio pacto ſtatim ſibi numerato, *neque cenſeat* in tabulas quaſi cenſor referat, quantum et quo tempore ſoluendum cuique, ab eoque exigendum ſit — 58. quae hic *habet* habitat — 60. hunc verſum Gul. Canterus, recte opinor, ſpurium iudicauit, atque ex adnotatione in textum inrepſiſſe — 61. 62. quod vero egregium me habere ſimilabat, id pecuniae meae peſſimum erat, eo largius donaui — 64. *damnoſus* Epid. 2. 3. 14. qui damno adficitur: ſed Bacch. 1. 2. 9. *dii damnoſiſſimi* et ſupra v. 14. *homines damnoſi* qui damno adficiunt alios; hoc vero loco *damnoſus* eſt, qui ſe ipſum damno adficit, ſui profuſus. *Damnoſum* hoc ſenſu Dinarchus ſe ipſum eſſe fatetur, *damnoſiorem* autem vocat militem, qui plus, quam ipſe poterat, meretrici dabat — 65. *infeſtum ſibi* h. l. non, qui inimico animo in ipſam, ſed, in quam ipſa eſſet animo inimico — 69. *pergraecetur* graeco more luxurietur — 71. *opus eſt iſti* cum adcuſatiuo rei *puerum*, niſi explices: quid opus eſt, iſti puerum ſubpoſitum eſſe. vid. infra act. 5. v. 10. — 77. cum ea quoque rem habui.

IN ACTVS I. SCENAM II.

Verſus 1 ad 4. Aſtaphium exiens ianitrici dicit, a verſu autem 5 ſecum loquitur — 1. *adque ſerua* et adſerua —

Digitized by Google

2. *aduentor* qui ad nos venit, vel ipse vnus amatorum, vt e sequentibus adparet. vid. 2. 7. 55. — *grauior abeat, quam venerit* ne, qui nihil adtulerit, de nostris aliquid furto auferat; quod idem v. 3. 4. dicunt — 4. *noui* experta scio *hominum* amatorum plerorumque *mores* — 6. *vt simitu* simulac — *congerrones* saepius apud Plautum obcurrunt, v. c. Pers. 1. 3. 9. Hoc vero loco sunt *congerones;* Nonius: a congerendo dicti; Fulgentius: qui aliena ad se congregant; Gloss. χειριστάι, πρακτῆρες. cf. 2. 7. 1. — 7. *consilia sunt consulta* conuenerunt inter se, quas quisque partes susciperet — 9. *dum illi,* dum basiator amicam blanditiis tenet obcupatam, quo minus ea ceteros queat iuuenes obseruare; *ceteri sunt cleptae* furantur — sed, post *dum illi agunt,* verba *quod agunt* a MSS. absunt — 10. *obludunt* adludiant. Stich. 2. 2. 58. *custodem* seruam *oblectent* atque ita ab obseruando auertant — 12. *fartores,* qui de iis, quae delata ad eos sunt, vt farcimina conficiant, non nihil detrahunt, eoque vescuntur. Lamb. — *pars spectatorum* qui ipsi estis hoc modo furati — 14. *ibus* iis — cf. Ter. Eun. 2. 3. 90 sqq. an est flagitium, si meretrices itidem fallam, vt ab illis fallimur? — 17. *me illis quidem haec verberat verbis* pertinent ad me quoque, quae ea dicit — *adcongessi* Ter. Eun. 2. 3. 18. ad te patris penum omnem congerebam — 18. *hera* moranti intus forte clamauerat: fac memineris, quae iussi; cui illa: *commemini* etc. — *eum ipsum* 2. 1. 35. agrestem adolescentem, Strabacem — 20. *dato* bona, *si* ea nobis *esse vis* — 22. 23. τῷ *pessima* iocose *optime,* et τῷ *mane* obponit *i* — 24. *fer* porrige *manum contra* mihi meam praebenti, iunctis manibus eamus, et *pariter gradere* non celerius, quam ego — 26. *coena detur* iocose coenam promittit aduenticiam — 31. *eum ipsum* dixerat 18., haud vero putabat, Dinarchum auscultasse — 34. *quianam?* quam ob rem? — 35. *tuo vestimento et cibo* tua inpensa, tua negligens negotia, sine vlla fructus inde capiendi spe — *alienis rebus curas* vid. Trin. 4. 3. 50. Rud. 1. 2. 92. idem puella adolescenti dicit, quod apud Ter. Heaut. 1. 1. 24 sq. Chremeti Menedemus: tantumne est ab re tua otii tibi, aliena vt cures, eaque nihil quae ad te adtinent? — 36. *expedibo* expediam — 37 sqq. Si proprie intelligas, iuuenis se eo sensu otiosum dicit, quod, re sua apud Phronesium perdita, non subpetat, vnde quaestuosum possit negotium aliquod suscipere. Sed in his et sequentibus nonnullis

Digitized by Google

verſibus omnia adparet eſſe allegorica. Dicere videtur: Spoliatus a vobis odio nunc vobis ſum, qui, ſi quod darem ſupereſſet, ingrato a vobis otio non obruerer. 40. 41. ludit puella in voce *otioſus*. Otium nimirum, quo non ſit, quod metuas, id quidem optabile eſt, re vero, quam cures, perdita, otium quidem naſcitur, at id miſerrimum. hoc ſenſu iuuenis ſe otioſum eſſe queritur; illo ſenſu puella vult vocem adcepiſſe — 40. pro *poſſe ſe* Acidalius malebat *poſſe te*. — Adludit in ſequentibus ad vectigalia, quae apud Romanos fuiſſe notum eſt, ex arationibus *decimas*, e portubus *portorium*, a paſcuis *ſcripturam*: quae qui redemerant *publicani*, eorumque operae *portitores* erant. — 41. Contra nunc Dinarchus ludit in voce *publicus*, qua puella fuerat vſa, *haud ego habui publicum* negotium, quod mihi ſpoliato a vobis quererer ablatum, *peruorſe interpretaris* haec, non fuit mens mea, ſed *illa* Phroneſium *habuit publicum*, iuuenum publica cura eſt, corpusque ſuum publicat (Bacch. 4. 8. 22.) — 42. Phroneſium habere publicum probat allegorice: Nam, etſi mihi locum paſcuum locauit adcepta pecunia, tamen, contra pacta conuenta, peregrinum pecus in id, quod mihi adſcriptum erat, recepit; hoc eſt: aduerſus legem, ob pecuniam, quam dedi, a me dictam, alium amatorem admiſit. Vide infra 4. 2. 47. quae aduerſum legem adcepiſti a plurimis pecuniam — 43. *rei* (rem) *male gerentes* quorum negotia minus proſpere ſubcedunt. vid. 2. 1. 13. — 45. *male vortit res pecuaria apud vos* video, Phroneſium me non habere eximium, nec ſe mihi dare vni — 46. *volo habere aratiunculam hic apud vos* in aliqua certe parte haerere apud Phroneſium cupio, *pro copia* mea nunc exigua, vnde minus, quam olim, donare poſſum — 47. Varro: ager aruus eſt conſitus, paſcuus, florens. Sed Aſtaphium maxime ſpectat id, quod dixerat *pro copia*, et reſpondere videtur: niſi, vt antea, dare potes, Phroneſium ſcito paucis non eſſe contentam — 47. 48. *ſi arationes habituris* quam minimo pretio voluptatem tuam explere cupis — 49. apud nos da locum melioribus, abi ad pueros, viliori pretio venales — 50. *vtrosque* quod pueros aeque ac meretrices ſe amaſſe fatetur, Aſtaphium dicit: *iſtoc pol tu otioſus* mirum igitur non eſt, rem tuam familiarem peſſum iuiſſe, 51. *quum et illic et hic peruerſus eſſes* apud vtriusque ſexus ſcorta libidinoſus ſimul ac prodigus — 52. *procaciores*. Feſtus: procari, poſcere eſt, vnde et proci, et procaces

Digitized by Google

meretrices, et verbum procas i. e. poscis — 53. *illic perit* quod adceperunt; temere profundunt — 59. *sapiens* qui tibi videris — *nos*, quas nequam esse arguis — Versui 61. Dilsaldaeus subiiciendum putat versum eum, quem Priscianus e Truculento citat: *bona perdidi, mala reperi, factus sum extimus a vobis* — 62. 63. conf. Pseud. 1. 3. 75 sqq. *atque ego te viuum saluumque vellem. Ps. eho, an iam mortuus est? BA. mihi quidem* etc. Vult enim leno, amatorem data perpetuare, aut amare desinere ibid. v. 72. 73. — 64. amator *summus* in largiendo — 70. *longe aliter est* longe aliam rationem sequimur in amico, quam in amatore aestimando. Acid. malebat *longe alter est* quod esset: longe alius est amici, quam amatoris, animus — 72 ad 75. ita idoneus puellae adolescens videtur, quem aperte fallat! et sentit adolescens v. 84. *euge funde et aedes* quam repente me ex otioso iterum facietis negotiosum; at, qui indignari debebat, gaudet! — 80. *istaec* quae supra dixisti, antequam mihi aedes et fundum nondum obcidisse dicerem, haec mea te non docuit *benignitas* indigna erant muliere, cui benignum ego semper liberalemque me praebueram — 81. *parcipromi* qui cum Genio dicuntur belligerare, amare volunt, at nec argentum a se dimittere. Pseud. 5. 1. 22. — 85. *per tempus subueniistis mihi* vestro beneficio in gratiam cum Phronesio redibo — 88 ad 90. dicere Dinarchus poterat, quod apud Ter. Eun. 1. 1. 28. Phaedria: et taedet, et amore ardeo, et prudens, sciens, viuus vidensque pereo! — 90. *mutuamur ira* lectio videtur corrupta. Palmerius coniecit *mutitamus ira*, et *mutitare ira* explicat: irae atque amoris vices variare. Salmasius legi vult *mutamur mira*, miris modis, vt in aestu mare — 91. pro *amare* cum Lambino legendum esse *amari*, manifestum est — 94. *paene tibi fuit* Phronesium, parum absuit, quin moreretur. Pseud. 1. 3. 18. mortuus est, *qui fuit*, qui *est*, viuus est. Capt. 3. 3. 1. me *fuisse*, quam esse, malim — 95. *lauabat* quum ab ea discedebam. v. Act. 2. Sc. 3. v. 1 sqq.

IN ACTVS II. SCENAM I.
Potius ACTVS I. SCENAM III.

Scena superiore finiente in proscenio manet Astaphium, quae, vt primum Dinarchus in aedes Phronesii introiit, haec statim sola loquitur: quare scena mihi videtur actus primi tertia, vt sequens actus primi quarta, quae vero scena actus secundi tertia dicitur, eius est prima.

Digitized by Google

1. Pro *hercle* Palmer. reſtituendum putat *he ecere*; aut tale quid: nam Varro et Gellius negant, vsquam apud idoneum ſcriptorem, aut feminam *me hercule*, aut virum *me caſtor* dicere. Anſelmus Epiphillid. *τὸ hercle* excuſat quidem: Gellium Romanas tantum intellexiſſe mulieres, non graecas, nec inpudicis eamdem, quam ceteris fuiſſe legem, Gelliumque in Noctibus ſuis dormitaſſe. Addi poſſet, ap. Phaedr. 3. 17. 8. Minervam *me hercules*, et Apulei. Met. 5. ante medium ſororem dicere *hercules:* at verum tamen eſt, apud Plautum quidem nullo alio loco mulierem per Herculem deierare — *introiuit* Pall. alter *introauit* quod eſſet *intro abiit* — 3. *dixit neniam de bonis* abſtulit ei opes ſuas. *Nenia* Scaligero videtur vox Phrygia, latine *leſſus*, qui mos per comites Aeneae in Italiam manauerit; *neniam dicere* idem eſſe, quod: ſupremum vale dicere. Gloſſar. *neniae ὑμνοὶ ἐπὶ τῶν νεκρῶν.* ibid. *neniae ἐπιτάφιος ᾠδή.* Pſeud. 5. 1. 32. *nenia* eſt finis. Bacch. 4. 8. 48. eſt *nenia ſoricina* Hor. od. 2. 20. 21. abſint inani funere neniae etc. — 8. *id habet, quod nos habuimus* egeſtatem — 11. *verterunt ſeſe memoriae* verſa eſt fortunae rota, nos diuites ſumus, ille pauper — 13. *piaculum eſt* facinus eſſet, piaculo luendum, ſi miſereremur *rei* (rem, vt 1. 2. 40.) *male gerentum* eorum, qui ſe nobis tradunt ſpoliandos — 14. *bonis dentibus eſſe*, quibus amatorem comedat, perdat. Ter. Hec. 1. 1. 7 ſq. ne cuiusquam te miſereat, quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquem nacta ſis — 18. 19. *numquam* debet meretrix audire amatorem, cauſas adferentem, quare, ſi donare deſierit, non debeat eum eiicere, et domum remittere, vt militem infrequentem. *Cauſam noſcere* dicebantur magiſtratus, quum audiebant eos, qui putabant, ſe habere inmunitatem et vacationem militiae. *Miles infrequens*, qui non aderat, vbi et quando adeſſe debebat, variisque igitur adficiebatur poenis: meretrix amatorem, infrequentem in largiendo, nullis precibus mollita, poena adficiat, qua poteſt grauiſſima, eumque a ſe abire iubeat — 21. pro *niſi quod* cum Acidalio ponendum putaui *niſi quoi:* niſi cui lubeat, denuo dare, modo quum dederit — 23. *alium quaeſtum coepiat* ſic iocans dicit: a vobis faceſſat, nobis moleſtus ne ſit — 25. *qui relictis rebus rem perdit ſuam* cui nihil prius eſt, quam nobis largiendo rem perdere ſuam — 30. 31. voculae, diuerſo charactere expreſſae, additae a Lambino ſunt. — 40. *adgredias* adgrediaris. Paucis tamen locis *adgredior* etiam paſſiue poſitum legitur, v. c. vt a te fictis adgrederer dolis ap. in Cic.

Digitized by Google

fragm. ap. Priſcianum; facillimis quibusque bellis adgreſſis ap. Iuſtin. 7. 6.

IN ACTVS II. SCENAM II.
Verius ACTVS I. SCENAM IV.

1. *proterue* deriuandum putant a *proterendo* hoc loco: tam vaſto impete. Amph. 4. 4. 1. — *arietare* vox militaris, ariete muros quatere, h. l. fores vehementius pulſare, quod Stich 2. 2. 1. dicitur: fores frangere — 4. 5. ſalutem, qua ab Aſtaphio impertitur, quam maximo poteſt cum contemtu adſpernatur — *non ſaluco* Parrhaſius notauit, comicum, minus latine e perſona ruſtici eſſe dictum — 7. 8. ruſticus, quaſi puella dixiſſet *comprime me*, de ſtupro ſe adpellatum iugatur. *ſpero meam* me olim vxorem amicamue compreſſurum eſſe — pro *tu quae ſolita es*, *comprimas* Lipſius coniicit, ſeu, vt ſibi videtur, reſtituit: *te, qui ſolitu'ſi, comprimat.* Meurſius vero *tu, quem ſolitas, comprimas.* Gellius quidem habet: *ſolitare* antique dici pro *ſolere*; *comprimere* vero Gruterus defendit de mulieribus etiam dici, ſicuti Perſ. 2. 2. 45. mulier dicitur *ſubagitatrix* — 8. pro *inprudens* Palmer. vult *inpudens*; ſed *inprudentem* poteſt eam ideo vocaſſe, quod hominem *ruſticum* putaſſet aeque facile capi poſſe, ac ſcurram vrbanum — 9. *iram dixi* iram verbo *comprimas* additura fui — verſus 7. 8. Matth. Klock ita legit: *Str.* Spero meam quidem hercle; te, qui ſolitu'ſt, comprimat. *Ast.* Inpudens deridiculum! hinc tu, ruſticus vates, ſtuprum? iram dixi! — Ex ea lectione, ſi nihil aliud, adpareret certe, qui ſertus v. 10. dicere poſſit: pergin' male loqui mihi? — 9. *vt eſſe coepiſti, ſi dem, ſi eſt vna altera* hanc lectionem corruptam eſſe, nemo non videt, et varie quidem interpretes emendare locum conati ſunt, at in eo tamen conſentiunt, ſenſum eſſe: *tu es mulier peſſima!* Poſt *vt eſſe coepiſti* edd. vett. nonnullae: *fidem ſi eſt vna altera*; Grut. *fidem dem ſi*; Lamb. *cedam, ſi eſt vna altera* i. e. cedam tibi, ſi alia adhuc femina eſt aeque ac tu odioſa; Palmer. *vt eſſe coepiſti, ſic es tu ἄλς mera* i. e. mulier viliſſima; (vid. Poen. 5. 5. 34. *halagoras*) Salmaſ. *quid dem, ſi vna eſt altera* quiduis dare paratus ſum, ſi eſt vna altera tibi ſimilis; Pareus *vt eſſe coepiſti, ſic eſt nulla altera*; Gronov. *vt es, pignus dem, ſi eſt vna altera.* Hanc coniecturam recepi, non, quod vnam putem omnium eſſe verilliman, ſed quod, donec certior ab alio quo lectio reperiatur, legi tamen aliquid volebam, quod intelligi poſſet, et in quo ſenſus certe

Digitized by Google

esset verus — 14. *pudendumne* est, rusticum esse? — *tu vero clurinum pecus.* Glossa Papiae: clura vel clurinum simia dicitur. In alio Gloss. clura *πίθηκος.* 2. 5. 24. ancillae cuidam nomen est Pithecium. — Seruus autem Astaphio seu deformitatem exprobraturus est, (Mil. 4. 1. 42. pithecium haec est prae illa) seu malitiam, vt Lycophron Thersiten vocat *πιθηκόμορφον*, quia ingenio esset maligno et versipelli — 15. *sistento* verbum putatur antiquum pro *ostento.* Acid. legi vult *te ostentatum — ossa* rustice dicit pro corpus tuum, quod vestibus, fuco, exornasti — 16. *insuaso.* Festus: "*Suasum* color adpellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus: quia tibi *suaso* etc. Quidam autem legunt *insuaso*, nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, *suasum* vocari, quia persuadetur in alium ex albo (alio) transire." Glossar. "*insuasum εἶδος δοκαρίου κεκαπνισμένου*, et vult Festus esse colorem similem illi, qui est in trabibus, quas diutinus fumus infecit" — 17. *ar me* ad me. prisci dixerunt *ar* pro *ad* — *nunc places* quod me iubes ad te venire — 18. *quam me illi velim* placere! ridens dicit — *mentiris* adeo me tibi videri dignam, quam ludibrio habeas — 19. si lectio certa est, rogat Stratilax: *dic, qui* vnde tu, quae *mancipium* es, *adcipias gesta tecum* ornatum, quem geris, *penos annuos*, qui ornatus sumtum aequat, qui mancipio per totum annum alendo subsiciat. Alii aliter — 20. *dignis dant* Lamb. *dantur* ornamenta, qualia ego gero. Se quidem laudat *dignam*, quae ornetur, iudicari, a quo vero digna iudicetur, cuiusue liberalitati, aut quibus meritis haec dona debeat, id quidem tacet. — De *Lavinia* Aeneae cogitandum non est. In voce Laviniae quidam putant inesse adlusionem ad eam verbi *elauo* significationem, qua est decoquere, Asin. 1. 2. 9. bonis elaui, Trin. 2. 4. 5. argentum tuum elotum est in balneis: praedam igitur intelligendam esse, quam de decoctoribus mulier ceperit. Simeo Bosius ad Att. 15. ep. 9. quod *Lanuvium* non modo vrbem significet, sed eam quoque corporis partem, in qua pudenda sita sint, *κοχώνην*, legendum putat: *Lanuviine hic sunt, quas* etc. Alii legunt *Lamiae*, quae adolescentes fascinat. Siue horum aliquem verum vidisse, siue omnes erasse putes, hoc tamen Stratilacem dixisse adparet: quaestu eam meretricio ornatum suum parasse. Ad eos adcedo, qui *τὸ hic δεικτικῶς* positum censent: *hic* digito monstrans, qua mulier erat, hic sunt ea arma, quibus victorias tuas praedasque reportas — 21. quare, quum manum mulier digi-

Digitized by Google

tumque monstrantem mox et adtrectaturum se putaret, clamat: *ne adtigas me!* ille vero contemtim: *tangam* ego te? et iurat rusticus satis comice *per sarculum* — 21 ad 24. *malim hamaxari* Pistoris explicat: plaustro iungere. qui potest autem seruus rusticus malle bubulcus esse, qui erat, et currum iungere, quem quotidie iungebat? Passiue videtur *hamaxari* sumendum esse: malim ipse, vt bos patalis plaustro iungi (quam tecum). Festus: *patalem bouem* Plautus adpellat, cuius cornua diuersa sunt, ac late patent. Philargyrus, ad Virgilii Georgica, distinguit boues *camuros*, qui cornua habent introrsus conuersa, *patulas*, (patales) qui cornua habent diuersa; *laeuos*, quorum cornua terram spectant; *licinos*, qui sursum versum reflexa cornua habent — 23. *noctem perpetem* perpetuam. Amph. 1. 1. 124. ibid. 2. 2. 100. Reperitur apud alios et *diem perpetem*, *annum perpetem* etc. — 24. *coenatas* cum coena — 25. *vt nacta es* erras, si te putas nactum esse eum, quem rusticum esse pudeat — 33. *expellam* Scaliger mauult *exuellam* — 35. *purpurissatas* vid. Most. 1. 3. 104. — 38. *vlli* pro vllius. Ita infucata es, vt corpus tuum nullum queat verum colorem capere, nec sua sponte erubescere, nec pallere — 40. Mss. *quid est, quod vobis pessimae haec.* Acid. quod deest, explenit *quod vobis pessimae sumus. Str. hac abi!* — 43. post *praemium* seruus additurus nonnulla fuisse videtur, nisi puella interpellasset — 52. *duarum rerum* quas Alciatus dicit esse: *est* et *non;* Turnebus: *diuini* et *humani.* cf. Amph. 2. 2. 40. — 55. meretriculis *muniendis* munerandis, muneribus ditandis — 57. *sexungula* rapacissima. Sic Aul. 3. 6. 18. fures vocantur *homines cum senis manibus — male viuitis* Palm. *malo vites!* vt Curc. 2. 3. 19. est *vitent infortunio* — 59. *neque istuc in se gestit, ergo coget exanimam mali.* Ita vno consensu Mss. et omnes edd. vett. legunt. Varie autem viri docti sanare versum et emendare sunt conati. Omnes consentiunt, pro *exanimam mali* legendum esse *examen mali*, et plerisque pro *ergo* placet *tergo*, quod additum *t* nonnulli de praecedente *gestit* demunt. Sensus mihi esse videtur: narrabo seni, ne, si facta filii ab alio quo resciuerit, grauissimis ego taciturnitatis meae poenis obprimar. Legunt autem Gronov.: *Namque istuc si cesset*, si senem certiorem facere cessauerim, *tergo coget examen mali;* Boxhorn.: *Namque istuc ni subgessi, tergo* etc.; Scaliger: *ne qua is istuc in segestro cogat* etc. (Forsan Scaliger *in segestro* intellexit *me quiescente.* Festus: *σῆρες* graeci

Digitized by Google

adpellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria) Lipſius *iſtuc ipſe geſſit, ergo coget examen mali;* Palmer. *neque is iſtuc in ſequeſtri tergo coget* etc. Acidalius proxime accedit ad libros antiquos *neque iſte huic in ſe geſti tergo coget examen mali* i. e. neque coget (neque exſpectabo, donec cogat) huic tergo meo examen mali in ſe geſti — 60. *ſinapi victitare* in prouerbio dicuntur tetrici. Pſeud. 3, 2. 28 ſq. Teritur ſinapis ſcelerata cum illis, qui terunt, prius quam triuerunt, oculi vt exſtillent, facit — 63. *ornamentis*, Meurſius mauult *oramentis*, quae eſſent eadem ac 1, 1, 6, exorabula.

IN ACTVS II. SCENAM III. mihi I.

2. *lauere*. Varro hic legiſſe videtur *lauare*, quod Plautum leniter reprehendit, quod dixerit *lauare*, quum dicere debuiſſet *lauari* — 5. *quis* potes — 13. vltima vox *mora* non eſt in Mſſ. Pall. Senſus; quae mora mea, a te reuocatae, tantum morae tibi, Phroneſium videre cupienti, peperit, quantum eſt mille paſſuum, quo quis mille potuiſſet paſſus vadere. Acidalius malebat; quae tibi mille paſſuum peperit, more (ſtulte), moram — 14. *ante aedes* Strabacis cum Stratilace erat loquuta, putat autem ante Phroneſii aedes tam diu eſſe moratam. — 15. *quem praeſtolata eſt*, Sic Ter. Eun. 5. 5. 5. et 7. *quem praeſtolare* — 16, 17. vultures, odore duce, vel triduum volant ad eum locum, vbi cadauera, famem eorum expletura, iacent. Plin. H. N. 10. 6. — *illi* illic — 22. *poſt factum plector* formula poenam facto aliquo meritam adnoſcentis — *ante partum* patrimonium — 27. locus παρὰ προσδοκίαν. Exſpectatur: ne iterum poſt factum plectar, ſed *cis paucos dies* breui tempore *nulla fiet!* — 30. quae fores, quidquid adlatum eſt, obſorbent.

IN ACTVS II. SCENAM IV. mihi II.

Phroneſium, de fundo et aedibus Dinarchi nondum obciſis (1. 2. 72 ad 75.) per Aſtaphium certior facta, blanda iterum eſt — 1. *ianua mordax* adludi putant ad inſcriptionem oſtiorum *caue canem!* — 4. *inficetus Lemno aduenienſ* Lemnii id temporis male audiebant ruſticitatis et inſicetiarum vitio, vid. Ciſt. 2. 1. 16. — 12. *ſoleas* ad menſam adcubituri, ne lectum conſpurcarent, iubebant demi, quas poſtea ſurrecturi repoſcebant. Dinarchus, audito, Phroneſium non fore ſecum, quaſi iam adcubaret, ſoleas propere poſcit, vt ſurrecturus, menſamque, quaſi iam ſtratam, auferri iubet, coenam, cui Phroneſium non

Digitized by Google

interfit, vehementer ſpernens — 14. *animo male eſt λειποψυχῶ*. Donat.: animo male fieri dicitur, quum ictu alicuius moeroris perculſus animus non ſuſtinet corpus, ſequiturque ruina membrorum. Amph. 5. 1. 6. Rud. 2. 6. 26. Ter. Heaut. 2. 3. 23. ah! retine me, obſecro! — 15. vt puella iuuenem ſpe aliqua eſt ſolata, ille: *adſperſiſti aquam* reddidiſti animum. Epid. 4. 1. 27 ſq. Bacch. 2. 3. 13. Mil. 4. 8. 22. — 16. *deme ſoleas* manebo, adcumbam — 18. *bene ambulauiſti?* num recta peregre valetudine, et in negotiis proſperitate vſus es? — 21. *hoc* Phroneſium amplexus, quod eſt, Iove ipſo mihi videor beatior — 22. *iſtoc* in diſſuauiando — 25. *reparcis* parcis — 30. *ſorderemus vnus alteri* ego, cuius opes videbantur tibi, prorſus obciſae, tibi eram odio, tu, mutata et aſpera, magnae mihi eras diuidiae — 33. *proueniſti* vid. 2. 6. 35. — 39. *anno* ſuperiori. Amph. Prol. 91. obponitur *horno*. Lucil. vtrum *anno an horno* abſtuleris à viro? — 41. *redimiculum* quo innexi inplexique tenebantur crines mulierum, h. l. vinculum, quo adligatus teneretur miles. Turnebus. — 47. *mater* cuius et 2. 5. 18. mentio fit, et 4. 3. 34. vocatur pueri auia — 49. *praemandare* Gulielmius voluerat *pervenari* et Acid. *percontari*, vterque vero explicare potius, quam exturbare verbum voluit — 51. *tonſtrix* quae crines et vngues refecabat — 52. *erga aedes habet* e regione aedium mearum habitat — 55. *o merces malae* vid. Caſ. 3. 6. 22. — 61. hic verſus ſpeciatim ad puerperium referendus, ſequens v. 62. generatim profertur de omni genere et modo quaeſtus faciendi. Acidalius. — 62. idem dicit infra act. 5. v. 20. cf. Aſin. 1. 3. 51. — 68. *adcubuo* aduerbium comice fictum. Quod puella dixerat, ſe *adſiduo* cum Dinarcho fore, reſpondet hic, malle ſe *adcubuo*, cum puella *cubare*, quam prope eam *ſedere* — 70. *quinto die* apud Graecos infans luſtrabatur, ſeu curſim circa focum geſtabatur, apud Romanos vero puella octauo, et nono puer, qui dies dicebatur luſtricus. Scaliger. — 75. *boni conſulas* ne adſpernere, contenta ſis — 81. *fidentis* mihi fidem habentis — 85. *medullitus* intima conſilia ſua mecum communicans. Moſt. 1. 3. 86. eſt medullitus amare — 86. *ſe viua* alii: *dum viuat* — 88. *deſit amor* meus — 89. *ex hoc loco* alii *e loco*, *αὐτόθεν*, confeſtim.

IN ACTVS II. SCENAM V. mihi III.

2. *commentum* paſſiue *male:* non parum mihi cruciandae confictus hic dolus a me eſt — 3. 4. *minus malae*

Digitized by Google

perhibemur dicimur voluptatis modo inlecebris delinire, at ne curam quidem doloremque aliquem fugimus, magno alicui lucro inhiantes — 4. *dictito* antea quae nesciebam *modo* nunc demum *prima* primum *docta* experta *domi* meae — 6. *dolus ne obcidat* ne sine fructu adgressa eum sim — 7. *studeo vitae* pueri seruandae — 7 et 9. *adgredirī* adgredi — 9. *subposiui* subposui — *alienos* alieni partus *dolores ἀλλοτρίας ὠδῖνας* — 9. 10. *nullam rem* etc. Capt. 2. 1. 26. doli non sunt doli, nisi astu colas — 15. *nimis quam paucae* pauciſſimae. Sic Most. 2. 2. 79. *nimis quam* vehementer *formido* — 22. *eumque gero ornatum.* Camerarii *τὸ gero* est, quum edd. vett. haberent *cumque ornatu.* Gruterus posuit *eumque ornata ornatum* — 23. *stactam* vid. Most. 1. 3. 151. — *venerem* venerer. Sic Bacch. 2. 1. 4. veneroque te. Iuno Lucina parientium dea. Lucinam *meam* mulier, partum modo similans, Venerem forte putat — 26. *soleas mihi duce* deme.

IN ACTVS II. SCENAM VI. mihi IV.

2. *duelli* belli, aduerbialiter: in bello. Sic Capt. Prol. 68. belli duellatores optimi — 4. *Homeronidae poetillae* versificatoris alicuius, Homerum ausi inuita Minerua imitari. *mille* militum *memorari potest* mille milites memorari possunt — 5. *ὁμηριδεῖν* Hesychio est *ψεύδεσθαι* — 6. *non laudandus est* miles, qui persuadet audientibus, maiores esse res a se gestas, quam, qui viderunt, eas esse sciunt — 7. *non placet* miles, quem laudent homines ex iis, quae praedicet, minus vero laudent, qui rebus gerendis interfuerunt — 8. Hor. A. P. v. 180 sqq. segnius inritant animos demissa per aurem, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus, et quae ipse sibi tradit spectator — 10. *scurrae* homines vrbani, *manipulares*, commilitones glorioſi, rerum ab eo gestarum *αὐτόπται* — 11. *quorum lingua* etc. Douza *δημαγώγους*, blandos populi rectores seu concionatores, putat tangi — *praestringit* vid. Mil. 1. v. 4. — 12. *arguti* quorum facundia res suas gestas in maius callet extollere, et *cati* callidi — 13. *virtus* praeclara merita *facunditatem sibi facile argutam inuenit* ipsa est sui laudatrix, nec verba deerunt oratori — 14. Festus: *praeficae* dicuntur mulieres, ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius: haec quidem mehercle, opinor, praefica est, quae sic mortuum conlaudat — 20. hunc versum e vestigiis monstrosae scripturae Vatic. hoc loco

Digitized by Google

inſeruit Lipſius. Alii aliter — *an me maleficio vincere eſt?* putasne me in maleficio egere magiſtra? — 27. *electat* eligit — *legionem* exercitum aliquem hoſtilem, quem victum ſpoliet — 28. *here* heri, i. e. nuperrime, *nudius quintus* die abhinc quinto — 32. *abſiſtere* abire; Acid. atque *a me* abſtitit — 34. *Neriene* Martis vxor, Gellius 13. 22. vult *Nerio* ſeu *Neria* — 35. *quum tu recte proueniſti*, 2. 4. 33. erat: *quum bene proueniſti ſalua* h. l. quum ſine malo peperiſti. *bene prouenire* autem omnino eſt εὐτυχεῖν, contrarium autem δυστυχεῖν *nequiter prouenire* Rud. 3. 5. 57. Men. 5. 5. 61. *futile prouenire* Stich. 2. 2. 73. — 37. *interfeciſti* prorſus priuaſti *vita, lumine.* Sic Merc. 5. 1. 4. vſus, fructus, victus, cultus mihi interfectus eſt — 40. *haud ab re tua* non cum damno, non ſine magno fructu tuo — 43. *exſtinxit* exſtinxerit — 50. *hoc* huc — 52. *poenitet ne te, quod ancillae ſunt iam?* num tibi nondum ſatis magnus ancillarum grex alendus mihi videtur eſſe? — 53. *comedint* comedant — 55. *ex parua Graecia* quae Italiae pars inferior a Romanis vocabatur *Graecia magna*, a Graecis ipſis dicta putatur *Graecia parua.* Vt vero milites glorioſi apud Plautum nationes regionesque nominare ſolent, quae nusquam terrarum ſunt, ſic forte et Stratophanes, coniiciens, quod Graecia eſſet magna, oportere etiam eſſe Graeciam paruam, hoc nomen confinxit. Edd. vett. habent *ex pari gratia* — 57. *auro contra* vid. Epid. 3. 3. 30. — 58. *Sara* ſeu *Sarra*, Tſor, vetus nomen vrbis Tyri, vnde Virg. Georg. 2, 506. *Sarranum oſtrum*, purpura Tyria — 59. *induuiae* vid. Men. 1. 3. 9. — 61. *ecquid amas me?* Sic Ter. Eun. 3. 2. 3. Thraſo, aeque inſulſus, Thaidi: ecquid uos amas de fidicina iſtac?

IN ACTVS II. SCENAM VII. potius V.

1. *ite ſimul* conſerui mei mecum, *muli aeris damnigeruli* quod eſſet: qui, tamquam muli, onuſti eſtis aere, quod his meretriciis in aedibus perditur. Non dicam vero, ad portandas minas quinque pluribus ſeruis non fuiſſe opus, ſed v. 26. Geta argentum ferebat ipſe, conſerui autem ea, quae herus vna mina iuſſerat opſonari. Vnus igitur Geta erat *mulus aeris*, at ceteri tamen vna cum eo *damnigeruli.* Recipiendam itaque putaui lectionem Scioppii *ite hac, heri damnigeruli*, qui mecum geritis, quae herus damna facit. Acidalius ſuſpicabatur, vna voce dici *muneridamnigeruli.* Taubmanniana prior habet *mulieri damnigeruli* — *foras gerones* qui ex aedibus heri

Digitized by Google

bona eius geritis — 2. *hamaxagogae* qui quasi vehiculis bona exportatis — 6. *publicos* homines, explicant: aediles plebis — 8. *neque mea quidem opera* etc. quod nisi ego facerem, nihilominus propere periret — 10. *deminui* furto subduxi — 11. *partem herculaneam* decimam, Herculi de praeda debitam. Nummus apud Plautum est didrachma, quinque igitur nummi sunt decem drachmae, minae pars decima. — 14. *hoc* argentum, opsonium, quod ferimus — *in mare* vid. 16. 17. *in mare* quod abit *adparet* mox aestu eiectum, mox ab vrinatoribus extractum, aut in fundo certe seruatum — 18. *neque datori* redit, *neque adceptrici* seruatur, ab ea consumitur. — 24. *qui valeat, fero* argentum, opsonium — 27. *haud perit* non frustra est, amo non ingratum — 28. quod e 4. 1. 4. adparet, Cyamum fuisse vnum e Dinarchi seruis, verba, ab *i Cyame* vsque ad *lubet,* Getae tribuenda sunt — 29. *vasa* statim cupit vacuefacta, quae ad herum referat, aut sibi vindicet — 34. plurimi eum a me fieri — 36. *ipsus se comesti* curis videtur macerari, seu potius: vngues mordet; quod faciunt interdum, quibus odiosum aliquid est — 38. 39. *vsque ad ientaculum iussit ali.* Si vox *ientaculum* genuina est, intelligo: iussit eum tolli, quo ipso spem fecit, eius alendi, quare *mansi* exspectaui eius aduentum, intereaque *auscultaui* ei patri, *obseruaui* diligenter feci, quod esset puero seruando, donec pater praeberet ipse, quae essent opus. Sed nunc adtulit ad me, quae sumtus, puero auctae, aut augerent adhuc, aut certe non subpeditarent, ancillas, vestes. Voluisse igitur videtur, vt infans *ientaculum* modo, primum cibum, adciperet, ne ad prandii quidem tempus viueret, a me, quod alere infantem nequeo, in prima mox aetatula exstinguendus. Alii posuere *iectaculum* qui abiiceretur, exponeretur; alii *spectaculum* vt cerneret ex se natum, non seruaret — 39. 40. *quem per nam noui* tmesis, licet duplex, vocum *quemnam* et *pernoui* adnoscenda potius esse videtur, quam *peruiam noui* in via visum noui — 41. *traxit ex intimo ventre suspirium* rustice pro *alte petiit* Cist. 1. 1. 57. seu *susp. duxit ab imo pectore* — 42. *num obsecronam* numnam obsecro — *icit femur* vt *harioli,* qui se ipsos mulcare solent. Turnebus *hariolum* pro *furioso* putat adcipiendum — 48. *posca* vid. Mil. 3. 2. 23. — 49. *malacum* luxuriosum. Bacch. 2. 3. 121. agere aetatem in malacum modum. — *vmbraticola* homo mollis, vilis, qui negotia fugit. Hor. 1. od. 8. cur apricum oderit campum etc. Sic Curc. 4. 3. 24. *vmbraticus* est ignauus, hu-

Digitized by Google

milis — *tympanotriba* homo eneruatus, effeminatus, quales erant Cybeles facerdotes — 50. *nauci* vid. Moſt. 5. 1. 1. — 52. *hac* machaera *effatim conficiam* in offas concidam — 54. *Ares* Mars — 55. *aduentores* qui cauponas et deuerſoria frequentant, qui ad ſcorta ventitant — 61. 62. *concipilare* idem dicit, quod v. 52. conficere — *quid tibi huc ventio, hanc aditio, hanc notio eſt?* vid. Aul. 3. 2. 9. — 63. 64. *nico*, vnde *nicto*, praeter hunc locum nusquam legitur, *manu niceris* eſt: tetigeris, ſeu modo: minatus ſis — 65. pro: *obeidi optimum eſt* cum Lipſio legendum puto *obcedi optimum eſt*, eodem ſenſu, quo Gronovius legi vult *concedi*, licet *obcedere* aliis Plauti locis ſit *adcedere* quando iunctum eſt ſiue cum *obuiam* Aſin. 2. 3. 24. item 2. 4. 6. et Stich. 5. 2. 24. ſiue cum *in conſpectum* Moſt. 5. 2. 4. — *captio eſt* res eſt periculi plena, tecum nunc pugnare, namque — 66. *quam haec* mea machaera, i. e. hoc, quod mihi pro machaera foret — *verum* pro *veru* vt Rud. 5. 2. 15 et 17. — 69. *ventre ſaluo* antequam machaera tua perfodiar.

IN ACTVS II. SCENAM VIII. potius VI.

1. *datin ſoleas* de lecto ſurrecturae — 3. *cui duae ancillae dolent* perquam comice amicae, caput ſibi dolere querenti, ſibi reſpondet *duas dolere ancillas* i. e. poenitere ſe argenti in emendis illis male conlocati — 4. *ſic datur* vid. Men. 4. 2. 40. Poen. 5. 5. 7. ſed hoc Truculenti loco videtur potius eſſe dolentis: *ſic fit!* ſic ſolent meretrices! — 7. 8. Vix me contineo, quin ſubfringam etc. comice minax *totis aedibus talos ſubfracturus eſt!* — 9. *auarum* auararum — 14. *cruduni* inhumanum, inexorabilem, Poen. 5. 2. 148.

IN ACTVS III. SCENAM I.

2. *bubus glandem* in pabulum dediſſe veteres, Cato docet c. 54 et 60.: "bubus cibaria annua in iuga ſingula lupini modios CXX aut glandis modios CCLX" et Columella l. 6. c. 3. et l. 11. c. 2. Douza tamen legi vult *ſubus* — 3. *poſt illoc veni quam* tmeſis: poſtquam illoc veni, aduenit — 5. *oues tarentinas* quarum lana apud veteres habebatur praeſtantiſſima. Hor. 2. od. 6. dulce pellitis ouibus Galeſi flumen, et regnata petam Laconi rura Phalanto. Galeſus autem fluuius prope Tarentum, et oues pellitae, *πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα*, quae pellibus teguntur, ne lana contaminetur — 7. *crumenam de collo*

Digitized by Google

vid. Perſ. 4. 6. 9. — 9. 10. *ouis mina* eſt: ventre glabro, vt apud Feſtum *mina mamma* quae ſine lacte eſt. vocantur hae oues *perperae*, quod ſine lana ſunt, nam *perperus* eſt ἄχρηστος, inutilis, nequam, leuis. Sunt vero, qui pro *perperae* legendum cenſeant *propere*. Nemo non videt, iuuenem de viginti minis loqui, quas pro ouibus adceperat, quo eodem modo Aſin. 3. 2. 44. Libanus viginti minas, pro aſinis adceptas, vocat aſinos, caſtigandos, ſi forte in crumena rudant — 11. 12. *Mars meo periratus patri, nam* etc. vid. Poen. 3. 3. 32. — Muretus: lupas Marti ſacras putabant, vnde Romae conditoribus, quod a Marte geniti eſſent, lupa dicitur vbera praebuiſſe. Lupa vero etiam vocabatur meretrix, a qua Labrax non longe abeſſe dicit oves eas, quas in crumena ferebat — 14. *hoc ictu exponam* hac pecunia exturbabo riuales meos. *Exponere ictu* eſt: loco mouere, de gradu deiicere. Caſ. 4. 4. 17. *paene expoſiuit cubito.* forſan a luctatoribus translatum. Acidalius. — 18. *tat* idem forſan, quod Stich. 5. 7. 3. *tatae*, vocula hilaritatis — 22. *ne me morari cenſeas.* Mil. 4. 7. 10 ſq.

IN ACTVS III. SCENAM II.

12. vulg. *Ast. habent? Strat. paraſitum* etc. Qui potuerit vtrique in mentem venire paraſiti, me non videre profiteor. Veriſſima mihi et vtrique perſonae conuenientiſſima videtur emendatio Lipſii: *Ast. haben'?* additura forſan eſt, *quod mihi dones*, nam hanc meretricum primam fuiſſe curam, ex omnibus Plautinis adparet. *Str.* vero interpellat περὶ σίτου etc. quare *Ast. intellexti* etc. — 14. *commoueo* me. Edd. vett. *conuenio.* Alii *commeo* — 14 ad 18. Conrupta quaedam his in verſibus eſſe concedo, et, quae reperi apud interpretes, ita certe mihi nondum videntur explorata, vt mutare quid audeam. Senſum tamen puto eſſe hunc: docturus Stratilax Aſtaphium eſt, vnde habeat, quod ei donet: crebro enim in vrbem commeantem didiciſſe ſe artem, heri depeculandi. Solent ſaepe ſcurrae vrbani cauillatores eſſe faceti. Mil. 3. 1. 47. Vocem igitur ruſticus Lipſio videtur finxiſſe *cauliator*, quae a ſono vocis *cauillator* parum abit, et adludit ſimul ad *caulam* vnde praedam fecerat. Mulier, cui vox ignota eſt, ruſticum putat vocem *cauillator* male pronuntiaſſe v. 16. 17. cui ruſticus v. 18. non id ſe voluiſſe, at tamen vocem *cavillula* a voce *caula* parum differre — 19. intelligit nunc mulier hominem, quare: ſequere intro me — 20. ad 23.

Digitized by Google

vid. Trin. 3. 1. 8. — 27. *anne autem, vt ſoles* truculentus es, qui Strabacem vituperes, matrem amicae poſtponentem? — 29. 30. *tene* manum meam. Cetera ſecum aut ſpectatoribus dicit — 30. *mihi* plane abundat, vid. Amph. 1. 1. 115. — *male adcipiar pecunia mea* quae furto conraſi, nequitia mea mox peribunt.

IN ACTVS IV. SCENAM I.

4. Mſſ. et edd. vett. habent *Cyamus*, praeter vnam Pariſ. quae habet *Geta meus*, quod Meurſius ſincerum putat. Verum quidem eſt, Getam act. 2. ſc. 7. dona Dinarchi ad Phroneſium adtuliſſe, et nuntiare hero potuiſſe, grata ea puellae fuiſſe et militis dona ingrata; at Geta non ſolus ea dona adtulit, ſed ipſe argentum, opſonia alii ſerui, inter quos Cyamus, qui primus deinde laetum hero nuntium adtulit. vid. 2. 7. 28. — 6. *mellinae* potioni dulci, i. e. hoc mihi eſt longe iucundiſſimum. — 8. *mea pila eſt* prouerbialiter: vici, triumpho — *mulier mecum perit* me amat. Poen. 5. 2. 135. Gruterus mauult *mecum exit* — 9. *perire* minus graue eſt, quam *interire*, h. l. priori *opes*, poſteriori *vita* ipſa. cf. Capt. 3. 5. 32.

IN ACTVS IV. SCENAM II.

1 ad 7. intus exiens ancilla herae clamat — 2. *iſtum* Strabacem *exinani* ſpolia viginti minis ſuis — 3. *tempus ei rei ſecundes* occaſione vtere eius ad lucrum praedamque reuocandi. — 4. morem ei gere — 5. *his* foribus — 6. *ad te exagogam faciat* opes paternas adferat — 7. *iſtos* amatores tuos — 8. *qui perit?* quem hera tua diripiendum nacta eſt? — 11. *non mu* prorſus nihil. cf. Stich. 1. 3. 101. — 12. *bolos quos dat* quantum lucri faciendi obportunitatem Perſ. 4. 4. 106. Ter. Heaut. 3. 6. 6. crucior, bolum tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. Sed alio ſenſu vide hanc vocem infra 4. 3. 70. — 15. *ſolus ſummam habet hic apud nos* Men. 2. 3. 9. potiſſimus noſtrae domi eſt. Ter. Eun. 1. 2. 71. priores partes apud nos habet — *nunc is eſt fundus nobis* quaſi praedium fructuoſiſſimum. Naeuius. — 18. Thetis Achillem filium plangendo in vitam reuocare non potuit — *leſſum fecit filio* inutili lamentatione comploraui eius mortem — 19. *qui dum* etc. nec miles mittetur intro: qui tu magis intro poſſes mitti? — 22. *quando ſcis* mores meretricum — 23. *diſcant* alii, patiar! — poſt *liceat* iterum pono ſignum exclamandi — pro *argumentari* quidam poſuere *commentari*, cui muta-

Digitized by Google

tioni licet codices non faueant, at sequentia tamen euincunt *argumentari* et *commentari* eodem h. l. sensu vsurpari: *dum* quo tempore alii Phronesii institutione vtantur *mihi* interea *argumentari liceat* reputare mecum liceat institutionis vestrae rationem — post *dedi* signum interrogandi. *ni* est *ne τῷ oblitus* subiiciendum *oblitusne sim, quod dedi?* nonne, qui minerual pependi, postulem, lectioni, licet tacitus, interesse? — 24. *tu magister* tu satis iam edoctus *interea* dum Strabaci traduntur elementa *commentabere* meditare tecum solus, quae artis nostrae sint — 25. *illa* Phronesium *interim* cum Strabace sola *itidem vult commentari* quae poscat quaestus sui ratio — 26. *dedi hodie* ergo hodie excludendus non sum — 28. *bene sumus* genio nostro multa bona facimus. Pers. 2. 3. 11. Sic Men. 3. 2. 20. minore nusquam bene fui dispendio — *tua virtute* beneficio tuo. Mil. 3. 1. 82. — 34. *de opsonii mna* hoc *mna* est a coniectura Gruteri; Camerarius volebat *de opsonio salteh* — 36. *orcus* et meretrix, quidquid adceperunt, non reddunt — 46. *tibi ludos faciam clamore in via* Aul. 3. 2. 32. te pipulo hic differam ante aedes: lamentis conuiciisque te diffamabo — 49. manum iniiciam *te*, pro *tibi*, adcusabo te furti manifesti, vt condemneris *quadrupli*. vid. Curc. 5. 2. 21. — 51. *fio impudens* qui reposcam, quod dedi. Lamb. — at forte non queritur, se impudentem fieri, sed statuit, se impudentem fieri velle, nam — 52. sibi, ad incitas redacto *non pensi esse* se non curare dicit, *quos capiam calceos* aptine calcei ad pedem, an male laxi sint, i. e. se, quid deceat nec ne, non curare — 58. *meus qui adfinis fuit* cuius filiam fui ducturus — 59. *tonstricem huius* Phronesii, Suram. 2. 4. 51.

IN ACTVS IV. SCENAM III.

Versus 1 et 2. senex ancillis non potest dixisse, sed filiae de via clamat, egressum, vt veniam daret, adhuc inclamanti — 1. *tibi* filiae meae *male dicam? male velim?* — 2. *expertae estis* tu et mater tua, quae partum tuum celauit — 3 sqq. ancillis dicit — 3. *verberantes* Salmasius vult *verberans* quod et Lamb. Gronoviusque probat. Langlaeus *verberantes* passiue adcipiendum dicit, vt idem sit, quod *vapulantes* seu *quum verberaremini*. Douza: rogitani ego vos *cum verberibus* pendentes — 5. *sine malo* sine verberibus — 6. *colubrino ingenio* quo serpentes sunt, pessimo — 7. *bilingues* in fraude deprehensas — 8. *viri*

Digitized by Google

tintinnaculi carnifices, qui ferreas vinciendis indebant compedes, quae, dum pedibus adcudebantur, tintinnum edebant. Salmaſ. — 12. *nec, quid peccaui, ſcio* fecerat enim, quae hera iuſſerat — 14. *ego ero paries* ſtabo inter vtramque — 16. *iſtae*, iſti, Surae tonſtrici — 19. *ſcapupulis tute liuorem iſtoc concinnas tuis* faſſa, te nepotem meum ſubripuiſſe, loris caederis. Valla autem explicat: fatendo efficis, vt liuor, verberibus excitatus, remedium inueniat, et quaſi ſaneſcat. Piſtoris legebat *leuorem:* ingenua confeſſione efficis, vt ſcapulae tuae, iam plagis aſperae, leues fiant, dum plagis nouis non excitantur. Sed nihil cogit *iſtoc* intelligere *tua confeſſione*, quod eſſe poteſt *tuo facto*, praeſertim quum ſaſſae nondum erant, quid puero factum eſſet, et quis eius eſſet pater. — 25. *ad meam heram* maiorem, Phroneſii matrem — 35. *metuo patres ei quot fuerint* non iocatur, ſed metuit, filiam pluribus vulgaſſe corpus, incertam nunc, quo patre ſusceptus puer ſit — 49. *meo fiunt capiti comitia* vid. Aul. 4. 7. 20. Pſeud. 4. 7. 134. — 48. Acidalius coniiciebat: *video ego te* (Dinarche), *propter male facta quoius* (vim herili filiae inlatam, *patior onus parietis*, et *paries* e verſu 14. ſenex ei eſt, qui indicium vrgebat. Salmaſius vero *AN. video ego te propter — CA. mala, quem? AN. qui eſt patronus parieti* (qui Dinarchus parieti adhaeret, nec vult animaduerti). — 59. *ſiue caret temeto* non bibit — 70. *hoc ego te mulctabo bolo* hac te mulctabo iactura. vid. 1. 1. 10. Poen. Prol. 101. — *ab ſeſe* e domo ſua — 79. *iſta* Phroneſium *ſtimulum longum habet* vim adliciendi, e longinquo iam efficacem, *quae vsque illinc* a foribus aedium ſuarum *cor pungit meum* meum, licet iniuria adfecti, animum reddit ſui cupidiſſimum.

IN ACTVS IV. SCENAM IV.

1. *blitum* vid. Pſeud. 3. 2. 26. vnde *bliteus*. Scaliger: dicebantur *βλιτάδες* in contemtum. Βλιτάδες, inquiunt Grammatici, *αἱ γυναῖκες εὐτελεῖς* i. e. nugatoriae mulieres, vt vocat Feſtus. Plinius: *blitum* iners videtur, ac ſine ſapore aut acrimonia vlla, vnde conuicium feminis apud Menandrum faciunt mariti — *lutea* luto vilior. Moſt. 5. 2. 45. ſeruus nequiſſimus vocatur *lutum*, et Perſ. 3. 3. 2. leno: *lutum lenonium*, Pſeud. 4. 2. 27. *in luto eſſe* expedire ſe non poſſe, et Perſ. 4. 3. 66. *in luto haerere — ſapere ad rem ſuam* idem eſt quod Pſeud. 1. 2. 42: *rei ſuae ſtudere*, quod leno ibi meretricibus iniungit, nec ventri modo

Digitized by Google

operam dare, panticesque madefacere — 3. *diuidia* vid. Cas. 2. 2. 11. Plerisque locis est: *res mihi est diuidiae*, h. l. est mihi *diuidia*, et Stich. 3. 1. 40, legitur *in diuidiam veniam* — 5. *vbi id audiuit* Pistoris conrigit *lubido adiret* — *liberi* de vno filio alii quoque dixerunt, v. c. Ter. Andr. 5. 3. 20. *inuenti liberi* de vno filio — 6. *mansitatorem*, tutorem, qui manu tueatur. Malunt, Plautum de puella dixisse *mansiutricem* — 7. pro *adsum profectu'st* Acidalius: *ad te sum profectus* quod videbatur recipiendum. Idem pro *quid agitur?* mauult *quid igitur?* quae conrectio non videbatur necessaria — 15 ad 17. laudat suam meretricis sapientiam, quae, si vnus amator animum contulerit alio, ne deserta pereat, aliud iam praeparauerit sibi perfugium — 21. *circumducere* fraudare aliquem pecunia, auro, argento, apud Plautum saepe legitur — 23. *spes animam efflauerit* nulla supererit — 24. *factum cupio* adnuentis est: faciam *nunc* quum filiolus meus tecum adhuc est, quod *nunc* versu sequenti exprimit: nam *refacere*, (sic enim vno verbo, non *re facere*, scribendum puto) i. e. filium ad te reducere, si iam traditus vxori meae esset, id quidem, *si* etiamsi *velim*, *non est locus* per vxorem facere non possem — 25. *Nunc* igitur *puero vtere* ad militem circumducendum, *et procura* nihil apud te puero defieri patiare, quin, quod opus sit, praebeatur — *vnde procures*, *habes* ea, quae largitus tibi sum — 26. *vbi domi metues malum* iurgia ab vxore, ob filium non statim reductum — 27. *saltem* licet desinas esse amator, *amicus* mihi esto *manubiarius* qui adiuuet me in praeda ex aliis facienda — 29. *futatim*, quod Mss. editionesque veteres omnes habent, P. Valla explicat *profusim;* Lipsius malebat *furatim* seu *furtim;* Palmer. vero *fututim* a *futuere* quod verbum est de concubitu proprium — 30. *operae vbi mihi erit* vid. Mil. 2. 2. 97. — 32. *vbi amici, ibidem opus.* Lambinus et plerique omnes explicant: vbi sint amici, ibidem esse negotium et molestiam. Quis vero non videt, Phronesium h. l. non queri de negotiis, quae amici facessant ipsi, sed gaudere vehementer, se Dinarcho, licet non amplus amatore, at amico tamen vti manubiario, quo opem ferente opus, quod velit, efficere, militemque circumducere queat. Sensum igitur esse puto: vbi amicorum non destituare auxilio, ibidem opus, quod cordi tibi sit, facilius perficies. namque — 33. *propter hunc* Dinarchum, qui filium in triduum vtendum mihi reliquit, *spes etiam* (pro *se* cum plerisque

Digitized by Google

posui:) *est; militem hodie ri* alii explent *exinanitum iri*, alii *tactum iri*. vtrumuis malis, seu subpleas *fraudari*, sensus erit idem: propter hanc Dinarchi facilitatem, me militem spero esse circumducturam — 34. *quem* alii Dinarchum intelligunt, alii militem; sed *magis, quam se amat* amare similat, vnumquemque amatorem, quem spoliatura est, *dum id, quod cupit, ab eo abstulit* — 35. cf. supra 2. 7, 17 sq. vbi meretrix comparatur mari, quod seruat saltem, quae deuorauit: meretrici autem des, quantum vis, numquam adparet neque datori, neque adceptrici — 36. *ita sunt gloriae meretricum!* plerarumque certe flori mox caduco opes non diu adparent superstites. Paucissimae, vt apud Ter. Heaut. 2. 3. 11. Bacchis, opportune sibi aliquid prospiciunt, aut, vt in Andria Chrysis, bona morientes relinquunt non contemnenda — 37. *adest pueri* pater qui sibi esse videtur, miles — *si is est modo* si modo satis largiter donat, quae ad puerum alendum poscam.

IN ACTVM V.

1. si constans MSS. et edd. vett. lectio retinenda est, forsan, vt 1. 2. 78. meretrices dicuntur *amare facere amantes, qui non dent*, sic h. l. amatores *amare ferre ad amicam* dicuntur: *eo* in via ad amicam sum, *mihi amare* non sine aliquo stomacho meo, *fero* minum auri ad amicam, *subpliciun* pro peccato, *damnis* in quo magnum quidem damnum facio. — At fuere, qui locum putarent emendandum. Lamb. legit: *Meo mihi more fero subpl.* etc. i. e. non nouum mihi est, quod amicam damnis rei familiaris placo. Lipsius: *Eu mihi, amare! fero subpliciun iam his ad amicam.* Addit: *amare, mare* est, et cauendum *amare*, tamquam *a mare*. Meursius: *Ego mihi amore fero*, vel *amare* Graecismus, valetque τῷ ἐρᾶν — 2. *vt vt adceptum* licet spretum *sit, prius quod dedi* vid. 2. 6. 49 ad 63. — 4. *sine* in MSS. non exstat — 6. 7. *parum male volo* nondum ita, vt meretur, qui filio suo non adfert cibum — 7. *si quid peccaui prius*, si, quae prius dona adtuli, minus fuerunt iucunda — 8. *mina argenti* centum drachmarum, eiusdem fere erat pretii, cuius sunt duodecim et dimidius nostrorum vallensium seu thalerorum; *mina auri* vero Mil. 5. v. 27. valebat plus, quam centum thaleros. Liv. 38. 11. "pro argento si aurum dare mallent, dum pro argenteis decem, aureus vnus valeret." — Palmerius v. 8, veram putatur lectionem restituisse: *si mihi rides, espice*; malui tamen Acidalium sequi, qui militem

Digitized by Google

Digitized by Google